BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 1
25 M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

72.12
d d
9

12
19
e
39

METHODVS MEDENDI, IN IIS

Quæ ad Gal. doctrinam ſpectant,

Opus ſanè quàm utile ijs qui medicinæ praxin exercent, authore Pamphilo Montio Bononienſi, ſcholæ Patauinæ publico profeſſore: additis quibuſdam ad hanc materiā maxime neceſſarijs.

Eiuſdem authoris,
De ſubiecto medicinæ,
De tribus doctrinis ordinarijs,
De æquali ad pondus,
De hominis temperatura ex Gal. intentione.

Quæ priorem editionem in omnibus ſuperant.



Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M. D. XXXXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PAMPHILVS MONTIVS

Sebaſtiano Foſcarino Patritio Veneto
Philoſopho clariſſimo.
S. P. D.

INCREDIBILE eſt memoratu, quã-
topeꝓſit in docendo tenere ſummas rerũ,
ordine ac rõne diſtinctas ,& methodo ea
complecti,quæ uix poſſint ex multis,& dĩ
uerſis autoribus,maximis laboribus , uel
longiſſimo temporis ſpatio comparari.Propterea nõ
pauci nuper ex meis auditoribus Medicæ facultatis,
compendium aliquod in eo genere deſiderabant, quo
ægritudines,& diſtinguerent facilius,& curarent ijs ip
ſis medicamentis,quæ hodie à Medicis uulgo adhibẽ-
tur.Hoc autem illis in tanta ſcriptorum multitudine,
& uarietate, difficile admodum uidebatur,& ꝙ conſe-
qui omnino deſperarent,niſi Doctorem quotidie , &
multum,atq; diu ſectarentur,per quem propria ſingu-
lorum morborum remedia diſcerent,& uarios(ut fit)
in uſus accommodarent.Cum igitur hoc illi deſiderio
tenerentur,ſummis à me precibus contenderunt,ut ad
eorum,atq; adeo communem ſtudioſorum omnium
utilitatem,de huiuſcemodi medendi rõne,pura quadã
ac minime obſcura breuitate conſcriberem.Ego uero,
quoniam non eam modo conſuetudinem,quæ Docto
ri cum diſcipulo intercedit,uerumetiam eorum fami-
liaritatem, quos aliis de cauſis multum diligimus,plu
rimi faciendam eſſe,præclare intelligebam,non potui
(quantum in me fuit)non illorum morem gerere uo-
luntati,ea præſertim in re,quam pro iure ſuo depoſce-
re,atq; expetere uidebantur.Igitur quantum potui ſtu

dio,& induſtria conſequi,nonnulla collegi,quæ maxi me optatis eorũ cõducere,& uerſari in uſu artis huius arbitrabar:ueruntamen cum non ſolum nobis nati ſimus,ſed(ut ille ait)ortus noſtri partem ſibi patria uẽdicet,partem amici,noſtram hanc,qualécunq; commẽdatiunculam,primo quoq; tempore edẽdam exiſtimaui. Vt autem auſpicatius exiret in lucem, tuum nomen inſigne(quandoquidẽ ſatis conſtat,te omnibus bonis artibus mirabiliter oblectari)ea; ſibi præſcribere iuſſi, atq; id ea præcipue ex cauſa,quia non deſunt,qui partim indocte, partim inique aliorum ſcripta uituperent,& rapere ſemper in peiorem partem omnia maligne conẽtur,ut nullo alio præterq̃ maledicendi ſtudio teneri facile deprehendãtur, te uiru; doctiſſimum atq; optimum delegi,in ea ciuitate quæ(pace aliarũ dixerim)uiros doctos mirum ĩmodũ fouet,obſeruat,& colit. Vale,& hoc tibi,qualecũq; fuerit amoris erga te mei monimẽtu;, & pignus habeto,Pãphiluq;(qđ mutuo facies) amato. Bonoñ. Cal. Nouembris.

M.D. XXXIX.

PAMPHILI MONTII BONONIENSIS, DE MODO *Medendi breuis Tractatus.*

Cap.1.

MEDENDI MEthodus perfici non poteſt, niſi vniuſcuiuſque morbi tã ſimplicis,quàm compoſiti propria habeatur cognitio,inquit Gal. li.3.de Methodo medendi cap.4.Ideo primo de ratione uictus cõmento tertio ait: In primis quis nã ſit morbus dignoſcere opꝫ,deide curationẽ ipſius aggredi.Et Aetius ita ait lib.5.cap.2.Niſi.n. ꝑnoſcamus,quonam deſitura ſit ægritudo,fieri nequit, ut recta uictus ratio ſuppeditetur.Propter quod princeps quarta pri. cap.1.Et prima 4.cap.de cura febriũ in uniuerſali.Cum ignoras ęgritudinem,relique eam naturæ,& non properes:quoniam aut natura ſuperabit ægritudinẽ, tota ei intenta,aut ipſaꝫ manifeſtabit.Inquit etiaꝫ Gal.lib.2. de methodo mdẽdi cap.7. Morbi cognitio principiũ eſt inuentionis remediorum cuiuſqꝫ morbi.Et lib.3.in principio,Neceſſe eſt remediorũ inueniẽdorum initiũ ex morborum ipſorum natura ſumi.Ideo primo de uia qua Medicus debet morbum cognoſcere & eũdem curare,dicendum. Secundo de uirtute, modo doſandi, & componendi,ordine,tam ſimplicium quàm compoſitarum medicinarum.

De modo cognoſcendi quando cor-pora ægrotant, Cap. 2.

QVANTVM de primo, inqt Gal. lib. 2 artis medicinalis: Corpora ægra quibus debetur curatio, ſi ægra ſunt ſcđm mem-bra, quæ ſenſui ſubiiciunť, cognoſcuntur, ꝙ ægrotant à mutatione eorum, quæ eis inſunt ſcđm naturam, ut à mutatione complexionis, ut in caliditate, & frigiditate cōpoſitionis, ut formę quā-titatis, numeri, ſitus, & aliorū, quę eas comitātur, ut co-loris, duritiei, mollitiei & huiuſmodi. Adhuc & opera-tionum, quas efficiunt uirtutes eorū ſcđm exigentiam complexionis, & compoſitionis. Per formam intellige unam quinq; rerum. ſ. figuram, concauitatem, porū, le-nitatem, aſperitatem. Mutatio figuræ eſt, ſicut tortuoſi-tas eius, quod debet eſſe rectū, & rectitudo eius, quod debet eſſe tortū, & quadratura rotundi, & rotundatio quadrati, & ſimiliter in alijs figuris. Mutatio in conca-uitate ē, ſicut amplitudo, uel ſtrictura, uel repletio, uel uacuitas à naturali recedēs. Mutatio in poro eſt dilata-tio, uel conſtrictio, uel clauſio ultra naturalem.

Si autem corpora ægra ſint ſcđm membra non ap-parētia, cognoſcunť generaliter ab altero quatuor ge-nerum, aut quibuſdā ex eis, aut omnibus ſimul, ut à lę-ſionibus operationum, aut ex his, quæ excernūtur, aut doloribus, aut tumoribus p̄ter naturam. Exempli gra-tia: Aegritudines cerebri declarātur lęſionibus opera-tionum, ut operationis phantaſiæ, cogitationis, memo-riæ, aut motuū uoluntariorū. Nocumenta etiam horū in lacertis, & neruis ſm plurimū ſignificant ęgritudies cerebri. Eaſdem declarant ſuperfluitates ipſę, quę ab eo deſcendunt, per palatum, nares, uel aures. Cum enim p̄-ter naturam excreuerint, ſignificant in eo abundare ma

terias diuerſas penes ſui colorē, ſaporem,& odorem,q̄
habent mordicationem,extenſionē,& grauitatem,quā
inducunt,& alia huiuſmodi.Item & dolores ſignificāt
unam duarum ægritudinum,aut malam complexionē
aut ſolutionem cōtinui.Et ſi in eo eſt dolor pulſatiuus
ſignificat ut plurimum apoſtemata,aut repletionem
ex materijs calidis acutis,aut contentionem uaporū.
Et ſi extenſius,ſignificat uentoſitatē in eo.Si grauatius,
repletioneꝫ ex materiis frigidis groſſis.Si pungitiuus,
choleram.Et ſi corroſiuus,humorem corrodentem.

De ſignis quibus ægritudo eſt cognoſcenda. Cap.3.

DISTINGVE etiā de ſignis,qbꝰ ęgri-
do eſt cognoſcenda,ut Gal.in libro de
Conſtitutiōe artis Medicinæ capite 15.
& quarto de Ratione uictus in morbis
acutis.Quædam ſunt,quæ ex neceſſita
te cōſequuntur morbum,græce dicta pathognomoni-
ca,id eſt,affectuum indicatoria.Quædam uero non
neceſſario,quæ uel morbi differentiam,uel mortem
uel magnitudinem ſignificant.Et prima Aphoriſmoꝝ
cōmento 12.ita diſtinguit,Quædā ſunt,quę ſignificāt
paſſionem quædam quæ differentias paſſionum,quæ
aſſidentia dicūtur:quę paſſionem ſignificant,ſunt quæ
unà cum morbo inuadunt.Item q̄dam dicūtur inſepa- Signa inſe-
rabilia,quędā propria,quædā inſeparabilia & propria parabilia
ſimul.inſeparabilia ſunt,quæ ſignificant paſſionem, &
non ſeparanť ab illa,ſed neceſſario eam ſequūtur,à qui
bus non licet argumentari affirmatiue,ſed ſolum à ne-
gatione talium,ad negationē paſſionis ualet argumen
tum,ut exempli gratia. Dolor pūgitiuus in pleuritide,
acuta febris,difficultas anhelitus,tuſſis. Nam ſequitur,
non eſt dolor in latere pungitiuus,ergo non eſt pleuri

tis. Non tamen ſequitur affirmatiue. Dolor eſt in latere pungitiuus, ergo pleuritis. Sed bene licet argumentari ex ſignis ꝓprijs affirmatiue. Bene enim ſequiť ex oibus ſimul incipientibus. Febris, ſpirãdi difficultas, lateralis dolor, pulſus tenſus, & durus, & tuſſis. ergo pleuritis. Licet enim nullũ horum ſit propriũ ſignum morbi lateralis, tamen omnia ſimul dicũtur proprium ſignum. Et ob hanc cauſam ait Galenus primo Prorrheticorũ cap. 4. Morborum ſignorũ ea ſunt certiſſima, quæ perpetuo & ſolis inſunt, deinde quæ perpetuo quidem, ſed non ſolis. Et hæc ſigna in morbis ſunt q̃renda, & non alia. Ideo Gal. tex. illum 4. reiecit tanq̃ alienum à mẽte Hippocratis, cum urina decoloris nõ ſit inſeparabile ſignum à phrenitide, neq; ei ꝓprium. Exemplũ de ſigno inſeparabili, & inſeparabili & ꝓprio, habes in ephemera febre à Gal. lib. 1. de differentiis febrium cap. 7. ſic dicente: Incepiſſe ab aliqua cauſa prægreſſa recenti, atq; euidenti, quãuis ſit ſignum inſeparabile à febribus diariis, earum tamen ꝓprium minime eſt: quoniam & aliæ nõnullæ incipiunt cauſa quadã euidenti prægreſſa. Inſeparabile uero & ꝓprium eſt, urinæ concoctio ſtatim prima die, & adhuc pulſus in magnitudinẽ, ac celeritatem auctio, ita ut frequentia per exteriorem quietẽ minime ſeruet proportionẽ. Magis præterea ꝓprium atq; inſeparabile earum indicium eſt, ꝙ contractio minime creſcat in celeritatem: uel ſi creſcat interdũ, id minimũ eſt, ac cognitu difficile, & paulum à pulſu naturali recedens. Et de proprio non inſeparabili cap. eodem ita dicente: Primum indiciũ, proprium q̃dem, ſed minime inſeparabile febrium, quæ humoribus accedũt eſt, ꝙ nulla prægreſſa cauſa tales ꝓceſſit febres: neutrũ enim aliorum generũ hoc ineſt, eo ꝙ omnis diaria ex cauſa prægreſſa cõſiſtat. Hectica aũt quoties ſine ea exiſtat, nunq̃ ab initio ꝓhendit, quocirca quoties ſine prægreſſa cau

[margin: ...gna pro... ...ia.]

ſa quis febricitare cœperit,cām huius eē in humoribus ſciendum eſt.Et ſi dicas in hectica,& ſynocha ſine putredine ſtatim prima die apparet cōcoctio in urina. Ergo hoc non eſt ſignum ꝓprium & inſeparabile diariæ.Itē3 aliquādo apparet hoc ſignu3 prima die ſm Gal.primo de criſi cap.17.& Auicen.prima quarti cap.de horis febrium.quia pōt eſſe tam uelox motus materię,ꝙ prima die ueniet ægritudo ad finem ſui ſtatu.Secūdo 9.Methodi,& 10.in principio datur diaria ex oppilatione. Ergo ex cauſa intrinſeca. Ergo,nullam cām prægreſſa3 antecedere,non eſt putridarū proprium ſignum.Dicendum ad primū ſm Gal.9.Methodi,ꝙ ſynocha ſine putredine.Et hectica in primis diebus ſunt de natura diariæ,& non differūt niſi nomine.Etiam ponens ibi Gal. differentiam inter diariam & putridā, uult ꝙ ſignum proprium & inſeparabile diarię ſit cōcoctio ſtatim in urina ꝑma die reſpectu putridę,& non reſpectu hecticę. Ad confirmatiōnē.ſi in aliqua febre putrida prima die apparere poſſit digeſtio:non tamē ſtatim in principio, ſicuti in diaria. Et eſt intelligendum, ꝙ in diariis non ueris & in ueris ratione alicuius cāæ ſecum coniunctæ poteſt priuari digeſtio in urina: ſed hoc nō erit ex diaria inquātu3 diaria. Vnde in diaria quæ fit ex ſatietatē nauſeatiua,ut dicit Auicē.cap.24.urina apparet aquoſa priuata digeſtione: ſed hoc non eſt rōne diarię inquātum diaria eſt, ſed rōne huius cauſæ ſecum coniunctæ, ſcilicet rōne indigeſtionis: quia poſito ꝙ talis in quo eſt illa nauſeatiua ſatietas non febricitaret,adhuc urina eſſet indigeſta.Et eſt ſimile de pulſu:nam in diaria pulſus non multum permutatur à naturali diſpoſitione,& ſi multum permutatur hoc eſt rōne alterius accidētis. Et ideo ait Auic.prima quarti cap.6. Et ſcias penitus ꝙ quoties urina & pulſus ſunt boni, ſignificant ꝙ febris eſt ephimera, & quādo non ſunt boni, non oportet ut

non ſit Ephimera: Multotiés eniꝫ eſt in ea urina tincta, & pulſus diuerſus, & debilis & paruus. Ad ſcd͂m febris quæ ꝑprie eſt diaria, ex ſe non tranſit. 24. horas, ut Gal. dixit 10. Methodi cap. 2. Et iſta eſt q̄ non pōt fieri niſi à cauſa extrinſeca: ſed quę fit ex oppilatiōe, remanet quãdoqꝫ uſqꝫ ad diem tertiū, niſi error fuerit in cura eius, aut regimine ægri. Et cum magna fuerit obſtructio, febris ex Diariarum genere non erit, ſm Gal. 8. Methodi cap. 4. in fine, & 10. cap. 2. Et dixit ibi 8. Methodi. Quę ex parua oritur obſtructione, eá ſaltem inter initia ſimilis diariis eſt: protracta tamē inclinatione ſuſpecta redditur, quãuis putredinis indicia in pulſu adhuc nō appareãt. Quippe niſi uitioſus ſuccus penitus tranſpiret neceſſe eſt putrefiat. Signa quæ dicūtur aſſidentia, quæ faciunt ad differentiam paſſionū non neceſſario ſequūtur paſſionem, ſed uel ſæpe, uel raro, uel ambigue: Et aliquando ſimul cum morbo inuadūt, aliquãdo ſuperueniunt, nonnūq̄ꝫ uero neqꝫ omnino ueniunt, ut in pleuritide, ꝙ æger melius dormiat in uno latere, q̄ꝫ in altero, ut in latere affecto, q̄ꝫ in oppoſito uel contra, uel ꝙ dolor ſit ſurſum, uel uerſus hypochōdria, uel nō magis ad unam partem, q̄ꝫ ad aliam. Similiter, ꝙ tuſſis ſit cum emiſſiōe ſputi talis uel talis, ut cholerici, uel ſanguinei. Tuſſis nãqꝫ ab hac paſſione, inſeparabilis eſt, ſed expuere cum tuſſi, nō eſt inſeparabile, ſed ut plurimū contingens. Sunt ⁊ alia ſigna, q̄ ſignificant ſalutem aut mortē. Sunt & alia, quæ ſignificant digeſtioneꝫ, uel indigeſtionem, ut ſputum nigrum in pleuritide, eſt ſignum maluꝫ ſignificans magnā aduſtionem, Rubrum uero eſt ſalubre. Similiter cum nihil expuit, eſt ſignum malū. Et iſta ſunt certiora ſigna ad ſalutē & mortem, ſm Gal. primo de criſi cap. 14. ⁊ 15. Et aliqua ſunt q̄ ſignificant ꝯcoctionem occulte, aliqua manifeſte, ⁊ aliqua perfecte. Sunt & alia ſigna, q̄ ſignificãt criſiꝫ, q̄ iudicatoria nominãtur,

[A]ſſidentia [ſi]gna.

de quibus prima Aphor.cómento allegato,ut ſudores, ſanguinis fluxus,& rigores, multum alui profluuiũ,do lor capitis repente inuadens,difficultas ſpirandi pręter rónem & uehemẽs,uel cordis morſus, hypochõdria circa dolorem extenſa,uigiliæ plurimæ, delirium, & nox abſque rõne moleſta,& acceſſio anticipans,& lachrimę inuoluntariæ,nihil patientibus oculis, neq; ex triſtitia prouenientes,rubor faciei,labrum inferius agitatũ,lucida uel obſcura & tenebroſa q̃da; ante oculos obuerſantia,& hallucinationes q̃dam,& malæ,uel naſus repẽte rubeſcentes,parotides,aut omnino materię alicuius in articulũ decũbentis generatio.Et dicit Galenus hæc omnia,& præter hæc alia multa huiuſcemodi ſcd̃m ꝓpriam eorum ſubſtãtiam caſus noíata,quatenus ſubitã mutationem oſtendunt, ſigna criſima.i.iudicatoria appellata,duplicem tibi ꝓ̃ſtabunt præcognitionẽ. Si quidem morbo iam cocto ſuperueuerint,futurã ſtatim ſanitatem denunciant.Si uero crudo adhuc morbo,indicationem non bonam,quę.ſ.aut ad perniciem agat,aut in longum tempus morbũ producat.Et nota ſententiã quam in hunc modum habet primo de criſi cap.13. Neceſſariũ eſt ſigni cuiuſq; naturã cõſiderare, ſi quis uult recte ꝓcognoſcere:ut ex ui uniuſcuiuſq; præcognitionem faciat.Neq; enim q̃ plurima ſunt,illa omnino paucioribus ſunt potentiora:ſæpe enim ſignum unũ forte multis debilibus fidelius exiſtit.Hęc igitur admirabilis dicebat Hippoc.in libro pręcognitionum: ſigna ediſcẽtem omnia iudicare uires eorum,inuice; comparantẽ. Quare & rónabil'r ſ; uires eorũ tradidit diſciplinã,nõ ſimpl'r,deinceps bona ſigna cõnumerãs, deinde rurſus mala,annotãs autem in appellationibus uniuſcuiuſq; naturam pernitioſum, & graue nominãs,& grauius & grauiſſimum,& minus graue,& magis graue.Sic & prauum & prauius & prauiſſimum,& mortiferum quoq;

per Iouem,& malum ſimpliciter, nonnūq; uero ualde adiiciens utriq; ſignorum generi, ut his q̄ nunc dicta ſunt,& his quæ praua ſunt,aut bonum aliqd̄ oſtendūt. Nam & in illis hoc quidem optimū dicit,hoc uero bonum ſimpliciter,hoc autem magis,hoc uero minus,tale uero eſt & quod dicit bonum ualde,& magnā habere uim ad ſalutem. Nonnūq; uero nihil ex his addēs ꝙ temporis indicium erit,& longæ ſolutionis, tantūmodo meminit,nobis,ut arbitror,de hiſce omnibus ratiocinādum relinquens,q̄ neq; omnino praua ſunt,neque penitus extra periculum,ſed cum ui quidem forti, ſalutaria:cum debili autem periculoſa. Hęc igitur non ſolū legēda ſunt in Hippoc.libris, ſed & memorāda ſæpius, atq; obſeruanda in ęgrotantibus. Nam & continua inſpectione exquiſitam eorum poteſtatis habemus notitiam.Semper autem mente reuoluere oportet,ac conſiderare q̄ nam ſunt ſigna optima,quæ peſſima,& quę in medio cōfinio horum ueluti gradus quoſdam habētia, nōnulla quidē optimis,nōnulla uero deterrimis ꝓximiora,& quæ quidem minus,quę uero ſunt magis ꝓximiora uel remotiora,& quę nam exquiſite media ponenda ſint inter bona & mala ſigna.Deinde cōſiderandum q̄ nam ſemper mala ſint,& quę continuo bona,⁊ quæ nam in totius morbi temporibus permutētur,cu; aliquando bona fiant, aliquando mala, & nonnunq; fida,nonnūq; uero infida.

De intentionibus curatiuis. Cap.4.

POST hæc dicamus ꝙ medici q̄;doq; eſt curare,quandoq; p̄ſeruare, quandoq; cōſeruare,quādoq; reſumere.Sunt enim hæ quatuor partes medicatiuæ artis,curatiua præſeruatiua, conſeruatiua , reſumptiua

curare, preservare, conservare, resumere

Curatio debetur ægris,præſeruatio neutris,cõſeruatio ſanis,& reſumptio his qui ex morbis reficiuntur,in quibus nec cauſa eſt prȩter naturã,nec effectus,ſed ſola gracilitas cũ uirtutis imbecilitate.Intentio curatiua, ſeu curandi morbum ſumitur à tribus,à morbo & cauſa eius,à naturali ipſius infirmi complexione,& ab aëre nos continente,9.de Meth.med.cap 14.Prima tamẽ à morbo ſimul cũ ſua cauſa,ſi eam habuerit, cum ſint res præter naturã indicantes de eorum remotione cũ contrario,3.Meth.cap.9.& 4.cap.3.Nam cognito morbo,℣.g.ꝙ ſit calidus,infert medicus frigidis eſſe remouendum,quia contraria debent cõtrariis curari, dico ſi eã habuerint:quoniam aliquando remota cauſa, remanet morbus,ut de morbo in complexione,qui non remouetur remota cauſa,à qua inducta eſt mala complexio.Primo tamen remouenda eſt cauſa, ꝗ̃ morbus. Quoniam ut inquit Gal.7.de Meth.med.cap.12.Non poteſt ad pfectionem ullus affectus ſanari,manente adhuc ipſa,unde natus eſt,cauſa.Ideo 3.artis Medicinalis ait:Commune præceptum eſt,prius cauſam efficientẽ abſcindere,deinde ad eam quæ facta eſt, ægritudinem deuenire. Et 4.de Metho. meden.cap.4.In omnibus morbis in quibus effectrix cauſa adhuc manet,ab hac curatio eſt inchoanda.Et infra inquit, Aeſtimare,ac diſcernere oportet,an cauſa,quæ affectum cui mederi paramus excitauit,iam deſierit an nunc quoq; ipſum tũ augeat,tũ faciat,deinde ſi deſijt,ad eam quæ in 3.huiũs operis lib.traditur methodum eſt deueniendum.Sin adhuc facit,ad eam quæ hic docetur,Item lib.11.de Metho.medendi cap.10 dicit,ꝙ inter cauſas,incipiendum eſt ab ultima cauſa inuenta per reſolutionem.Et ibi dat clariſſimum exemplum de febre cũ putredine.Et ſicut in ea ꝓcedit,ita poteritis in unaquaq; alia ægritudine procedere.Cognito ergo morbo,ut febre cognita &

A q̄bus ſumit intẽtio curatiua.

cauſa eius,naſcitur indicatio,eam eſſe remouendam,& quia talis pendet à putredine,ſurgit intentio de remotione putredinis cauſa eſt opinione putredinis.Et quia putredinis cauſa eſt oppilatio,oportet oppilationẽ re mouere,q̃ ſi pendet à multitudine humorũ minorandi ſunt.Si à craſſitie,ſubtiliandi.Sunt ergo hic plures intentiones: Ratione enim febris oportet infrigidare & humectare,Ratione cauſæ mittendus eſt ſanguis,dãdum eſt pharmacum:nam ſi remouere uelles oppilationem ſtante multitudine,augeres eam,quia ratione, de obſtruentium,quæ calida ſunt,commoueres materiã, & maior fieret attractio.Primo ergo debemus cauſam abſcidere, niſi febris eſſet adeo uehemens,ꝙ timerem⁹ de caſu uirtutis. Nam tunc à febre eſſet incipiendum ſicut ab eo,qđ magis urget,ut docet Gal.lib.7.cap.12. De Methodo medendi,& lib.10.in principio,& lib.11. cap.3.& prima Aphoriſmoꝝ cõmento 16.Et Auicen.4. primi cap.primo & cap.ultimo,Et prima quarti cap.7. Eſt enim canon iſte uniuerſaliter uerus, & ſemper quãtum ad ueram curam morbi. Nũq̃ enim poteſt febris curari,manẽte in corpore cauſa eius,ut dictum eſt.à ſola uero cauſa nõ ſumitur intẽtio curationis,ſed pręſeruationis:ablatio enim cãæ magis pſeruatio dicitur,q̃ curatio:eo ꝙ ablatio cãæ non eſt ſemper ſufficiens cura morbi,ut diximus.Sed qa cura morbi effici nõ põt, niſi cum conſtantia uirtutis,oportet quãdo uirtus ob acuitatem febris non expectat abſciſionem cauſæ, præmittere aliquid de cura morbi,nõ quidẽ,quia ſic poſſit uere curari morbus,ſed minui,ut per hoc uirtus tolerantior ſit,uſq; ad abſciſionẽ cauſæ,ſine qua uera cura non perficitur.Iuſſit ergo Gal.ad fortius unius duorũ magis aſpicere,alterum tamen non negligere.Oportebit ergo aliquando uirtutem comparare ad morbum, aliquando ad cauſam. Si intentionem tuam in omni-

bus æqualē inuenies aut quia abſciſio cauſæ nō obuiet curę morbi,nec contra:aut quia tardatio refrigerationis non deſtruet uirtutem,bonum eſt mox abſcindere cauſam.Si uero diuerſa & oppoſita tibi monſtrantur, uel quia abſciſio cauſæ obuiat curæ morbi,& contra, uel quia tardatio refrigerationis deſtruit uirtutem,magis cæteris erit in uirtute intendendum, non tñ ut alia negligas.Propter quod inquit Gal.primo de febribus, ad Glauconem cap.primo,Hoc eſt maximum in medicina & uera uia,ut primum cognoſcas cauſas & origines uniuſcuiuſq; ægritudinis:demū quātam qualemq; curam habeat,& in quo tempore quod uel quantum, & qualiter,aut quādiu ad ipſum facere debeas.Omnis enim cauſa quatuor habet tempora,aut incipit,aut creſcit.aut in ſtatum uenit,& ſtat, aut declinat.Nam tunc optime curabis,ſi cauſam & tempora eius agnoſcas, & ex hoc qualitatem,& quantitatem ſingulorum beneficiorum,quem adhibeas arbitreris,& ex hac conſideratione communis naturæ propriam uniuſcuiuſq; curam inuenies, Et in eodem libro diſtinctione quarta cap.12 ait,Doctorum eſt noſſe & præuidere,& intelligere cauſas,& quid ex eis futurum ſit prædicere & anteuenire,& antecapere,an periculoſa ſit,ut cōgruis medicinæ beneficiis ſuccurrere poſſint.Et lib.2.cap.2.ait, Maxime ante omnia debemus cognoſcere cauſarum origines,& cōgruam in tempore,ut cauſa poſtulat,adhibere curationem,id eſt,ut ſciamus,quid in initio cauſæ,quid in augmento,qd in ſtatu,quid in declinatione adhiberi conueniat,& qualiter moueri quibuſcūq; medicaminibus uel adiutoriis uti debeamus, qualiter in æſtate,aut qualiter in autumno,& in hyeme eos qui indigent medicina curari congrua,ex ipſorum quantitate cauſarum uel origine,ut ex eius ætate qui patitur, uel corporis habitudine,atq; uirtute,& temporis qua-

litate coniicere poſſumus. Duo igitur ſunt ad q̃ ſumme Medicus & diligentiſſime debet intẽdere. unum eſt cognitio ſpecifica morbi & materiæ eius. Aliud eſt cognitio uirtutis ſm menſuram ſuę fortitudinis. Et utrũque eſt primum in ſuo genere, vʒ cognitio morbi in genere curandi, & cognitio uirtutis in genere cõſeruandi uitã & hominem ineſſe, iuxta illud Gal. 9. Methodi cap. 14. Prima igitur omnium indicatio eſt quæ à uirtute ſumitur: uerum non ſic prima, ut quę curationẽ doceat: Cũ ex numero curationẽ indicationũ non ſit. ueruʒ ut ita dixerim uitalium, ſiue quæ ad uitæ cuſtodiã pertinẽt. Nam neqʒ ut ualeamus, nec ut à morbis liberemur, ab ea quicq̃ primum deſumimus, ſed ut uiuamus.

De cauſis. Cap. 5.

DISTINGVE ergo de cauſis diſpoſitionum, ut Aui. prima primi doc. 2. ſumma 1. cap. 1. Quędam ſunt procatarcticæ, ſeu primitiuæ à quibus indicatio curationis ſumi non debet, ut dicit Gal. 5. de ſanitate tuenda, Et 4. de Methodo medendi cap. 3. licet aliquando ad affectus cognitionem conducant. Quædã antecedentes, & quædam coniunctæ. Primitiuæ, ſunt oĩa quæ in corpus imprimunt extra corporis ſubaʒ exiſtentia. Sicut ſex genera rerum non naturalium, & reliqua quæ non neceſſario alterant, de quibus 3. artis Medi. cap. 2. Antecedentes, & coniunctæ ſunt res corporeę intra exiſtentes. ſ. humorales, complexionales, & compoſitionales. Sed cõiunctæ diſpoſitionem cauſant immediate, ut putredo febrem. Antecedentes uero mediãte coniuncta, ut membri caliditas aut groſſities, uel uiſcoſitas, in humore cauſant febrem mediãte putredine. Primitiuæ quoqʒ aliquando cauſant malã diſpoſitionem immediate, & in hoc communicãt cum cõiuncta, ſicut

ſicut calor ſolis,aut ſuperflua uigilia. Aliquādo autem interueniēte medio ſcilicet per mediam diſpoſitionem antecedentem & coniunctam,& in hoc communicant cum antecedente.Sicut quando calor ſolis aut uigilia, uel cibus malus humorem alterant,& corrumpunt,aut complexionem aut compoſitionem.quibus mediantibns poſtea febrem inducunt.Propter quod Gal.3.artis Medi.Hæc quidem ſex genera partim quidem euidenter,partim uero per alias cauſas medias alterant corpus,& ſanitatem corrumpuut.Et Gal.ſolum meminit de antecedente,& ꝓcatarctica,id eſt,ꝑgreſſa,ꝑ Metho. cap.8.& tertio artis medic.& de morborū cauſis, & ꝑ de differentiis febrium,& quarto de ratiōe uictus.Sed primo de cauſis pulſuum ad principium poſuit aliud genus cauſarum dicens:Tertium eſt cauſarum genus, non in pulſibus tantum,ſed in aliis cūctis,unum quod primum eſt,& præcipuum,quod quidem continens appellant.Et intelligit per cauſam continentem, cauſam qua ablata remouetur effectus, qui ab alia cauſa fieri non poteſt, & qua poſita,ponitur effectus, ut ℣.g.hæc tria,uirtus,inſtrumentum,& neceſſitas dicuntur à Gal. ibi cā continens ipſius pulſus, quia his poſitis ponitur pulſus,ꝛ quocunqꝫ horum remoto,remouetur pulſus, & à nulla alia cauſa pulſus fieri poteſt, nec uariari, niſi aliquod illorum trium uarietur.Et in introductione, ſeu medico cap.8.Galeno inſcripto,ita habetis:Cauſarum aliæ ſunt euidētes dictæ procatarcticę,aliæ cōiunctæ,ſiue continentes,& cohęrentes,aliæ præcedentes, ſiue internæ,aliæ coadiuuantes,aliæ concauſæ.Procatarctica eſt,quę dum aduerſam ualetudinem creauit,ſeparatur,ut canis mordens,ſcorpio pungens.Cauſa cōiuncta eſt,quæ cū pręſens eſt,eius quoqꝫ affectus adeſt, cum uero deſinit,etiam effectus euaneſcit, ut lapis in ueſica,unguis in oculo.Præcedens cauſa eſt,q̄ à proca-

tarctica præparatur, uel coadiuuatur. Coadiutrix cauſa eſt, quę ſua uirtute morbum efficere non poteſt, ſed alterius auxilio. Concauſa eſt, quæ cum altera æqualē effectum facit. ſed hæc, quæ hic dicuntur, non ſunt Galeni, non enim in morbis dedit Galenus cauſam continentem. nec cauſa cōtinens dicitur illa, quam Auic. uocat coniunctam: quoniam & ſi ea poſita, ponatur effectus, ea tamen ablata, non aufertur effectus, & effectus poteſt ab alia cauſa produci, ſed tantum reſpectu operationum dedit cauſas continentes, & non ſolum in pulſibus, ſed in aliis cunctis operationibus, ut ſanarum operationū cauſa ꝯtinēs, ſunt bona cōplexio, bona compoſitio, & bona continuitas, à quibus immediate pendent. Et læſarum operationum, morbus ipſe, à quo ſolo poſſunt operationes lædi. Naꝫ res quæ fiunt ex intentione naturæ, ſunt quę habent cauſas determinatas, ſine quibus fieri non poſſunt, & non quę fiunt à caſu, & præter intentionem naturæ, quēadmoduꝫ ſunt morbi. Ideo licet craſſities in humoribus ſit cauſa immediata obſtructionis, & ea poſita ponatur obſtructio, & ea remota remoueať, non tamen dicitur cauſa continens: quia deficit tertia conditio, cum ipſa fieri poſſit ab alia cauſa. Sil'r dōm de lapide in ueſica, qui eſt cauſa cōiuncta morbi in numero. Et ita dicens Galen. in principio de cauſis pulſuum, ꝙ cauſa continens non ſoluꝫ in pulſibus inuenitur, ſed in alijs omnibus rebus, itelligit de rebus, quæ fiunt ex intentione naturæ, & non de illis quæ fiunt à caſu. Et ſic patet, quòd cauſæ omnes morborum, aut ſunt antecedentes, aut procatarcticæ. Et quòd cauſam, quam coniunctam Auicen. uocat Galen. ſub præcedenti, uel antecedenti comprehendit.

De quatuor humoribus. Cap. 6.

VIDENDVM etiam de cauſis antecedẽtibus humoralibus. Sunt enim humores quatuor genere, Sanguis, Phlegma, Cholera rubea, & Cholera nigra. Sanguis melior eſt omnibus, Primo quia eſt materia ſpirituũ, in quibus uita conſiſtit, & omnis operatio uirtutis uegetatiuę, uitalis, & animalis. Secundo quia conformior eſt principiis uitæ; eſt enim calidus & humidus tẽperate. Tum tertio quia plus nutrit, & reſtaurat deperditum cæteris humoribus, & eſt theſaurus naturæ, ex cuius perditione ſtatim mors ſequitur. Poſt ſanguinem in bonitate & phlegma, quia aptum eſt, ut tempore neceſſitatis fiat ſanguis, poſtea cholera, quia participat cum naturali calore. Quarto melancholia uelut fex & ſordities, diſtãs à principiis uitæ, inimica lætitiæ. Multi hunc numerum humorum per comparationem ad uinum ex uuis preſſum ex Gale. quarto de Vſu partium oſtendunt: quoniam in eo ſunt quatuor ſubſtantiæ, humoribus quatuor proportionatæ, ſcilicet ſpuma, cholerę: fex, melancholię: partes uinoſę, ſanguini, & aquoſę phlegmati. Sed cõſiderandum, quòd Gal. ſolum tres ſubſtantias in eo comparat tribus partibus ſanguinis, qui ex chilo in hepate fit, dicẽs: Quęadmodum uinũ ex uuis preſſum, ab innata caliditate patiens ſegregationem, & digeſtionem, & feruens, & eius ſuperfluitatum, quod graue & terreſtre fex dicitur. Alterum uero, quod leue & aereũ ſupernatans, uocatur flos, Et medium inter hæc, uinum. Similiter intellige de chilo diſtributo à uẽtre ad hepar à caliditate, quæ eſt in uiſcere digeſtionem patiente, & alterationem ad ſanguinis benigni generationẽ. In hac enim ebullitione eſt lutoſum, & groſſum, & ſubtile, & leue, uelut ſpuma quædã ſupernatans ſanguini. Et ſecũdo de uirtutibus naturalibus captie nono, duas generatas ſuperfluitates, leuio-

rem,& meliorem,florem extimo,grauiorem,& terreſtriorem,fecem uocant,alteri flauam choleram aſſimilans,alteri uero nigram,nequaq; peccares. Et ſic per exemplum hoc Gal.oſtendit in ſanguinis generatione, tres hũores,ſanguinẽ,cholerã rubeã,cholerã nigrã. Et ratio eſt,q̃a ſecũdũ ipſum phlegma generatur in uentriculo,& nõ in hepate,ut poſt dicemus. Iſte tamen numerus manifeſte apparet in ſanguine extracto per phlebotomiam,ut fex nigra in fundo,& pars ſpumoſa supernatans. Et ſubſtãtia dulcis.ſ.ſanguis ipſe immixtus phlegmati,cælans ipſum ſua rubedine.Et quandoq; ſupernatat phlegma cum aliqua pinguedine.

De ſanguine. Cap.7.

SAnguinis duæ ſunt ſpecies,naturalis,non naturalis.Naturalis eſt cuius color eſt rubeus,malo carens odore,& ualde dulcis inter humores.Venalis,color eſt rubeus obſcurus.Arterialis,rubeus clarus.Sanguis eſt non naturalis,aut quia mutatus eſt à bona cõplexione in ſe,ſine alterius humoris commixtione,aut propter humorem malum ei admixtum.Ex permixtione enim cũ aliis humoribus bonis ſeruantibus ꝓportionem debitam,non dicitur innaturalis,ſed ex eius permixtione cum malis,qualitate,ſubſtantia,uel quantitate,ſeu in proportione alterius ad alterum.Sanguis non naturalis ex permixtione mali humoris,aut eſt ex permixtione humoris,qui ab extra ſibi ſuperuenit,aut ex pmixtiõe mali humoris,generati in ipſomet ſanguine,ut quãdo pars ſanguinis eſt putrefacta,& eius ſubtile eſt conuerſum in choleram,& groſſum in melãcholiam,& cholera,uel melancholia,uel utraq; manſit in ſanguine.Et dicit Auicenna,quòd cauſa efficiens ſanguinis naturalis,eſt calor temperatus,& cauſa materia-

is eſt nutriens temperatum,formalis digeſtio bona,Et inalis eſt nutrire corpus.Calor tẽperatus dicitur cauſa efficiens ſanguinem,quia reſpectu chili, uel partium eius aptarum fieri ſanguis, non tantum excedit quòd conuertat partes illas in choleram, uel humorem aduſtum,neq; tantum eſt diminutus,ꝙ nequeat ipſas ſatis digerere,ſed quia medius eſt inter hæc extrema.Et cauſa materialis eſt nutriens temperatum, quia partes calidæ & humidæ dulces cibi,potus,uel chili, mediocriter groſſæ,ſunt materia ſanguinis,quæ dicuntur tẽperatæ,nõ ſimpl'r,ſed cõparatiõe ad ſubtiles igneas paratas cholerizari,ꝛ groſſas fridas paratas in phlegma: uel melãcholiã ꝯuerti.Vocat decoctionẽ bonã ſanguinis cãm formalẽ,nõ qa ſit eius forma, ſed qa eſt eius cã immediata. Nutrire corpus, eſt finalis cauſa. qa licet alii humores ſm Galenum nutriant,non tamen nutriunt uniuerſum corpus,ſicut ſanguis,nec unq̃ nutriunt ſoli,ſed ſanguini commixti ſanguine dominante.

De phlegmate. Cap.8.

PHLEGMA aliud eſt naturale, aliud non naturale,d.Auic.Naturale eſt illud, quod aptum eſt,ut in aliquo tempore fiat ſanguis: quoniam eſt ſanguis non bene coctus. dicunt,non intelligit Auic.ꝙ naturale ſit differens ſanguine ſolum per magis,& minus eſſe coctum, quia magis, & minus non uariat ſpeciem. Etiam tũc ſanguis ſemper eſſet prius phlegmate, quod non eſt dicendum: quoniã in chilo, cum ſit heterogeneus,ſunt partes aptæ fieri ſanguis,ut partes magis aereæ,& partes aptæ fieri cholera.Et partes aliẹ,ut magis aquoſæ aptæ diminute coq & fieri phlegma. Sed uult, ꝙ hic ſanguis diminute coctus, qui dicitur phlegma, differat ſpeciẹ à ſanguine, Et nõ uult,ꝙ omnis ſanguis

diminute coctus dicatur phlegma, ſed ſolū ille, qui nō dū adeptus eſt ruborē ueri ſanguinis, nec eius calorē, nec ipſius aptitudinem proximā, ut nutriat mēbra carniformia, unde pars chyli, q̄ in hepate digeſtionem aliquam paſſa eſt, dum ſanguis generabatur, & aquoſa mā ſit, & alba, & inſipida, & remiſſi caloris, eſt ſanguis ille diminute coctus, qui dicitur phlegma. Et ſic ſanguis, & phlegma non ſolum differunt per magis & minus eſſe digeſtum, ſed ſubſtantia, complexione, ſapore, colore, & proprietate.

Phlegma generari ĩ uētriculo.

Sed ſm̄ Galenum phlegma generatur in uentriculo, & non in hepate, & in ſanguinem mutatur per ſecundā digeſtionem, q̄ fit in ipſo hepate: unde in libello de atra bile inquit: Nos autem pituitoſum humorem ex cibis phlegmaticis, in prima uentriculi cōcoctione fieri demonſtrauimus, ut bilioſū, & mel'icū in iecinore, mutatur, & pituitoſus in ſanguinē cōcoctione, qua iecur p. fungitur. Idem dixit 5. de uſu ꝑtium cap. 4. Ideo hoc eē nutrimentum uelut ſemidigeſtum dixit 2. de uirtutibus natu. cap. ul. Et ꝙ cruditas pituitę intelligenda eſt, quæ in ea concoctione incidit, quæ in uenis agitur, non aūt in ea, quæ prima eſt, q̄ in uentriculo perficitur. Et fortaſſe, hoc etiā uoluit Auicen. prima primi doctrina. 4. cap. de qualitate generationis humorū, ubi dubitatiue loquitur de generatione pituitæ in hepate, dicens in decoctione chili, q̄ eſt in hepate eſt res quę eſt ſicut ſpuma, & res quæ eſt ſicut hypoſtaſis: ⁊ res fortaſſe erit, aut quæ ad aduſtionē pertinet, ſi decoctio ſuperflua fuerit, aut res quæ nō eſt bene cocta, ſi decoctio fuerit minor q̄ꝫ debet. Etiam rōne ſic patet, in hepate non generatur pituita niſi per diminutam concoctionē. Ergo ſi hepar perfecte coquatur. totus chilus fiet ſanguis & nō ſcd̄m partem fiet pituita. ergo ſi pituita non generaret̃ in uē triculo, eſſet homo aliquādo ſine pituita, quod non eſt

dicendum. Etiam magis uerisimile eſt, ut phlegma generetur in uentriculo cuius ſubſtantia eſt alba, & ſanguis in hepate cuius caro eſt rubea: ſed dices phlegma eſt ſanguis diminute decoctus, ergo chilus in hepate antequam fiat perfecte ſanguis fiet phlegma. dicendum ſi de phlegmate non uero intelligis, qđ non differt ſpecie à ſanguine, ſed eſt ſanguis in fieri & imperfectus uerum eſt ꝙ in hepate fit phlegma & prius phlegma q̃; ſanguis. Sed ſi de uero phlegmate intelligas, ꝙ eſt quartus humor à ſanguine diſtinctus, non eſt uerum niſi per accidens, ut dictum eſt: imo imediate corrupta forma chili ſanguis generatur.

Quæri ſolet: An phlegma naturale totum tranſeat in ſanguinem, an ex eo fiant quatuor humores. Quidā dicunt, ꝙ in quatuor conuertiť humores, tenentes quatuor humores nutrire, & non ſolum ſanguinem. Et ſic dicens Auicenna, Eſt aptum ut fiat ſanguis, accipit ſanguinem pro tota maſſa, Speculator tenet totum in ſolū ſanguinem conuerti. Et eſt melius, quia ſm ſe totum eſt ſanguis diminute coctus. Item pars phlegmatis, quę cōuertitur in phlegma, uel eſt per uiam remanētiæ. ſ. quia remanet intranſmutata ſm illam partem: aut tranſmutetur ſcđm ſubſtantiam. Si primuꝫ, per tranſmutationē non fiunt niſi tres humores. Si ſecūdum, tunc non fiet phlegma. Nam corrupto uno indiuiduo ſubſtantiæ, ex eo nō generatur indiuiduū eiuſdem ſpeciei. Etiam poſſet argui ꝓceſſus in infinituꝫ. Et ſi dicas, ſanguis in quē conuertitur phlegma, nutrit, ergo ipſe eſt quatuor humores. Negat argumentuꝫ, quia ille ſanguis diſtinctus ab aliis factus à phlegmate, non nutrit, niſi mixtus toti maſſæ ſanguineæ, à qua corpus quantūcūqꝫ phlegmaticum, & quantūcūqꝫ neceſſitatē habens, non euacuatur omnino. Phlegma naturale eſt dulcis ſaporis, nō ualde frigidum, licet ſit primuꝫ frigidorū, quod eſt in nobis:

Immo comparatione corporis, ſcd̄m complexionem, quam ſortitur,ex mēbrorum ſuoruꝫ coalteratione,uel cōparatione cutis,eſt friditatis paucæ,ſed cōparatione ſanguinis & cholerę rubeæ,ꝛ ſpiritus,eſt ualde fridū. Quærit̄ etiā,An ſanguis genit⁹ ex chilo ſit eiuſdē ſpecieicum ſanguine ex phlegmate genito.Dicunt Medici de ultimo intentis à natura,quæ diuerſa ſunt requirūt ſibi diuerſas materias,& non ſunt eiuſdem ſpēi, ut mus genitus ex ſemine non eſt eiuſdeꝫ ſpeciei cum mure genito ex putredine:ſed de his quæ ſunt ordinata ad generationē, non eſt neceſſe, ut ſint diuerſarum ſpecierum, quemadmodum eſt de ſanguine genito ex chilo, & genito ex phlegmate.

Dicit Auic.prio canticę,ꝙ phlegma naturale eſt inſipidum.Et Auerroes ibi:Quinqꝫ ſunt ſpecies.phlematis,ex quibus una uocatur phlegma naturale,ꝛ tale caret ſapore.Ideo prima primi non dicit Auic,ꝙ ſit dulce,ſed ꝙ ſit quidam modus dulcis phlegmatis,quia extenſo nomine dulcis ad ſapores guſtui delectabiles, ſapor inſipidus dulcis dici poteſt.Sed quia phlegma naturale eſt nutrimētum ueluti medio modo coctum ,ut dictum eſt,credendum eſt,ipſum aliqua dulcedine participare.Vnde Galenus ſecūdo de uirtutibus naturalibus:Phlegmatis quod dulce eſt id benignum eſſe animali & ſecūdum naturam.Etiam dicit Auicenna,datur phlegma dulce,quod non eſt naturale,ut quando ſanguis naturalis immiſcetur phlegmati,quod ſentitur in reumatiſmis deſcendentibus ad linguam & palatum, & in ſaliuis.Vnde cum phlegma permiſcetur in uenis cum ſanguine,ut tempore neceſſitatis fiat ſanguis,& nutriat,Dulce eſt & naturale,quia currit curſu ſibi ordinato à natura.Sed cum permiſcetur cum ſanguine præter commumem curſum naturę, ut cū phlegma ſuperabundat,& extra uenas expulſum,ꝛ defluens,cum ſan-

guine aliquo immiſcetur,eſt dulce non ualde,quia factum eſt cauſa morbi,ut reumatis & impedimenti guſtus,ꝛ appetitus.Dicit Auic.Gal.dixit phlegmatis naturalis,naturam non feciſſe membrum proprium,quéadmodum duabus fecit choleris, ſcilicet choleræ rubeę,chiſtim fellis,& choleræ nigræ,ſplenem,cuius cauſa eſt,quia phlegma habet ſimilitudinem propinquam ſanguini,& omnia membra indigent eo,ut ſcilicet tempore neceſſitatis in ſanguinem uertatur, & nutriat ea. Et ideo fecit natura; ut cum ſanguine uadat.Sed ratio Gal.uidetur alia in libello de atra bile capite 8.Nam inquit,Quia pituitoſus humor in ſanguinem mutatur, concoctione,qua iecur perfungitur:hac ratione,nullũ proprium eius organum ad ſanguinis purgationẽ natura machinata eſt,quemadmodum utraſq; ueſicas,& ſplenem,illas ſeroſi excrementi,& bilioſi humoris,hũc melancholici.Et in de uirtutibus naturalibus 2.cap.ulti. inquit,Phlegmatis nullum fecit inſtrumentum natura,ſanguinis purgatiuum: quoniam & frigidum, & humidum,& uelut ſemidigeſtum aliquod nutrimentũ: Indiget enim non euacuari hoc tale,ſed in corpore manens alterari.Ideo nullus in hepate reperitur proprius canalis deferens phlegma ad aliquod proprium receptaculum,ſicut reperitur proprius canalis deferẽs choleram ad chiſtim fellis,Et proprius,portans melancholiam ad ſplen.

Quare n[on] fecit n[atura] mẽbrũ ꝓpr[ium] [phleg]mãlis phle[g]matis.

Dicit Auic.Membra omnia indigẽt phlegmate,propter neceſſitatem,& propter utilitatem.Et neceſſitas eſt duplex,una eſt,ut ſit iuxta membra,ad hoc,ut operentur in eo uirtutes eorum naturales,& concoquant, & digerant,& nutriantur ex eo,cum membra amiſerint nutrimentum,quod ad ipſa conſueuit uenire,quod eſt ſanguis bonus,propter retentionem materiæ eius,quæ retentio à uentriculo ꝛ hepate fit,propter aliquas cau-

ſas accidẽtales,ut cum cibus ab extra non miniſtratur tempore famis,tunc enim uentriculus auide retinet ,id quod in eo eſt.Et hepar ſimiliter,aut cum cõtigit oppilatio,uel apoſtema in fundo uentriculi,uel in meſaraicis,uel hepate: Aut cum fuerit debilitas expulſiue uẽtriculi,cuȝ debilitate attractiuę meſaraicarum,& hepatis. Poſtea inquit,quod hanc partem neceſſitatis non habent duæ choleræ puta rubea & nigra,quia non conueniũt in hoc cum phlegmate,ꝙ calor naturalis rectificat ipſum,& faciat ex eo ſanguinem.ſed in hoc conueniunt phlegma , & duæ choleræ , ꝙ calor accidentalis mutat,putrefacit , & corrumpit eas omnes.De hac neceſſitate non inuenio Galenum mentionem feciſſe, propter quod dubitaẗ,Quare phlegma hoc nõ fiebat ſanguis ante tempus huius neceſſitatis,cum ipſum erat in uenis,ſicut eſt modo,& calor potentior q̃ nunc. Secundum dubium eſt,Quomodo hoc phlegma in uenis extra hepar tẽpore neceſſitatis conuertatur in ſanguinem:cuȝ locus generationis ſit in hepate ,ut primo de uirtutibus naturalibus 4.cap.& 4.de Vſu part.cap. 12.& cap.17.Item 5.de iuuamentis mẽbrorũ cap.3.inqt author: Quia corpus hepatis eſt primuȝ inſtrumẽtorũ generantium ſanguinem , quanto magis cibus fuerit propinquus ei , tanto magis erit maioris,& uelocioris alterationis in ſua natura,& melius recipiens ſpeciem ſanguinis.Et propter iſtam cauſam fuerũt telæ uenarũ, quę ſunt in hepate tenuiores telis aliaruȝ uenarum,quę ſunt in toto corpore:quoniam uenæ,quæ ſunt in reſiduo corporis,quę ſunt remotæ à ſubſtantia generante ſanguinem,fuerunt telæ earum groſſiores,& magis duræ.Propter quod dixerunt aliqui,ꝙ phlegma quod iam tranſiuit in uenas uerſus membra,non poteſt fieri ſanguis niſi reſumaẗ in hepar: naȝ ſanguis fit in hepate in uirtute carnis ſuæ rubeæ,unde ſanguis eſt rubeus.Si

ruti mammillæ uirtute carnis albæ,faciunt lac album. Vnde Gal.4.de Vſu part.12.ca.Id quod eſt caro hepatis,quod utiq; eſt,& propria ſubſtantia uiſceris,eſt primum ſanguinationis organum,& principium uenarũ. Si quis enim euidenter ſcrutatur eius naturam,propria ſauguini exiſtit.Euaporatum enim ſanguinẽ,& ingroſſatum ,nihil aliud inuenies fieri,q̃ hepatis carnem.Et alij dicunt,quòd cauſa quare prius non fiebat ſanguis, & modo fit,cum tamen continue ſtet actio caloris &c̃. eſt quia prius ſtabat quaſi occultatum cum ſanguine,& conſeruabatur in eo ex naturali ordine partium in nobis.Nunc aũt tẽpore neceſſitatis,eſt factum illud phlegma actualius,& attingens loca,quæ poſſunt illud conuertere in ſanguinem.Et dicunt ad ſm,ꝙ ubique in uenis phlegma poteſt fieri ſanguis,quia in uenis eſt uirtus ſanguifica ſm Galenum 4.de uſu part.cap.12.ita dicentem: Venis,quæ ad uentrem,& uniuerſa inteſtina preueniunt,ineſt uirtus quędam ſanguinis factiua,ſm quam, anteq̃ ad hepar perueniat,qui diſtribuitur ex cibarijs chilus ſanguinare ipſum uenæ natæ ſunt,quàuis hepar principium ſit,& primum ſanguinationis organum,& uenæ nó ſint factę gratia ſanguinationis,ſicut ibi 4.de uſu par.cap.17.dicit.Gal.Non poſſunt autem duæ choleræ cõuerti in ſanguinẽ,quẽadmodũ phlegma.Quia melancholia fex ſanguinis,ex ineptitudine materiæ,nõ poteſt fieri ſanguis. Et cholera non poteſt fieri ſanguis,quia agens naturale non retrahit ſuam actionem, quia tunc eſſet agens cum cognitiõe.Egit autem calor naturalis ad terminum multæ caliditatis,cum generauit choleram. ergo nõ potuit illa retrahere ad inferiorem decoctionem.Et quia cholera eſt materia improportionata illi formæ,cum ſit ignea ,ſubtilis,amara.& per conſequens non apta digeri digeſtione ſanguinea. phlegma autem eſt aptum.

Secunda neceſſitas eſt,ut miſceatur cum ſanguine,ut reddat ipſum aptum ad nutriẽdum membra phlegmaticarum complexionum,ſicut cerebrum in cuius ſanguine,qui debet ipſum nutrire, notabilem phlegmatis partem eſſe oportet.Et hic modus neceſſitatis eſt inuẽtus in duabus choleris,quia oportet in ſanguine qui debet membra cholerica nutrire,ſicut pulmonem,notam eſſe partem choleræ.Et in illo qui nutriturus eſt mẽbra melancholica,ſicut oſſa, chartilagines notam eſſe partem melancholiæ.Scias tamẽ ꝙ triplex ſanguis ad caput aſcendit,Vnus eſt groſſus terreſtris,oſſa quæ ſunt in capite nutriturus,Alius eſt humidus,phlegmaticus,ſubſtantiã cerebri medullarem nutriturus,Alius ſubtilis,purus,ꝯuertibilis in ſpiritus, quorũ magna copia idiget cerebrũ,tũ ad opatiões phãtaſię cogitatiõis, & memoriæ,tũ ad ſenſationes oĩu ʒ quinqʒ ſenſuũ exteriorum,tum ad motiones uoluntarias omniũ muſculorum corporis.Et utilitas phlegmatis eſt ut humectet iuncturas, & membra,quæ multum mouẽtur,ne deficcentur propter calorem,qui prouenit ex motu.

Dicit Auic.Non naturalis phlegmatis ex parte ſubſtantiæ,quoddam eſt mucilaginoſum, aliud crudum aliud aquoſum,aliud gipſeum.aliud uitreum. Mucilaginoſum eſt quod in ſuis partibus eſt ita diuerſum in ſubtilitate,& groſſitie,ꝙ uiſu deprehenditur.Et dicitur à ſimilitudine,quam habet cũ mucilaginibus,ut pſilij, & althęæ.Crudum eſt,quod ſm iudiciũ ſenſus apparet æquale in ſubtilitate,& groſſitie, licet uere diuerſum ſit in ſuis partibus.Aquoſum eſt phlegma ualde ſubtile,uelut aqua aliqualiter inſpiſſata.Gipſeum eſt cuius ſubtile fuit reſolutum propter nimiam moram eius in iuncturis.Et hoc eſt groſſius omnibus alijs.Vitreum eſt,quod uitro liquefacto ſimile eſt,in ſui uiſcoſitate & ponderoſitate.Mucilaginoſum ſæpius inuenitur deſcẽ

dens à membro ad nares,& quandoq; in uomitibus,& ſeceſſibus, & urinis.Crudum multiplicatur in ſtomacho,& in inteſtinis,& interdum in uenis, & ſpecialiter in ſenibus,propter diminutionem cócoctionis,Et illic moram trahens paulatim augetur, & ingroſſatur,Et cum tandem ab eo grauetur natura,& nó poſſit ipſum per uias expulſionis ordinarias expellere, faciens de poſſibilibus,quod melius eſt,elongat ipſum à corde,& alijs membris intrinſecis,& mittit ad extrema, ſpecialiter ad tibias,cum ſua grauedine naturaliter tendat ad inferiora. Et ideo tibiæ ſenum inflantur inflatióe relinquente foueam poſt impreſſionem digiti.Et ſpecialiter in pinguibus,& ſolitis nutriri hũidis. A quo ſum phlegma ſæpius inuenitur in ſaliuis,& ſputis male digerentium & nimis bibentium.Et à cerebro ad nares ſolet deſtillare,ut in principio corriſarum.Gipſeu; generatur communiter in podagris, & chiragris nodoſis ex groſſo phlegmate clauſo in iuncturis, & illic manéte, donec ſubtile eius ſit reſolutum,& groſſum eius adeo induratum ut ſit ſicut lapis.Ideo gipſeum dicitur,quia gipſo ſimilatur,non fluidum,neq; molle.Ideo non humor proprie.Vitreũ communiter generatur in decrepitis deſtitutis calore,Et quãdoq; mulieribus,& phlegmaticis aliarũ ætatũ,& maxime i monoculo,uel in inteſtino colon tũ pp iuolutióes,& angulos eo℞,tũ etiã pp eo℞ frigiditaté,& diſtãtiã à corde.Et quãdoq; apparet in ſquibalis effluere,miniſtratis cliſteriis i colica. Et dicit Gale.3.de locis affectis cap.5.Pituitę unum genus eſt quod quotidie,uel excreando, uel uomẽdo,uel emungendo educitur,uaporoſo.ſ.ſpiritu plenũ,ut ſenſum quidem lateat ipſum eſſe diſſimilare. Alia uero pituita ſimilaris quidem uidetur, licet fortaſſe non ſit ſimilaris,qualis eſt crudus humor,qui in urinis ſubſtat, à Praxagora uitreus appellatur:atq; ex hoc genere eſſe

uidetur ſaliua, quę neq; fluida admodũ eſt, neq; aquoſa Et dixit. 4. de tuenda ſanitate, ꝙ omnis pituitoſus ſuccus eſt craſſus, & glutinoſus.

Non naturalis phlegmatis ſecundũ ſapores. Aliud eſt, quod eſt ſalſum, quod cæteris ſpeciebus eſt magis mordax, & ſiccius, & leuius, propter choleram, quam ſuſcipit in ſe, eſt ſiccum, leue, & acutum. Et dicit Auic. ꝙ cuiuslibet ſalſuginis cauſa eſt, ut terreæ partes aduſtæ ſiccarũ coplexionũ, & amari ſaporis miſceanť ęquali mixtura, ſeu temperamẽto humiditati aquoſæ pauci ſaporis, aut priuatæ ſapore. Et intelligit miſceri æquali temperamento, non ꝙ æquis partibus miſceantur: quoniam ſufficit, ꝙ terreum aduſtum non obtineat in uirtute ſupra aqueum humidum manifeſte, Nec cõtra. Nam ſi partes terreæ aduſtæ multæ eſſent, & ſuperarẽt humiditatem aquoſam, proueniret inde ſapor amarus. Et ex tali mixtura ſicci, terrei, aduſti amari, cum humido aqueo inſipido, fiũnt ſales, & aquę ſalſæ. Sil'iter quãdo cholera ſicca natura, & aduſtat miſcuerit ſe mixtione æquali tenui carente ſapore uel inſipido, faciet hoc phlegma ſalſum, & eſt phlegma cholericum. Et dicens Gale. 2. de differen. febrium cap. 6. ꝙ phlegma ſalſum fit, aut ob putrefactionem, aut ob permixtionem ſalſæ ſeroſę humiditatis. Intelligit, ꝙ putredo facit phlegma ſalſum, propter hoc, ꝙ in eo facit aduſtionem, & cineritium, quæ commiſcetur cum humiditate ipſius. Et per ſeroſam humiditatem ſalſam, intelligit ut dicit Iac. de partib. uirus cholericum, quale inuenitur interdum, ſupernatans ſanguini extracto per phlebotomiam, & interdum manans ex fiſtulis, & ulceribus uirulentis, & iſtud eſt ſalſum uel amarum, & immixtum phlegmatĩ, poteſt ipſum reddere ſalſum, quemadmodum cholera. Hoc phlegma ſalſum ſæpe reperitur in uentriculis phlegmaticorum, uina fortia potãtium, & ſalſis, & acu

Salſuginis cauſa.

tis utentium.Et uentriculo adhærens,ſitim interdũ cla moſam cauſat,& decurrẽs per inteſtina,quãdoq; excoriat ea.& inducit dyſenteriam,& infiltratum in ano frequenter fortem tenaſmone;.Et d.Auic.2.cano.ꝙ ſapor ſalſus fundatur in ſubſtantia calida media inter ſubtile & groſſum, & ſapor amarus in ſubſtãtia calida groſſa Et Gal.4.ſimplicium ca.20.dicit,in ſubſtantia terrea calida,ſubtili,& itelligit,inter terreas ſubas,ſubtilis eſt q̃ eſt ſubiectum amaritudinis,⁊ acutus ſeu acris iu ſubſtãtia calida ſubtili, & ſapor põticus in ſubſtantia frigida groſſa terreſtri, & acetoſus ſeu acidus in ſubſtantia frigida ſubtili & ſtipticus in ſubſtantia frigida media inter ſubtilitatem & groſſitiem, & ĩ ſubſtãtia groſſa media in caliditate & frigiditate, ſapor dulcis, & in ſubſtãtia ſubtili media in caliditate ⁊ friditate,unctuoſus. Sed de ſtiptico non ſic dicit Gal. quoniam uult ipſum diuidi in auſterum & acerbum, q̃ terrena ſunt,& craſſi corporis conſiſtentia.Inquit eni; 4.Methodi ca.7.Voco auſterum id quod eſt adſtringens, acerbu;' uero qđ intenſum auſteru; eſt.Et.4.Simpliciũ cap.6.ait.Adſtringentia certe terrena ſunt,& craſſ: corporis conſiſtẽtia, qualitate uero frigida,acida autẽ tenuitate pollẽt corporis.Et parum infra.Arborum fructus quotquot nobis ubi maturuerint dulces apparent, nuper enati,acerbi,ſicciq; ſunt conſiſtentia, pro ſui nimiruũ parentis, quiſq; natura (ceu quodã ait loco Theophraſtus)oliuæ,uuę,mala punica,mora,palmulę,pyra, at progreſſu temporis humidiores redduntur, acquiruntq; ad acerbitate; aciditatem,q; ſenſim exeuntes, poſtea dum matureſcunt ac perficiuntur,dulces euadunt. Sunt qui ẽt in arboribus,ſed poſtea cu; decrepiti conditiq;' aliquãdiu fuerint dulcedinem accipiunt. Alii ſunt qui nõ interueniente aciditate:ſed palam ab acerbitate in dulcedinem tranſeunt, ſicut oliuæ. Etiam parum infra ait:

Quoniam autem cum principio lignoſi ſint(ut Theo phraſtus dixit) ſicci quoq; ſunt,ſimulq; acerbi, uerum affluentis poſtea humoris copia acidos efficiat: palã eſt ſaporem acerbum magis eſſe terrenum,acidum autẽ magis humidũ. Itaq; & Plato recte definiuit dicẽs: Quæcũq; partes eiuſmodi in ſuccis deferuntur terreſtres,eæ liquefactæ cõtrahunt atq; exiccant linguæ ſenſibiles partes: ac ſi exaſperant, acerbe: ſin minus id faciant auſteræ apparent. Et nota etiam cum poſtea inquit: Velox ſiquidem acidorum ſaporum tranſitus in ſentiẽtibus partibus fieri conſpicitur,acerborum autem tardus. Tum acida quidẽ in alto magis agere apparent: in ſuperficie autem acerba.Hæc itaq; omnia craſſarum eſſe partium acerba indicant,acida uero tenuium. Et ex his apparet manifeſtus error Thomæ de Garbo 2.de differentijs febrium cap.6.uolẽs omnes ſpecies phlegmatis non naturalis reducere ad quatuor ibi poſitas à Galeno ait,ꝙ acre & ponticum poſſunt poni pro uno, & ꝙ ponticũ comprehẽditur ſub aecetoſo. Sed dices ſapor acetoſus fundatur in ſubſtantia ſubtili, & ſalſus in ſubſtãtia media inter ſubtile,& groſſum Ergo phlegma acetoſum ſubti lius eſt ſalſo,& per cõſe quens leuius cuius oppoſitum dictum eſt.Dic , quòd in ſubſtantia acetoſa poſſunt eſſe aliquæ partes ſubtiles,quæ deferũt illum ſaporem,& aliæ plures & maiores,quæ eum non deferunt. Sicut in oppio & cicorea partes aduſtæ,quæ reddunt ipſas amaras,ſunt pauciores alijs,cuius rei ſignuẽ eſt.quod oppium eſt frigidum in quarto.Et cicorea frigida à dominio.Sed dices,quãdo cum inſipido miſcet amarus ſapor,à nullo poteſt frangi ſapor amarus,quia inſipidum eſt priuatio,compoſitum ergo remanebit amarum.Item ſalſus ſapor eſt medium.Extremi ſapores ſunt,dulcis,& amarus.Ergo oportet, ꝙ in productione ſalſi concurrant dulcis,& amarus,Dicunt

ad primum, ꝙ amaritudo frangitur à ſalſedine, quæ in humido aqueo producitur per ſiccum terreum, quod eſt in amaro calido agente: Ad ſecundum, Verum eſt, quando medii ſapores fiunt per uiam commixtionis, ſed quãdo fiunt per uiam generationis nõ. Vnde ſicuti nõ exiſtentibus actu coloribus extremis, fiunt colores medii per tranſmutationẽ principiorum cõtinentium in uirtute productiua hos colores, ut ſegetes uirides, & folia arborum mouentur ad uiriditatem, ad citrinitatem, calore agente, præter, ꝙ ibi ſit album, quod cũ uiridi obſcuro, quod ſtat loco nigri, faciet citrinum. Ita non exiſtentibus ſaporibus extremis in actu, ſed in uirtute principiorum producentium, fiunt ſapores medii. Sequunẽ enim colores, & ſapores tranſmutationeꝫ ſm primas q̃litates, licet colores nõ ſic imediate, ſicut ſapores, ꝑ de uirtutibus naturalibus capite ſexto.

An autẽ dulcis, & amarus ſint extremi ſapores, ſicut album & nigrum ſunt colores extremi. Videtur, ꝙ ſic ex ſecundo de anim. com. 105. et 3. coll. cap. 34. Item ſapores ſunt extremi quibꝰ fiunt alii, ſed ex dulci, & amaro alii fiunt. Item ſapores iſti occurrũt nobis cum maiori contrarietate, quia cum delectatione & triſtitia. Dicunt Anto. & Dinus, Sapor amarus, ⁊ dulcis ſunt extremi, inquantum ex illis fiunt omnes ſapores medii, tamen conſiderando effectus, qui proueniunt in nobis ex aliis ſaporibus, ſapor acutus, & ponticus, ſiue acetoſus, ſunt extremi, ut dicit Gal. quarto de ſimplici medicina, quia acutus calefacit, & ponticus, ſiue acetoſus infrigidat. Solet etiam quæri, quomodo hoc phlegma ſalſum ſit ſpecies phlegmatum, cũ phlegma ſit humor frigidus & humidus? Et Gentilis dicit, ꝙ hoc phlegma ponitur in cap. phlegmatum, quia moles phlegmatis uincit. Si enim uinceret cholera, aut æquaretur, ſapor amarus uinceret, etiam quia motus eius eſt quotidia-

nus. Ad argumentum dicit, ꝙ phlegma ſalſum eſt in ſe frigidum, & humidum, quia partes frigidæ, & humidæ uicũt. Sed reſpectu noſtri corporis eſt calidũ, & ſiccũ, quia calefacit, & exiccat nos. Nec eſt inconueniens, quòd aliquid in ſe ſit frigidum, id eſt, plures habeat partes frigidas, q̃ꝫ calidas, & tamen nos calefaciat, ut ſecundo de anima cō. 105. quia partes calidæ poſſunt penetrare, & profundare in nos, & partes frigidæ extra manere, & non agere. Aliud eſt phlegma, quod eſt acetoſum. Nam ſicut phlegma eſt duorum modorum, dulce per propriam naturam, ut phlegma naturale, & per rem extraneam, quę fuit ſibi admixta, ſcilicet, ſanguinẽ: ita acetoſitas phlegmatis acetoſi, ↄtigit duob⁹ modis: uno modo per rem extraneã ſibi admixtaꝫ. ſ. melancholiã acetoſaꝫ, de qua poſtea: alio mō ꝑpter ebullitioneꝫ, q̃ accidit phlegmati, ſic accidit ſuccis dulcib⁹ fructuũ, ꝙ primo ebulliunt, ⁊ poſtea aceſcunt. Naꝫ imagineris, ꝙ ſicuti ſucci fructuũ à modico calore ebulliũt, ⁊ cito poſt acetoſantur, ita phlegma naturale, quod eſt quidã ſuccus, quandoqꝫ à calore debili non plene coqui, nec ſanguineꝫ fieri, ſed paulo poſt eius ebullitionem acetoſari. Pro quo ſcias, ꝙ acetoſitas, quæ accidit per alterationem, eſt duplex. Vna fit per imperfectam decoctionẽ in rebus, in quibus multum eſt de humido aqueo. et talis uocatur acetoſitas pura, id eſt, nō coniuncta ſapori acuto, non tamen eſt neceſſarium, ꝙ ſit pura ab aliis ſaporibus: nam poteſt cōiungi ſtiptico, ut in agreſti uua in principio, & inquibuſdam generibus pyroruꝫ. Alia eſt acetoſitas facta per putrefactionem, quia calidūꝫ rei aquoſæ factum extraneũ, educit de humido ſubtili rei, cuꝫ quo exit calidũ naturale, ⁊ infrigidatur res ex hoc, ſicut res aquoſæ per diminutam decoctioneꝫ. Sed quia calidum extraneũ aliquas partes rei adurit, cum educit humidum, & calidūꝫ illius rei, oportet, ꝙ remaneat ali-

quod ueſtigiuȝ caloris extranei in partibus combuſtis huius rei acetoſæ. et ſic acetum per putrefactionem factum, habet aliquas partes calidas ſecum mixtas habentes ſaporem acutū propter aduſtionem. Et ſic acetum hoc non eſt pure acetoſum, ſed cuȝ hoc acutum, ꝓ quo uide. 4. ſimpli. cap. 2. & 11. Hoc phlegma ſæpe apparet in uentriculo male digerentium. Nam ad os uentriculi profluit naturalis melancholia ad deſiderium ſuſcitandum. et interdum tale generatur in uentriculo, per uiam ebullitionis à debili calore. Scias ꝙ à cibis acetoſis, ſalſis, aut amaris humores in hepate generati nō trahunt ſaporē, licet in uentriculo exiſtentes trahere poſſint ab eis aliquā leuem ſaporis impreſſionem. Et ratio eſt, dicit Iac. de partib. quoniam de dictis ſola ſuccoſitas actu dulcis attrahit ab hepate, & reſiduū defluit inferius per inteſtina, & in illa ſuccoſitate ſunt in potētia, amaritudo choleræ, acetoſitas melancholiæ, ⁊ ſanguis dulcedo. Sicut enim apes ab amaris floribus ſugūt ſubſtantiam dulcem, ex qua faciunt mel, & ceram. ſic hepar in cibis. Et propterea Auic. prima primi nō poſuit modum aliquem ſpecialis phlegmatis acetoſi ex uſu aceti, & acetoſorum cibariorum. Aliud eſt phlegma ponticū quod ſimiliter quandoqȝ fit ex alterius humoris commixtione, quādoqȝ ex alteratiōe phlegmatis in ſeipſo. Sub pontico, auſterum comprehenditur, ex alterius humoris cōmiſtione, ut melancholia, pontica ſibi īmixta. Ex alteratione, ī ſeipō, ut ſi à cā aliq̄ in ſe ſit infrigidatū uehementī infrigidatione, adeo ut ſapor eius ſit cōuerſus ad ponticitateȝ, quia aquoſitas ipſius eſt congelata, & aliqualiter alterata uerſus ſiccitatem, & terreſtreitatem, & non ſupuenit ei calor debilis, qui faciendo ipm̄ ebullire conuerteret ipm̄ ad acetoſitatē, neqȝ calor fortis, qui digereret ipſum, & faceret ipſum ſanguinem. Sapor ponticus ſeu acerbus eſt ſapor, qui linguæ applica-

rus ſuperficietenus exaſperat ipſam, ut ſapor balauſtiaꝝ, gallarum, corticum granatorum &c. Et ſapor fructuū omnium in principio ſui, qui dulces fiunt, quando maturantur, ut dicit 4. ſimp. cap. 6. Dicunt ad hoc ut phlegma fiat ponticum per alterationem, ſiue alterius humoris commixtionem, requiritur primo, quòd nullus calor obuiet ei, qui facere poſſit ipſum ebullire. Secundo, ꝙ à frigore paulatim inſpiſſetur. Tertio, ꝙ aliquæ partes ipſius aquoſæ fiant terreſtres, ſicut aqua per inſpiſſationem conuertitur in terreſtrem, quia de ratione pontici ſunt, terreſtreitas, ſpiſſitudo, & frigiditas. Et Gentil. dicit, ꝙ modus, quo fit phlegma dulce naturale ponticum, eſt ꝙ phlegma naturale non occurat calido putrefacienti, nec calido forti coquenti ad ſanguinem, ſed occurrat frigidiori inſpiſſanti, & exprimenti ſubtile humidū, unde fit in eo ſiccū terreſtre cū humido aqueo groſſo. Dicunt, ꝙ hoc phlegma raro reperitur, quia raro fit melancholia pontica, quæ phlegmati mixta reddat ipſum ponticum, ſed eſt ut plurimum acris, tum etiam quia rarum eſt, ut in tantum poſſit creſcere frigus in humano corpore, quod congelet phlegma, & faciat ponticum. Non eſt tamen impoſſibile, cum referant quidē ſentire, quādoq; frigus in uentriculo quaſi glaciei. Idē de cerebro, & aliqui de inteſtinis. Sed dices, quomodo phlegma dulce remanēs phlegma poteſt fieri per ſe ponticum, cum tale ſit priuſq; ſemicoctum. & omne ponticum ſit crudiſſimum. Itē ſi aliquis humor fiat ponticus, erit melancholia non phlegma: patet conſequētia, quia omne ponticum neceſſario eſt frigidum, & ſiccum. Dicūt phlegma fieri ponticum, poteſt intelligi duobus modis: Vno modo uniformiter per totam eius ſubſtātiam, & intenſe: Alio modo quaſi ſuperficialiter ſecūdum aliquas ſui partes, & remiſſe. Primo modo dulce phlegma remanens phlegma, non poteſt fieri

per ſe ponticum,ſed bene ſecundo modo.Poteſt enim diuturnitate temporis inſpiſſari, & partes eius aquæ, quæ nondum paſſæ ſunt digeſtionem congelari,& terreſtres fieri,licet non adeo congelari poſſint,ꝙ fiant lapis.Sed hæc apud Galenum non ſunt dicenda.

Phlegma uitreum , quod ob ſimilitudinem , quam habet cũ uitro liquefacto in colore,uiſcoſitate,& pondere,aliquando eſt acetoſum , ut cum à calore debili facta eſt in eo ebullitio , aliquando eſt inſipidum , ut quando inſpiſſatum fuit,& neque calor debilis, neqꝫ fortis fecit ipm ebullire.Et dicit Auic.ꝙ hoc eſt, quod erat aquoſum in principio ſui,⁊ nõ eſt putrefactũ,neqꝫ aliquid ei cõmixtum, ſed tam diu manſit reconditum, donec fuit inſpiſſatum,& frigidius factum, non tamen ſupple congelatum, nec ita terreſtre factũ, ut inde mutet ſaporem,& ponticuꝫ efficiatur.Ex his patet quatuor eẽ modos corrupti phlegmatis, ex parte ſaporũ ipſius, ſalſum,acetoſum,ponticum,& inſipidum.auſterum ſub pontico cõprehẽditur. Et quatuor ex parte ſubſtantiæ ſuæ,aquoſum,uitreum,mucilaginoſum,& gipſeuꝫ,cruduꝫ ſub mucilaginoſo cõprehenditur.Naꝫ omne phlegma tale,uel eſt ſubtile fluidũ ad aquoſitatẽ tendẽs & ſic eſt aquoſuꝫ,uel groſſuꝫ,inſpiſſatũ:& hoc tripliciter,uel ad inſtar mucilaginis,⁊ eſt mucilaginoſũ,uel ad inſtar uitri liq̃facti,⁊ eſt uitreũ,uel ad iſtar gipſei,⁊ eſt gipſeũ. Item tm̃ ſunt nouẽ ſapores,tres calidi.ſ.amarus, ſalſus, acutus.Tres frigidi.ſ.auſter⁹,põticus,& acetoſus.& tres medij.ſ. dulcis, unctuoſus, & inſipidus.Sed Gal.ſolum poſuit quatuor ſpecies phlegmatis non naturalis 2.de differentijs febrium cap.6.uitreum,dulce,acidum,& ſalſum: ſed ſub uitreo mucilaginoſum & crudũ comprehendit,ſub dulci inſipidum,& ſub ſalſo acre. De inſipido mentionem fecit primo de natura humana cõmen. 30.Et de acri 3.de locis affectis cap.5.de gipſeo uero ni

hil dixit: quia non eſt humor ꝓprie, etiam q̄a exiccatū, & terreſtrificatum non poteſt febrem facere, & ponticū non datur ſm Gal. quia phlegma omne eſt humiduȝ, & ponticū eſt ſtipticum & terreum. & inquit 4. ſimpliciū cap. 17. Scire oportet acres ſapores oēs ſumme eſſe calidos, ac deinceps poſt illas eſſe amaros, dicendum uero dulces. Cuȝ uero in omnibus ampla ſit latitudo: is qui magis, aut acris, aut amarus, aut dulcis eſt, magis quoque eſt calidus: qui uero minus tantum amittit caloris, quātum abeſt ab exacta guſtus qualitate. Terminus autem ſeu finis ſaporis amari eſt abſtergere, acris uero urere, at dulcis nutrire: ubi uidelicet in ſua quiſqȝ natura abſolutus fuerit: hoc eſt ubi quoad fieri poſſit minime alienis permixti ſint qualitatibus.

De cholera. Cap. 9.

CHOLERA alia eſt naturalis, alia non naturalis, dicit Auic. Naturalis eſt ſpuma ſanguinis, cuius color eſt rubeus clarus. Et dicit ſecūda primi doc. 3. ſumma. 2. ca. 2. ꝙ color croceus, qui ſimilatur capillis croci, eſt color, quem medici uocant rubeum clarum. Sed Gal. ꝑmo de Criſibus 12. cap. dicit, Apud Medicos amaram bilem dici flauam, & ruffam, ⁊ pallidam. Idem in tertio de Victus ratione, cōmen. 2. Et nō dixit eā rubeam dici, naȝ inquit amara bilis aliquādo ruffa appet aliqñ flaua, & ſępius pallida tibi uidebitur. Et differunt ruffus color, & flauus, quia ruffus magis ad album uergit, & flauus ad ſplēdidum. Nam ſi amara bilis albior, & turbulentior facta ſit, ruffeſcit, Si uero ſplendens ſit, & purior flaueſcit. Et dixit 10. ſimpli. cap. de felle. Didiciſti porro ex more non tantuȝ Medicis, ſed & Latinis omnibus bilem flauaȝ abſolute efferri bilem, tanq̄ ſub audituris qui audiūt coloris cognominationē. Atram

uero non ſimpliciter bilem nũcupari: ſed cum addito, nempe hoc totum atram bilem. ſed et ꝙ flauam bilẽ nõ nũquã pallidam cognominant noſti: & ꝙ in ueſica iecoris interdum pallidam, interdum flauam in conſecutionis animaliũ conſpicimus. Audiſti porro flauã tãto eſſe pallida calidiorem, quãto & craſſiorẽ: nam ſeroſo recremento flaue bili commixto pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauã pluſculũ excalefactã ꝯſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam. quin & in aialibus apparet flaua qdẽ ijs q̃ magis ſunt calida: q̃ uero minus pallida. Etiam cholerã naturalẽ non dixit Gal. eſſe ſpumam, ſed uelut ſpumam, 4. de uſu partium cap. 3. Nam ſpuma eſt corpus conſtans, & nõ fluidum. Item ſpuma componitur ex humidis puta aere incluſo in humido uiſcoſo, ſed cholera ex ſiccis, cum ſit amara, & amaritudo fundetur in ſicco terreo aduſto. Sed dicit cholera naturalis corpus humidum, fluidum, ſpumoſum, iuxta illud quinto de iuuamẽtis membrorum capite primo, Illud, quod purgatur ex chilo, habet tres modos, fecẽ. quæ eſt quaſi cortex uuarum, deinde quod eſt feculentum uuarum, quod decidit in uinũ, deinde ſpumoſum. Cholera leuis eſt reſpectiue, quia eſt leuior humorum, Acuta, quia mordax, & penetratiua, ſuo enim acumine inteſtina mordet, & cũ abundat, & diu per ea currit, excoriat ea. Si dicas, ꝙ cholera eſt amara, ⁊ amaritudo in ſubſtantia groſſa terreſtri fundatur, Dicitur ꝙ in cholera ſunt partes aliquæ terreſtres aduſtæ, quæ ſunt amaritudinis fundamentũ. Sed cũ illis ſunt aliquæ igneæ, & aereæ. Huius choleræ in hepate genitæ, pars una trãſit cũ ſanguine ad uenas, & alia tranſmittitur ad burſaſ fellis. Pars choleræ, quæ cum ſanguine trãſit ad uenas, penetrat cum eo neceſſitatis cauſa, & cauſa utilitatis. Neceſſitas eſt, ut miſceatur cum ſanguine ad nutriendũ membra cholericarum complexionum. Iuuamentum,

ſeu utilitas eſt,ut ſubtiliet ſanguinem, & faciet ipſum penetrare in uenis.Differt cholera,quę uadit cum ſanguine ab illa,quæ ad chyſtim fellis tranſmittitur.quia quæ cum ſanguine uadit,eſt magis benigna,groſſior,ꝛ naturæ ſanguinis magis propinqua.Quæ autem ad chyſtim uadit,calidior magis ignea,& ſubtilis.

Tenet Hipp.& Gal.choleram tranſire cum ſanguine ad membra,Primo ut iuuet penetrationem ſanguinis, Secundo ut cum eo nutriat membra cholericarum cõplexionum,Tertio ut cõtra operetur frigiditati,& humiditati phlegmatis, & melancholiæ. Ariſtoteles & Auer.contrarium dicentes,choleram eſſe puram ſuperfluitatem,& à ſanguine ſeparari in hepate,tanq̃ ineptã nutritioni, & abominabilem membris. Alii mediant dicentes,ꝙ cholera in pfecte ſanis non tranſit cum ſanguine ſub eius actualiter completo,ſed ſub eſſe potentiali propinquo actui, quia in ſanguine tranſeunte ad uenas,ſunt aliquæ partes ſubtiles aptiſſimæ cholerizari,quæ nullam habent amaritudinem,ex quibus dicũt, membra cholericaruꝫ complexionũ, ut pulmonem nutriri.Sed phlegma & melancholiam dicũt in uenis eſſe, ſub eſſe actuali,& pfecto. Scias, ꝙ aquoſitas ſanguinis multum iuuat penetrationeꝫ eius,per uenas capillares, quæ ſparſæ ſunt in hepate, & ingreſſum ipſius in uenaꝫ concauam. & ad id etiam cooperatur cholera ſui ſubtilitate ꝛ acuitate. Et poſtquam dicta aquoſitas à maſſa ſanguinis ſeparata eſt,cholera utilis eſt ad faciendũ penetrare dictam maſſam ingroſſatam per admixtionem phlegmatis,& melancholiæ. nec impedit ingroſſationem dictæ maſſæ per uiam digeſtionis,imo cholera ipſa proceſſu temporis reſoluendo aliqd aquoſitatis dictæ maſſæ ſui caliditate,ꝛ ſiccitate ingroſſat,ꝛ ingroſſatur,licet ex ſubtilitate ſuæ ſubæ reddat dictã maſſam ſubtiliorẽ,ex eius acumine próptioremad penetrandũ.

Solet quæri de cholera, quid ſit, quæ cum ſanguine uadit iuuans ad penetrandum, poſtquã cõpleuit penetrationem. Dicunt ꝙ ſi omnia membra nutriũtur quatuor humoribus, illa pars choleræ, quæ cum ſanguine uadit ſubtilians illum, ut penetret, eſt q̃ ſimul cum ſanguine nutrit mẽbra. Et ſi ultra quãtitatem, qua indigẽt membra pro nutricatione, uadit de cholera cũ ſanguine, tunc completa ſua utilitate inſenſibiliter reſoluitur: & aliquando ſenſibiliter, cuꝫ aliqua ſanguinis aquoſitate, & tũc fit ſudor. eſt enim ſudor, q̃dam ſanguinis aquoſitas, cui pus cholericum eſt admixtum, ut 2. can. cap. de ſudore. Et ex hoc patet, quare ſudor ſit ſalſus, de quo Ariſtote. 4. problematum particula prob. 12. Quia eſt aquoſitas cui miſcetur amarum.

An autẽ cholera naturalis ſubtilior ſit ſanguine, dicit Gal. ꝙ ſic, 2. de potentiis naturalib. ca. 2. Sicut urina ſubtilior eſt cholera: ſenſu enim manifeſtum, ꝙ cholera magis fluit ſanguine, & per pannũ, uel colatorium facile pertrãſit. & ipſa cholera ſeroſa ſuperfluitas citius colatur. Fit enim cholera ex ſubtili materia, quia illud, qđ ex chilo ſubtile eſt, fit cholera. Quòd ſi dicas, cholera fit per maiorem decoctionem, ergo magis groſſa, quia decoctio ingroſſat: dicitur ꝙ decoctio ingroſſat non decoctum, Nam pars chili, quæ choleræ reſpondet, ſubtilis eſt ſubtilitate quæ debetur rebus, ut crudę ſunt reſpectu ſui ipſarum, cũ ſunt coctæ, tamen hoc minus coctum, ut ſanguis poteſt eſſe groſſius quodã alio magis cocto, ut cholera. ſed quomodo propoſitio hæc, digeſtio ingroſſat, debeat intelligi, poſtea dicemus.

Dicit Auic. pars choleræ ad chyſtim fellis tranſmittitur propter neceſſitatem & utilitatem. & neceſſitas eſt duplex, una eſt totũ corpus à ſupfluitatibus cholericis mundare, alia eſt burſam fellis nutrire. etiã utilitas eius eſt duplex, una eſt abluere inteſtina à fecibus, phlegma-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

te uiſcoſo eis adhærente, Alia eſt inteſtina, & ani muſculos pungere, ut ſentiant, id quod eis nociuũ, & egeſtiones emittant. Dicunt aliqui, nutritur chyſtis fellis nõ à cholera pura, ſed ab unctuoſo aliquo eunte cũ illa. Sed Gale. 5. de uſu part. 7 cap. dicit, ꝙ ueſica, quia choleram ſuſcipit impermixtam, indiget propriis uenis deferentibus eis cibum, ad eius nutritionem. Idem habes 6. de iuuamentis mẽbrorum cap. 3. ibi. Chyſtis fellis autem & ueſica, quia utraq; atrahunt ſuperfluitatẽ propriam cõuenientẽ eis, & eſt pura, & munda, datæ fuerunt eis uenæ ad cibandum eas, præter uenam, per quã attrahunt ſuperfluitatẽ. & parum ſupra dicit, quodlibet mẽbrum attrahens ſibi aliquod propriũ, ſi attrahat ipſum ex canalibus amplis, ſicut ꝑ ſplenẽ & renes, attrahit cum eo aliud alterius generis. Quare chyſtis fellis cũ attrahit choleram ex canalibus ſtrictis, attrahit eã ualde purã. Cum ergo ipſa pura exiſtens ſit ſumme amara, nihil nutrire poteſt, ſed quia chyſtis fellis cholerã attrahit, à ꝓprietate, ſeu à uirtute nãli attractiua, & in omni tali attractione, attrahitur ꝯueniens. 3. de uirtutibus naturalibus cap. 7. & 13. et prima primi cap. ultimo. Dici poteſt, ꝙ chyſtis fellis attrahens choleram, cum conueniens ſit ſibi in ea uoluptuatur, & quodammodo cõgaudet, ſicut magnes in præſentia ferri. Cholera, quæ uadit ad principium inteſtinorum, ſcilicet, ad duodenum, ut omnia inteſtina emundet, ſi ad uentriculum iuiſſet, digeſtionem corripuiſſet, ut Galenus declarat quinto de uſu partium cap. 4. Et ſi monſtruoſe in aliquo uadat porus ille ad fundum uentriculi, & non ad inteſtinum, cogitur ille quaq; die choleram euomere, ut Gal. 2. artis medicinalis, tractatu de uentre, & 2. de complexionibus cap. ult. Et 2. de ratione uictus in morbis acutis con. 3. Et quandoq; in aliquo inuentum eſt, ꝙ alius ſubtiliſſimus porus uadit ad fundum uentriculi, præter

[margin: ...hyſtis fel ...s ex ſãgui ...e nutriri.]

illum qui uadit ad inteſtina, de quo Hali primo artis medicinalis cap.25. An autem chyſtis fellis tempore debito expellat choleram aliquo excitante, uel mordente eam: dicendum ꝙ ſic mordicatione cholerę, uel quadã extenſione, Habet enim neruum, paruum uix uiſibilem ſibi communicatum, 5. de uſu partium cap.8 Dicit tamen Galenus ꝙ mordicationes in chyſti fellis à cholera non ſunt manifeſtæ, ſicut in uentre, matricibus, & ueſica, quæ utrinam ſuſcipit, 3. de uirtutibus naturalibus cap.12.

Cholera non naturalis, alia eſt nõ naturalis per cauſam extraneam, quæ ei admiſcetur, alia per cauſam in ſe ſcilicet, quia eius ſubſtantia non eſt naturalis. Cholera non naturalis propter cauſam extraneam, alia dicitur famoſa, & eſt illa cui phlegma admiſcetur, & alia eſt, quæ eſt minoris famæ, & eſt illla, cui melancholia eſt admixta. hęc enim raro fit, ſed prima ſępe: facilius enim miſcetur phlegma cum cholera, quia phlegma cholerã inuiſcat, & cholera diuidit phlegma, q̃ melancholia, quæ eſt ſicca, & terreſtris, cum cholera, quæ eſt etiam ſicca ignea. Dicit Auicenna, ꝙ famoſa magis generatur in hepate, & de loco generationis minoris famæ non dicit. Dicunt ꝙ famoſa magis generatur in hepate, quia in hepate magis de ꝓpe coeunt cholera, & phlegma, q̃ alibi, eo ꝙ rami uenæ portæ, & rami uenę ꝯcauę ſibiin uicẽ ꝯiuncti in hepate, in qbus ſunt hũores q̃tuor, ſunt ſtrictiſſimi. De cholera uero minoris famæ dicit Gentilis, ꝙ licet Princeps locum generationis eius non explicet, tamen credendum eſt propter eandem cauſam, in hepate generari. Sed Iac. de partibus dicit, ꝙ choleram minoris famæ generari in hepate non dixit, quia illa quæ fit, quando choleræ naturalis pars aduritur, & inuiſcatur alteri non aduſtæ, non perficitur in hepate, quia ſi pars cholerę in eo adureretur, traheretur à ſple-

ne,tanq̃ melancholia,& pars non aduſta tranſiret ad chyſtim fellis.Dicit Gentilis,miſcet cholera cũ phlegmate,quia cholera diuidit phlegma ,& phlegma inuiſcat.Et cum hæc mixtio facta eſt,non toleratur ab hepate,ſed pellitur in loca lata,& aperta.Et ideo in ſtomacho inuenitur.

Dicit Auic.Cholera nota ſamoſa,aut eſt citrina ,aut uitellina.Si phlegma,quod admiſcetur cum cholera eſt ſubtile,fit cholera citrina: ſi groſſum, fit cholera ſimilis uitellis ouoru;,& dicitur uitellina.Idem dicit Iſaac in dictis uniuerſalibus 4.cap.Sed Galenus in modo generationis choleræ uitellinæ,& in gradu caloris eius aliter ſentit ſecũdo de potẽtiis naturalibus prope finẽ: cui adhęret Auer. tertio colliget.capite 3.& primo canticorũ cap.70.Et mirať Gentilis de Alyab.primo theoricæ capite 25.qui fidelis ſecutor Galeni in hoc non inſequitur eum.Dicunt pro horum cõcordia,quòd cholera uitellina,id eſt,ſimilis uitellis ouorum in uiſcoſitate,ſubſtantia,& groſſitie,& citrinitate coloris non intenſa: ſed debili fit ex permixtione groſſi phlegmatis cũ cholera, et de hac loqtur Auic.& eius ſequaces.Sed cholera uitellina ſiľis uitellis ouorũ i groſſitie,& citrinitate coloris intenſi ignea, non autem in uiſcoſitate, fit ex choleræ aſſatione, & de hac loquitur Galenus. Et iſta calidior cholera naturali.

Cholera minoris ſamæ,dicit Auicen.eſt quæ cholera uocatur aduſta,quæ duobus modis fit,unus eſt quãdo cholera aduritur,& fit in ea cinis á quo non ſeparatur pars ſubtilis,id eſt,humidum eius,ſed cum eo admiſcetur,& hæc eſt peior.Alius eſt,ut cholera nigra choleræ rubeæ deforis adueniens cum ea miſceatur,⁊ hæc eſt melior.Dicit Gentilis,ꝙ hic primus modus choleræ eſt cholera,quam Galenus uocat factam per aſſationem,tamen quia nõ omnino ſimilatur uitellis ouorũ,

ſia non in euidenti uiſcoſitate,non placuit ſibi uoca-
eam uitellinam, ſed choleram aduſtam,et tamē eam
itellinam ſecundo de potentiis naturalibus loco
tato.Et Iac.de partibus dicit, ꝙ non omnis cholera
ninoris famæ eſt aduſta,ſed ſolum illa,quæ generatur
x aduſtione choleræ.ſed quia ſępius cholera minoris
amæ fit ex aduſtione choleræ rubeæ,propterea dicit
Auic.ꝙ uocatur aduſta.Gentilis dicit, ꝙ hic ſumitur
duſtuȝ pro magis ſicco,nā melancholia cū ſit ſiccior
pſa cholera,addit ei ſiccitatem. Dicunt,ꝙ differt cho-
lera aduſta à melancholia aduſta.quia in cholera adu-
ſta partes ſubtiles,id eſt,humidæ remanent commixtæ
cum incineratis.Sed in melācholia aduſta, partes ſub-
tiles ſunt reſolutę,& aduſtę ſolę remanſerunt.Item me
lancholia fieri poteſt ex quolibet humore, ſed cholera
aduſta fieri non poteſt ex melancholia.Scias ꝙ cum
cholera nigra, id eſt melancholia naturalis miſcetur
cum cholera naturali,cholera uincente,fit cholera in-
naturalis,quia permutatur à ſui ſubſtantia,& qualita-
te ſibi conuenienti.Hęc autem eſt melior pręmiſſa,quia
melancholia naturalis non malignat choleram natu-
ralem,ſicut malignat eam aduſtio aſſans illam,& inci-
nerans.Poteſt etiam naturali cholere comiſceri melan
cholia aduſta:ſed tunc falſum eſſet dicecere,ꝙ hęc cho
lera facta per melancholiæ mixtionem, ſit melior, q̄
pręddicta.Sunt enim multi modi melancholiæ peſſimi,
qui mixti naturali choleræ,facerent illam peiorem, q̄
ſit cholera facta per aduſtionem incinerantē,ſicut illa,
quæ generat cancrum,uel lepram,membra diſſipantē.
Et dicit Auic.ꝙ choleræ minoris famę ex permixione,
melancholiæ naturalis,color eſt rubeus,ſed nō clarus,
neqȝ floridus,ſed ſimilis ſanguini non arteriali, cuius
color eſt rubeus clarus.Vnde ſicut phlegma permixtū
choleræ reducit ipſum uerſus albedinem ad citrinita-

tem, ſic melancholia choleræ permixta reducit eam uerſus nigredinem,ad rubeum non clarum,neq; floridum,ſiue ſplendidum.Dicit Auic.cholera,quæ in ſui ſubſtantia non eſt naturalis, alia eſt , cuius generatio ſæpius eſt in hepate, alia eſt,cuius generatio magis eſt in ſtomacho. Dicit ſecundo, ꝙ illa, quæ generatur in hepate,eſt cholera quæ fit,cum ſubtile quod eſt in ſanguine aduritur,& groſſum fit cholera nigra.Dicit tertio,ꝙ illa,quæ generatur in ſtomacho,duas habet partes, praſſinam.ſ.& uiridem,ut ęrugo æris.Vnde cum ſanguis trahit moram in hepate plus debito ,& eſt multum ſubtilis,& intenſe calidus,uel occurrit hepati ſupercalefacto,faciliter uritur, & ſubtile eius tranſit in choleram, & groſſum in malācholiam.Et hoc ſæpius fit in hepate,propterea ꝙ calidiſſimum eſt membrorū poſt cor,magnum recipiēs calorem à corde,& tunicæ uenarum ipſius hepatis ſunt ſubtiles ualde, & ſanguis in eis eſt minutim ſparſus,unde partes carniformes facilius eum alterant.Et interdum hæc ſpecies choleræ fit ex ſanguine,qui putreſcit,tūc eni; eius ſubtile cōuertitur ī cholerā,⁊ ipſius groſſu; in melancholiā.Et hoc modo ſępius fit in uenis,q; in hepate,ꝑp maiorē ſolicitudinē naturę,circa cuſtodiā membrorū principaliū. Et non eſt dicendum per hanc putredinem ſanguinem nō remanere ſm aliquam partem ſub forma ſanguinis: nam ſanguis manens ſanguis poteſt putreſcere, & febrem ſanguineam putridam cauſare, etiam ſm Gale.ut clare patet 2.de differentiis feb.cap.9.⁊ 9. Methodi cap. 2.& 5.Nec huius contrarium dixit 2.de criſi cap.12.ut ſibi imponūt Raſis 16.cōtinentis cap.2.Auic.p̄ma quarti cap.43. & Auerrois 2.canticorū & 2.colliget cap.30. & multi aliis iſtos ſequentes:ſed ſolum negauit dari febrem ſanguineam putridam ſimplicem ſeu exquiſitam, in qua non appareāt manifeſte niſi ſigna ſanguinis quē

admodum datur cholerica in qua ſolū apparent ſigna choleræ,ut manifeſte oſtendūt eius uerba, cum inquit: Liquet autē ꝙ cum ſanguis putreſcere cœperit,non amplius bonus remanet,ſed iā ad amarę bilis naturā trāſit. Atq; in hoc illud cernatur, triplex eē genus uniuerſum ſimplicium febrium:quæ enim ex ſanguinis putredine fit,iam quodāmodo billioſa eſt,ſicuti in naturalibus ſermonibus rectum oſtenſum eſt, ꝙ ſanguis ex moderat o calore generať, flaua bilis ex maiore, atra uero ex ſufficienter imodico. Quidquid igitur pingue & tenue in ſanguine eſt,fit flaua bilis,craſſu; uero,ac ueluti fex, quādo immodice calefactum exaruerit atra. Flaua etiam bilis quādoq; in atram ꝯuertitur cum aſſata fuerit:duplex etenim eius generationis modus oſtēſus eſt. Omnes igitur q̄ in particula aliqua febres accendūtur unum aliquem ex dictis,uel ſimplicem,uel compoſitu; habebunt characterez,ſimplicē quidē quādo ſufficiēter præualuerit unus aliquis ex humoribus prædictis: nō ſimplicem uero,quādo cōmixti alterius potentia apparuerit. Addo etiam,ꝙ ſanguis manens ſanguis pōt periodum alterius humoris ob diſpoſitiones accidētales obſeruare,quas uerſus naturam illius humoris acquiſiuit:unūquodq; enim quātum diſponit ad aliquā formam,tantū dat de ſequentibus illa; formā,quod patet de uaporibus aquæ calidæ,qui ſurſum mouētur ꝓpter acquiſiuiſſe ignis uel aeris diſpoſitionem. Et ideo licet ſanguis exiſtens ſub forma ſanguinis faciat febrem ſanguinea;,tamen ꝓpter acquiſiuiſſe diſpoſitiones uerſus choleram,periodum facit tertianarium.

Scias,ꝙ dicta eſt praſina à colore foliorū porri,quē Græci praſidē uocant,praſon enim Græce dicitur, Latine porrum. Vnde in libello de atra bile cap.2.in uentriculo alia quædam gignitur, quam Græci uocant πρασοειδὴ, à porraceo colore nomine deſumpto,uelut

ab ęruginis ſimilitudine ἰώδη,quaſi dicas ęruginoſam. Ideo aliqui eam porralem uocant,à colore ſucci foliorum porri. Vnde de locis affectis 5.cap.5. nonnulli res quaſdam fuſcas uomendo reiecerunt.alii humorẽ porri ſucco ſimilem,ſed ʒinaria,ſeu ʒimaria dicitur à ʒinar ſeu à ʒimar:uiride æris, cuius color eſt uiridis clarus. Nam ʒimar arabice,dicitur latine,æris ęrugo idem uidetur dicere Gal.de loco generationis praſſinę,& ęruginoſæ 2.de complexionibus ca.6.ibi. Cumq; choleræ color fuerit ſimilis colori porri, non generabitur niſi in ſtomacho.Et paulo poſt dicit,Cholera cuius color eſt ſicut color porri, non generabitur niſi in eis tantũ, in quorũ ſtomacho cibus non digerit.& in alia trãſlatione meliori,ita ait:Pręterea qbus in uentriculo bilis illa gignitur,q̃ porri colorem imitatur,debet omnino his cibis fuiſſe,non panis,non ſuilla caro,ſimile ue aliquid, ſed neceſſario aliqd, quod his calidius fuit, neqʒ id boni ſucci.⁊ paulo poſt,Quę ν̓o bilis porrũ refert, his ſolũ gignitur in uentre, q utiq; concoxerunt male. ⁊ in libello de cholera nigra ca.2.Cholera ſiue pallida, ſiue flaua uideatur, generationem in uaſis habet, ſcd̃m uentrem uero praſſina quædã generatur altera.⁊ Auerroes p̃ canticorum cantico illo.Ex ea etiam ſimilis uiridi æris,& porro.dicit,hę ſunt duæ ſpecies manifeſtæ, quarum generatio fit in ſtomacho. Sed dices,idem eſt membrum generans choleram naturalem,& non naturalẽ,ut dicit Auer.3.colliget.cap.3. Sed uentriculus nõ generat naturalem,ergo neqʒ non naturalem.

Secundo, ex calido adurente generãtur iſtæ choleræ, ſed talis calor non eſt uentriculi, cum ſit mẽbrum frigidum neruoſum.

Tertio,praſſina ex uitellina fit,dicit Auic.ſed uitellina non generatur in uentriculo, cum cõſtet ex cholera rubea,& phlegmate groſſo,quarũ gñatio eſt in hepate.

Quarto,

Quarto, melancholia aduſta lepram, aut cancrum faciens, generatur in hepate, naꝫ in ipſo eſt prima radix lepræ, & tamē ipſa eſt peior duabus choleris. ſ. praſina, & æruginoſa, cum membra diſſipet, & hæ duæ choleræ ſint, ut uiæ in dictam melancholiam. Propterea dicit Hipp. de ſputo loquens 2. pronoſticorū: uiride ſpumoſum malum, & ſi nigrum fuerit, mortale. Ad primū dic, ꝙ iſta eſt falſa: mēbrum generans choleram non naturalem, generat & naturaleꝫ. aliqui propter authoritatē Auerrois dicunt, ꝙ mēbrum generans choleram non naturalem, remanentem ſub ſpecie choleræ puta citrinam, uel uitellinam, habet generare & naturalē, modo iſtæ, cholera praſina, & æruginoſa, non habent hoc nomen choleræ, niſi æquiuoce, ut dicit ibi Auerroes: ſunt enim magis dicendæ, pernicioſa uenena, quàm humores, uel choleræ. Dicunt alii non eſt neceſſarium, ꝙ mēbrum generans malos humores generet & bonos, ſed bene contra. ſed hoc non uult Auerrois: ſed uult ꝙ in membro in quo generatur humor bonus per ſe & propriam naturam, generatur etiaꝫ malus, & cōtra. Modo in uentriculo non per ſe & propria huius uirtute generatur cholera praſina & æruginoſa: ſed per accidens ex corruptione ciborum.

Ad ſcđm, Stomachus nō generat dictas choleras ui ſuæ caliditatis, ſed in eo generatur ex diſpoſitione materiæ, cum aliquo incitamento extranei caloris. & Gentilis dicit, ꝙ quāuis ſtomacho non ſuperueniat calor extraneus, tamen poteſt diſtemperari, calore ſuo & mēbrorum circūſtantium, eo ſtante in latitudine ſuæ ſanitatis, & agere actionem ſuā in materia, quæ eſt apta fieri cholera praſina. Nam homines quādoqꝫ incipiūt ægrotari ex cholera praſina, quā generauere ex calore ſtomachi, ſtante in latitudine ſuæ ſanitatis.

Ad tertium diceret Auicē. choleram uitellinam ad

ſtomachum effundi,& ibi ex ea praſſinam fieri.Sed ſecundum Gal.dicendum,ꝙ cholera praſina, & ęruginoſa generatur quandoq; ex cibis malis non digeſtis,ſed corruptis,ſine medio alterius humoris,& tunc magis generantur in uentriculo, & quandoq; generantur ex humoribus propter aliquam ægritudinem aduſtiuam, corruptis,⁊ tunc magis generant̃ in uenis.Nam hepar exiſtens principale membrum,& origo naturalis uirtutis,ſtante uita male ſuſtinere poteſt tantam malitiā, ut in eo fierent hæ duæ choleræ.Ita enim inquit Gal.2. prognoſticorum con.39.Sicut generatur in corpore, quando eſt ſm̃ diſpoſitionẽ naturalem,cholera rubea clara,ſic etiam generatur in eo, quando eſt diſpoſitio eius extra naturam genus aliud choleræ, cuius color eſt color porri.Et multotiens quidem generatur hæc in ſtomacho propter cibos de genere olerum,quando non recipiunt digeſtionem,ſicut ſcicla, cæpæ, porri, Et fortaſſe generatur in uenis hæc cholera abſq; iſtis cibis propter aliquam ægritudinem, & effunditur ad ſtomachum, aut inteſtina, & ſignificat caliditatem in corpore à natura egredientem,& ſuperfluitatem,cui appropriatur in ſua complexione,ſicut quod appropriatur humori,qui generatur ex oleribus.

Ex qbus generat̃ cholera praſina ⁊ æruginoſa.

Ad quartum,Communis reſponſio eſt,quòd generatio melancholiæ aduſtæ rodentis membra,capit initium à ſupercalefactione hepatis,ſed malitiam ueneno ſitatis adipiſcitur in uenis, & membris. An autem hæ duæ choleræ praſina,& æruginoſa ſint deteriores melancholia aduſta:Dicunt,ꝙ ſic,quia ſunt uenena perniciosa cito interimentia,ſi nõ expellãtur.Propter quod Auerroes 3.coll'ꝫ.cap 3.ægritudines, quæ proueniunt ab his,ſunt incurabiles,propterea quia non recipiunt digeſtionem,neq; permutantur à calore naturali, imo corrumpunt formam ipſius ſpecificã, ſicut corrumpit

uenenum,& quandoq; ſe oſtendunt ſuperficietenus in antracis,& uariolis malignis uiridibus, & ſignificant mortem proximam. Sed cum multitudine melancholiæ aduſtæ diu ſtat uita & incolumitas aliquarum operationum, ſicut eſt uidere in leproſis,& habētibus cancrum, qui longo tempore bene comedunt, bene dormiunt, ambulant, currunt &c̄. ꝙ non, quia hæc fiunt ex incendio minori. Item color niger eſt peius ſignum in exeuntibus, colore uiridi. dicēdum, ꝙ choleræ uirides ſunt magis furioſæ,& citius interimentes, q̄; nigræ genitæ ex cholera rubea, quia ſubtile igneu; à nigris ſeparatum eſt,& in uiridibus remāſit: unde furiunt. Et licet hæ choleræ ex minori fiant incendio, incendium tamē ab illis non ſubtraxit partes ſubtiles, ſicut ab aduſta melancholia. Et cum dicitur, ꝙ niger color eſt peius ſignū etc. Dicitur, ꝙ niger color ex aduſtione uel mortificatione, eſt peius ſignum uiridi, ſpecialiter ī acutis, quia ſignificat uirtutē penitus ſuccubuiſſe dominanti morbo. Virtus enim digerens materiam morbi, quando uincit albificat eam, ut eſt uidere in ſanie, & hypoſtaſi. Cum igitur nigra ſit, ſignificat, quòd contrarium digeſtiōis ad ultimū terminū malitię uenit. Exeūtia.n. nigra, ſicut egeſtio, ſputum,& urina, ſignificant digeſtionem, ſi color uiridis præceſſerit, & mortificationem inati caloris, ſi color liuidus præceſſerit. Quęri ſolet, An à cholera praſina & æruginoſa poſſit febris cauſari aut potius uomitu emittatur, aut mortem repentinam inducat. qđ non ſenſit Iſaac. 5. febrium, ubi inquit. praſinam impoſſibile eſt in hepate generari: neq; tranſit à ſtomacho: neq; generat febrem: quia non tanto tempore in corpore permanet, ut putrefiat ⁊ febrem generet: natura enim ſemper ſe coadiuuat, ut ea; à corpore expellat propter eius malignitatē. quòd ſi natura deſecerit ipſam expellere nequiens, incēdit corpus,& ho-

mo moritur. Subditq; igit ſi talia de praſina accidunt, quãta maiora, & certiora de ęruginoſa eueniẽt. Oppoſitum tenet Auenʒoar 3. theiſir tracta. p̃ ca. 6. & 7. ⁊ Auerrois eius collega 3. colliget cap. 3. & 4. cap. 28. & 7. ca. 11. Et ratione patet: quoniam huiuſmodi ſunt humores, & humor corpus humidum liquidum dicitur: ſed ꝙ humidum & calidũ eſt poteſt putrefieri: ab his enim cauſatur putredo. 4. Meteororũ, & 11. Methodi cap. 4. & p̊ de drijs febrium cap. 5. Item melancholia aduſta res ſiccior putrefit ⁊ febrem generat. Item Gale. 6. de locis affectis ca. 5. ubi quærẽs, an in corpore noſtro corruptio aliqua humorũ poſſit adeo uehemẽs naſci, ut exęquet ueneni uires ⁊ qualitatẽ: concludit ꝙ non, licet aliquãdo ex malitia humorum homines moriantur, & ſimilibus affectibus his, qui pernicioſo ueneno eueniunt infeſtentur: ſed uenenorum multa reperiũtur his duabus choleris deteriora, quæ non interficiunt ſubito, & niſi prius febrem cauſent. Ergo à fortiori & illę poterũt febrem cauſare. Conciliator differenıia 91. dicit ꝙ nullũ inuenit, qui ex prędictis duabus choleris febrem ponat conſurgere præter Auenʒoar & Auer. & non conſiderauit duo loca Gale. pãrs eſt p̃ Epidimiarũ particula 2. cõmen. 54. ubi dicit aliqui phrenitici bilem ęruginoſaʒ euomebant & ſubito moriebãtur. aliqui aũt ob robur uirium durabant per diem unuʒ, aut alterum, aut tres, & aliquãdo per quinque. Ergo huiuſmodi humor põt habere tempus ſufficiens in quo putreſcere poſſit & febrem cauſare. Scdͦs locus eſt 10. ſimpliciuʒ cap. de felle, ubi dicit, ꝙ in aĩalibus calidi temperamenti, in quorũ felle bilis flaua ꝯtinet, ſi patiant famẽ, aut ſitim, ad atrũ colorẽ uergit, interim illũ hñs, ęrug inoſum, interim ceruleũ, interim Iſatidis, q magis eſt braſſicæ fuſcus. Tũc ſic hæc in ſano reperitur, ut ſic uult Gal. ergo non repugnat dari tẽpus ſufficiẽs in quo poſſit febrẽ cauſare.

Dicit duo Auic. Primum eſt, quòd cholera praſina
generatur ex uitellina, quando aduritur, nam aduſtio
facit in cholera uitellina nigredinem, ex qua mixta cũ
citrinitate generatur uiriditas. Secũdum eſt, quòd cho
lera æruginoſa generatur ex praſina, quando praſina
tantum aduritur, donec ſiccetur eius humiditas & inci
piat redire ad albedinem propter ſuam ſiccitatem. Nã
calor agens in humidum primo denigrat ipſum, dein-
de ſpoliat ip̃m nigredine, qñ finit oĩo eius humidita-
tẽ: ꝛ hoc apparet in lignis, q̃ igni impoſita primo fiunt
carbo, deinde cinis, calor nãq; facit nigredinem in hu-
mido, & albedinem in ſicco, & frigiditas operatur
albedinem in humido, & nigredinem in ſicco. Et pro-
pterea color ęruginoſæ eſt uiridis clarus tendens ad al
bũ, et color praſinæ eſt uiridis brunus tendens ad ni-
nigrum, ut folia porri. Dicit tamen Auicen. ꝙ iſta duo
iudicia de cholera praſina, & æruginoſa, ſunt æſtimati-
ua. Sed Galenus, ut dictum eſt, has aſſerit ſæpe generari
ex oleribus nõ recipientibus digeſtionem, alliis, cæpis,
porris, et quandoq; in uenis abſq; illis cibis. Auer. 3.
coll'3.cap.3. imaginatus eſt, quòd cholera uitellina fa-
cta per cholerę naturalis aſſationem, quando ad uen-
triculum uadit, & miſcetur aliis humoribus, & ꝓprie
cũ melancholia, recipiens aliquã putrefactionẽ ꝯuertiẽ
in cõplexionẽ, quã habet cholera praſina, uel ęrugino-
ſa: & ſic nigrũ qđ imaginatur Auic. per aduſtionẽ, ima
ginatur Auer. per cõmixtionem rei nigræ.

De melancholia. Cap. 10.

CHOLERAE nigrę ſeu melãcholię, alia
eſt naturalis, alia non naturalis. Dicit
Auic. Naturalis eſt boni ſanguinis fex, ſeu,
reſidentia, & turbulentia, & ſuperfluitas

cuius ſapor inter dulcedinem ,& ponticitatem exiſtit. Et primo canticæ dicit ,Turbulentia eſt naturalis ſanguinis melancholia. Et dicit Auerrois ibi,Cholera nigra ſeu melancholia naturalis eſt ipſa turbulentia,ſeu fex hypoſtaſiua ſanguinis: aliæ uero ſpecies choleræ nigræ à prædicta ſunt omnes innaturales.& dixit boni ſanguinis fex,quoniam ſi ſanguis putridus fuerit uel aduſtus,impoſſibile eſt ab eo deſcendere melancholiam,omnino naturalem ,cum in omni aduſtione , & putrefactione aliqua ſe immiſceat extranea caliditas, & aliquis acutus cinis inde reſideat. Melancholia naturalis,quę tranſit cum ſanguine partim ad uenas,partim ad ſplenem,eſt ſuperfluitas boni ſanguinis,ſed non corporis. Nam cum ſit fex ex ſanguine reſidens ſicut uini fex,& aliorum ſuccorum,merito debet dicit ſanguinis ſuperfluitas,non autem corporis,neq; ſplenis,quia neceſſario eſt ad ipſorum nutritionem : ſed melancholia naturalis,quæ tranſit à ſplene ad os uentriculi , eſt ſuperfluitas ſanguinis & corporis.ab hac enim exuccata eſt eius ſuperfluitas,& amplius non eſt apta nutritioni. Sed de ſapore naturalis melācholiæ,dixit Gal.5.de ſuſu part.4.cap.de melancholia,quæ tranſit ad uentriculū, quòd eſt pontica,& acida.Et 6.de iuuamentis membrorum cap.3.habes quòd ſapor choleræ nigræ eſt acris, et debet dici acidus, & aſper.Et dixit Gal.3.quòd cholera nigra eſt acetoſa ,& citrina amara.Dicit Gentilis, dici poteſt,quòd melancholia naturalis,quæ ad ſplenē tendit,& quæ cum ſanguine uadit,& trahitur à ſplene, & ſplen delectatur in illa,cum ſeparata fuerit,remanet pure acetoſa,& pontica.Sed Auic.loquens de pura melancholia,& non de dulcedine eius , per partes ſanguinis,cum ea mixtas uult naturalem ſeparatam à ſanguine,quæ ad uentriculum tranſit,eſſe medii ſaporis inter ponticum,& dulce. Dicunt alii,quòd melancholia na-

turalis alicuius dulcedinis eſt,quia ſanguini aſſociatur uſqʒ ad terminum temperatæ decoctionis.Eſt eniʒ eius cauſa efficiens calor temperatus, ſicut & ſanguinis, ut dixit Auic. prima primi, et ut parum poſt declarabimus.Ideo cholera amara eſt,quia licet aſſocietur ſanguini in decoctione,tamen tranſit terminum per ſuperfluam decoſtionem, fundatur enim amaritudo in ſicco aduſto.Dic ergo quòd melancholia,quę cum ſanguine tranſit ad uenas,dulcedini plus appropinquat, q̃; quæ tranſit ad ſplenem ,propter permixtionem eius cum ſanguine & phlegmate dulcibus.Sed melancholia quæ tranſit ad uentriculum plus accedit ad ponticitatem,& ſtipticitatem,quoniam in ſplene ſpoliata fuit in partibus eius ſubtilioribus,& ſanguine ſecum permixto pro nutritione ſplenis.Dicit Auic.Cum melancholia in hepate generata eſt,partiť in duas partes, quarũ una remanet in ſanguine,& penetrat cum eo ad uenas, & alia ad ſplenẽ tranſmittitur.Penetrás cum ſanguine, uadit cum eo propter neceſſitatem,& utilitatem.Neceſſitas eſt,ut ſanguini miſceatur pro nutrimento membrorum,in quorum complexionibus magnam melancholiæ partem comparatiõe ad alia membra eſſe oportet,ſicut ſunt oſſa,& alia membra frigida,ſicca,melancholica.Nam licet oſſa pauco indigeant nutrimento, cum dura ſint,terreſtria,compacta,minime reſolubilia frigida,caliditate intenſa,reſoluente carentia,tamen in illo modico quo indigent,oportet eſſe magnam partẽ melancholiæ,ſm proportionem ad melancholiã,quæ eſt in ſaſiguine nutrituro alia membra.Vtilitas eſt, ut ſanguinem reſtringat prohibendo eius multam fluxibilitatem,per quã elaberetur à membris.Et Halliabas primo theorices cap.25.dicit,eius utilitas in ſanguine eſt, ꝙ cum uadit,teneat ſanguinem,ne forte ſic tranſeat mẽbra,& non reficiant eo.Et dicit Auic.Et ut confortet

uigorando.ſ.eius corpulentiam,& inſpiſſet pro mēbris duris, quæ debet nutrire. Et Gal.ſecundo de uirtutib. naturalib.cap.ultimo,loquens de melancholia,quæ cū ſanguine tranſit,ait:Indigent enim in multis animalibus particulæ groſſitie aliqua ſanguinis. Et uoluit ibidem melancholiam,quæ ad ſplenem uadit,groſſiorem eſſe ea,quæ cum ſanguine uadit, dicens ꝙ ſufficienter groſſum & terreſtre,Et finaliter effugit tranſmutationem,quæ in hepate ad ſe ipſum trahit ſplen. Aliud autem quod moderate groſſum cum decocto ſanguine ubiq; fertur.

Dicit Auic.melancholia, quæ ad ſplenem tranſmittitur,eſt illud quo ſanguis non indiget,& uadit ad ſplenem,ꝑpter neceſſitatem,& utilitatem.Neceſſitas eſt duplex,una ipſu; corpus à ſuperfluitate melancholica mūdare,alia eſt ſplenem ipſum nutrire.Dicunt aliqui ſplenem nutriri ex ſanguine ſibi delato cū melancholia ab hepate. Oppoſitum habetis à Galeno,5.de uſu partium cap.6.ubi uult,ꝙ renes & ſplen in hoc cōueniunt,ꝙ attrahunt per canales de genere uenarum aliquid de ſanguine cum ſuperfluitate, quā attrahūt.Sed ſanguis,quē attrahit ſplen per canale ſuu;,quo trahit melancholiā, non peruenit uſq; ad ipſum,imo trahunt ipſum uenę,q̄ ſunt in ;irbo antequā perueniat ad ſplene;.Renes uero trahunt ad ſe ſanguinem cum urina per canale urinæ,q reſudans in ſubſtantiam eorū,nutrit eos.Intellige etiā ex 5.de iuuamentis mēbrorum cap.4 ꝙ cum melancholia peruenit ad ſplenem,non ſtatim expellit eam ad uentriculum,imo digeritur in ſplene mediante motu,& calore arteriaꝝ.& partes ſubtiliores dictæ melancholiæ conuertuntur in ſanguinem ſimilem ſubſtātiæ ſplenis. groſſæ uero quæ non poſſunt conuerti in ſanguinem, depelluntur à ſplene ad orificium uentriculi. Nutritur ergo ſplen melancholia conuerſa in eo in ſanguinē ſub

De mel'ia e‑ nte ad os ētriculi.

tilem ſimilem ei una cum ſanguine ſubtili reſudante in ipm à ſuis arterijs.& ꝓpter hoc caro ſplenis eſt magis rara,ꝛ mollis ipſa carne hepatis,ſed nõ ita rubea.Vnde 5. de iuuamentis mẽbrornm cap.4. Hepar nutritur ex ſanguine rubeo,& ſpiſſo,& ſplen nutritur ex ſanguine ſubtili nigro.& pulmo nutrit̃ ex ſanguine ſubtili digeſto in fine digeſtionis ſcintillãte rubedinis propinquo naturæ ſpiritus mundo claro.& utilitas eſt per hoc,ꝙ ipã profluit ad orificiũ uentriculi,quaſi mulgẽdo humiditates,quas illic inuenit. & eſt duobus modis, uno mõ, quia ipſa melancholia ſtringit & inſpiſſat,& confortat orificium uentriculi.alio modo quia facit in ore uentriculi cõmotionem propter acredinem eius,& excitat ad famem,& facit deſiderium. Galenus.5.de uſu partiũ cap.4.in fine loquens de hũore iſto melancholico eunte ad hos uentriculi dicit, quoniam autem nõ lædit in aliquo uentrem,ſapor oſtendit.Pontica enim exiſtens, & acida nigra cholera congregare & conſtringere nata eſt,& in fine ſubdit colligit ad ſe ipſum,& cõprehendere diligenter cogit cibaria,& retinere quouſq; ſufficienter digerantur.Idem habes 6.de iuuamẽtis mẽbrorum cap.3.ibi .Et ſurperfluum melancholicum , quod ſplen non poteſt digerere,currens ad ſtomachum,non nocet ei,ſicut facit cholera nõ nigra,ſed adiuuat ipſum ad exercendum ſuam operationem,quoniã augmentat eius uirtutem,& congregat eius corpus.Nam cum in ſtomacho phlegma ꝯtinue ꝯgregari ſoleat,& ipm lenire,mollificare,cõueniens fuit per ſtomachum defluere humorẽ,qui corruget,& exaſperet pelliculam interiorem,& confortat ipſum in retentione cibi.Sicut enim os ſtomachi confortat tangens ipſum , ſic etiam ipſum ſtomachum defluens per eum.Poſtq̃; enim circa orificium ſtomachi dictam utilitatem peregit,labitur inferius aliam illic præbens , & per portanarium exiens

tranſit ad inteſtina,& cum fecibus expellitur.

Dicit Auicenna, Melancholia non naturalis non eſt ſicut hypoſtaſis,& fex,ſed eſt ad modum aduſtionis, & cinereitas. Dicit ſecundo, ꝙ quando in aliquo mixto res humidæ miſcentur cum rebus terreſtribus, partes terreſtres poſſunt ab humidis ſeparari duobus modis,uno modo,ad modum hypoſtaſis,id eſt,reſidentię fecalis,ſua grauitate petentis inferiora,& terreſtre taliter à ſanguine deſcendens, eſt melancholia naturalis. Alio modo per modum aduſtionis cum partes ſubtiliores à mixto reſoluuntur,& groſſæ remanent incineratæ.Et tale eſt inter humores melancholia non naturalis , & non cinis,& res terreſtris ſola , ſed eſt humor fluidus,à quo ſubtile à calore adurenti fuit ſeparatum. Et dicit Auic.quòd cauſa efficiens melancholiæ hypoſtaſiuæ,id eſt,nālis,eſt calor tēperatus,ſed melācholiæ aduſtæ eſt calor ſuperfluus,& materialis cauſa,tam aduſtæ, q̃ naturalis, eſt qđ ex nutrientibus eſt uehementer groſſum paucæ humiditatis, & cauſa eius formalis,eſt fex hypoſtatica.Et contrariuꝫ uidetur dicere Gale.2.de potentijs naturalibus cap.8.dicens, demonſtratum eſt ab Hippocrate,& Ariſt.alterato cibo in uenis,ab ināto calore ſanguinem cum moderatione fieri. Alij uero humores per incōmoderationem.Dicunt cōmuniter calorem effectiuum melancholiæ eſſe temperatum,comparatione ad calorem efficientem melancholiam aduſtā, & cōparatione ad calores effectuos phlegmatis,& choleræ,quia nec ſuperflue coquit,ut efficiens choleraꝫ,nec diminute,ſicut phlegma,ſed mō quodā medio.Et dixit Iac.de partibus,ꝙ etiam dicitur calor effectiuus melācholiæ naturalis temperatus, reſpectu caloris effectiui ſanguinis,quia eſt eo minor, & magis accedens ad temperamentum ponderis. Sed aliter intelligendus eſt hic locus.Vult enim Gal.& Auic. ꝙ calor temperatus,qui

eſt cauſa efficiens ſanguinis, ſit efficiens cauſa melancholiæ naturalis, non quia digerendo partem chili, in melancholiā conuertat, ſed ſm eſſe actuale fecis hypoſtaticæ, quoniam cum prius eſſet in chilo in potentia ad reſiſtendum, per calorem hepatis reducitur in actum reſidentiæ fecalis, & per talem modum dici poteſt generari in hepate. Vnde 2. de potentijs naturalib. cap. 9. quod enim ſufficienter groſſum, & tereſtre, & finaliter effugit trāſmutationē, q̄ in hepate, ad ſeipſ trahit ſplen. Propter qđ dixit Auic. ꝙ melancholia nālis eſt admodum hypoſtaſis, & fecis, & ꝙ cā eius formalis eſt fex hypoſtatica. Et nō dixit decoctio bona uel ſuperflua, aut diminuta, ut de ſanguine, cholera, ⁊ phlegmate. Itē poſt quā dixit Gal. 2. de potentiis nālibus, ſanguinem fieri à moderato calore, ⁊ alios humores ab imoderato, diffuſe declarat illud de cholera & phlegmate. de melancholia uero nequaq̄. Cuius rei etiam ſignū eſt, ꝙ cum ſcđo artis medicinalis oſtendit, quæ complexio hepatis magis generat ſanguinem, & quæ magis phlegma, & q̄ magis choleram: non oſtendit, quæ magis generat melancholiam naturalem. Sed dices, complexio calida & humida ſeu temperata generat ſanguinem, & calida, & ſicca choleram, & humida & frigida phlegma. Ergo frigida & ſicca generat melancholiam. ergo ex chilo in cōplexione melancholica per digeſtionē melancholia generatur. Dic, ꝙ melancholia nullam propriā habet cōplexionem ſui genitiuam, aliā à complexione genitiua ſanguinis ſm eſſe perfectum reſidentię fecis hypoſtaticę. Nam quanto ſanguis melius, ⁊ perfectius digeritur, tāto perfectius ab eo reſidet fex hypoſtatica. Bene uerū eſt, ꝙ complexio frigida, & ſicca eſt magis alijs generatiua ſanguinis melancholici. i. magis frigidi, & ſicci, etiã magis cæteris eſt cauſa mixtionis melācholiæ cum ſanguine, qua ſanguis reddit melācholicus, ⁊ corpus totū

Quō calor tēperatus dr̄ cā efficiēs melīę nālis.

Inde nutritum.Dicit ergo Auicen.quòd nullus humorum habet hypoſtaſim, niſi ſanguis, & quòd phlegma non habet hypoſtaſim propter ſuam uiſcoſitatē.& cholera rubea propter ſuam ſubtilitate3,& paucitatem ſuæ terreſtreitatis,& aſſiduitatē ſui motus,ꝛ quia pauca eſt, quæ ſeparatur à ſanguine,etiā cu3 ſeparatur à ſanguine moratur parum quin uel putreſcat,& tunc ſubtile eius reſoluitur,& groſſum fit cholera nigra,uel expellatur. Etiam ſanguis habet hypoſtaſim notabilis quantitatis, quia multus eſt comparatiōe ad alios humores,& multum diuerſus in ſuis partibus,ut Galenus declarat ſecūdo de elementis, Et lenti motus,propter quod non exagitat,& īmiſcet fecem ſuam,etia3 quia habet humidum faciliter diuiſibile non uiſcoſum.Et licet in phlegmate ſint partes terreſtres & humidæ ſimul inuicem mixtæ, ſicut in ſanguine, tamen partes humidæ phlegmatis ſunt tenaciores difficilius diuiſibiles. Ideo partes terreſtres humidis manent immixtæ non reſidentes,donec calor digeſtiuus phlegma uertens in ſanguinem ſuſtulerit ab eo uiſcoſitatē, quemadmodum à groſſis aquis īmixtæ terreſtreitates nō reſident omnino donec calor tales aquas ſubtiliauerit.

Dicit Auic.ꝙ quatuor ſunt ſpecies melancholiæ nō naturalis.Prima eſt,quæ eſt cinis choleræ,& quod de cholera aduritur.Secunda ſpecies eſt cinis phlegmatis, & q̄ fuit ex phlegmate aduſtū.Tertia eſt cinis ſanguinis,& aduſtu3 eſt de ſanguine.Quarta eſt quę eſt cinis mel'iæ naturalis.De prima dicit,ꝙ eſt amara,& differt à cholera aduſta,qa cholera aduſta eſt cholera rubea, cui fuit admixtus iſte cinis: ſed iſta melancholia aduſta non eſt niſi cinis per ſe,cuius ſubtile fuit reſolutum. De ſecūda ſpecie dicit,ꝙ ſi phlegma,quod aduſtum eſt, fuerit ualde ſubtile,& aquoſum,melancholia ex eo generata,erit ſalſa.Et ſi non fuerit ſubtile, melancholia

ex eo generata tendit ad acredinem,ineſt, ad acetoſitatem,aut ad ponticitatẽ.De tertia dicit,ꝙ eſt ſalſa,paruꝫ trahens ad dulcedinem.De quarta dicit,ꝙ ſi melancholia naturalis ex qua fit,fuerit ſubtilis:cinis eius,& illud quod eſt aduſtũ de ea ,erit ualde acre , ſicut acetum . Et cum talis melancholia effunditur in ſuperficiem terræ ebullit & eius odor eſt acris,& ab ea fugiunt muſcæ,& animalia:ſi uero melancholia,ex qua fit fuerit groſſa, erit minoris acredinis,ſeu acetoſitatis cuꝫ punticitate, & amaritudine.Sed de utraqꝫ dixit Gale.in tractatu de atra bile.14.Methodi cap.9.& 3. de locis affectis cap.5. quod terram radit.in altum attollit,& fermentat, atqꝫ amplas quales feruẽtibus iuſculis ſupernatare uidemus excitat quẽadmodum & acetum ſi in terrã effunderis. Dicunt,quòd phlegma ſubtile in melancholiam conuerſum,ideo fit ſalſum,qa partes groſſę terreſtres aduſtæ,cum aquoſis miſcentur ęquali mixtura,Nam phlegma ſubtile,quando conuertitur in melancholiã , non perdit omnimode partes aquoſas & fit cinis , imo manet humor fluidus per partes eius aquoſas,uerum aduſtio abſtulit ſubtiliores ex eis,& etiam ex aereis.Phlegma uero groſſum per aduſtionem tendit ad acetoſitatem,& ponticitatem.Propterea ꝙ non aduritur intime,ſicut phlegma ſubtile,ut inde perduci poſſit ad ſaporem calidum: ſed ſuperficialiter, ſicut uides ligna uiridia minuta uſqꝫ ad profundum incendi,groſſa uero uix & ſuperficie tenus tantum.Et de ſanguine aduſto dicunt,ꝙ declinat ad ſalſum cum dulcedine pauca , quia cũ aduritur ſanguis , ſubtile ipſius unctuoſum aereum reſoluitur,Et ceroſum manet cum terreſtri aduſto , ex quorum cõmixtione ſalſus reſultat ſapor.Verum quia ſanguis eſt theſaurus naturæ diligentius aliis humoribus cuſtoditur,& raro fit,ut uratur totus,& ideo retinet aliquid dulcedinis.Notant etiam,ꝙ acetoſitas for-

tiſſima,quam adipiſcitur melancholia naturalis ſubtilis,quando aduritur,non eſt pura acetoſitas,nec ſapor ſimplex,ſed mixtus ex acuto : & acetoſo , qualis eſt ſapor aceti.Nam melancholia naturalis ſubtilis non eſt multum apta incendio,quia modicum habet de humido aereo inflammabili,ideo cum aduritur,aliquæ partes eius euadentes incendium,retinent propriam acetoſitatē,& aliæ ex incendio conſequuntur acrumen.Sed dices,neq; ex phlegmate neq; ex ſanguine poſſe imediate fieri cinis & melancholia aduſta:ex phlegmate quidē quia cum ſit ſanguis diminute coctus,oportet priuſq; fiat aduſtum,q tranſeat per decoctum moderate,ꝛ ſic fiet ſanguis & per decoctum ſuperflue,ꝛ fiet cholera ,& tandem fiet cinis,ac uſta melancholia.Similiter de ſanguine cum ſuperflue coquitur , prius cholerizatur , & tandem uritur & incineratur,& fit melancholia ,propter qđ forte Auer.3.coll'3.ca.10.duas dixit eſſe ſpecies choleræ nigræ exeuntis in qualite à natura:una propter aduſtionem melancholię naturalis,et alia ex aduſtione choleræ non naturalis.Secundo datur melancholia non naturalis ex permixtione aliorū humorū, Nam Auicē.primo Canticæ,Cholera nigra generatur ex cōmixtione,& uſtione aliorum humorum.Et Auer. ibi, Species innaturalis melancholiæ generantur ex cōmixtione nālis cum aliis hūoribus,aut ex aduſtione cholerę nigræ,aut phlegmatis aut choleræ rubeæ,aut ſanguinis.Item iſtę quatuor ſpēs melancholię non nālis,ſcilicet,phlegmatica,cholerica,ſanguinea,& melancholica multipliciter inuicem miſceri poſſunt.Etiam inuenibiles ſunt melancholiæ ſpecies compoſitæ,partim ex melancholia,aduſta,partim ex non aduſta.Tertio quatuor ſunt ſpecies melancholię putrefactę,penes quas Princeps prima quarti tractatu 2.capite 59. diſtinguit quatuor modos quartanæ , ſcilicet,ſanguineam,

cholericam,phlegmaticam,melancholicam,

Dic ad primũ,negando aſſumptũ, imo per calorem fortem adurentẽ,diminute coctuȝ, poteſt ſuperflue decoqui,& aduri ſine hoc quod fiat moderate coctuȝ, ut uideri poteſt in aſſaturis: ubi ſi fuerit nimius ignis,& nimis aſper,tranſit,quod aſſatur de crudo in uſtũ ſine medio decoctionis moderatæ. Auerroes autem ſolum enumerat ſpecies melancholiæ aduſtę magis cõmunes: Sed apud Gal.nõ inuenies, ꝙ ex adduſtiõe phlegmatis fiat hũor melĩcus:nã hũor melĩcus niger ẽ, & ob eius nigredinẽ,dixit Gal.2.de cauſis ſymptomatũ in fine,Sedes principalium uirtutum obſcurat,timorẽ ⁊ mœſtitiam inducit:phlegma autem aduſtum nõ eſt nigrum, ſed album,ut de ſputo globoſo dicit 2. prognoſticorũ cõmen. 45. Item queadmodum ex cholera uitellina fit praſina,& ex praſina fit æruginoſa,& poſt nigra. Similiter phlegma quod eſt album,ſi debet fieri nigrum,cuȝ inter album ⁊ nigrũ plura ſint media,deberet per alias phlegmatis ſpẽs tranſire,quas non uidemus. Item Gal. 3.apho. cõmen.22.& 4. cõmen.21. 22.& 23.& 3. de locis affectis cap.5.& 14.Methodi cap.9.diuidit humorẽ melancholicum in naturalem qui eſt fex ſanguinis,& non naturalem,qui proprie dicitur atra bilis & cholera nigra, & hanc ſolum dicit fieri,aut ex aduſtione choleræ flauæ,aut ex aduſtione ſanguinis craſſi qui dicitur melancholia naturalis,nullam faciens mentionẽ de phlegmate.Item 2.de criſi cap.12.dicit, ꝙ quãdo ſanguis putreſcit,pars ſubtilis in cholerã conuertitur, & craſſa in humorem melancholicum,& reddit rõnem:quia à moderato calore fit ſanguis,à maiori cholera,& à maiori adhuc cholera nigra, nihil dicens de phlegmate quod cum ſanguine eſt. Ad ſecundum ſpecies melancholiæ non naturalis ex permixtione naturalis cuȝ aliquo uel aliquibus aliorum humorum, raro ſenſui ſubiacent,

tum propter melancholiæ naturalis paucitatem,comparatione ad alios humores, tum ꝑpter difficilẽ ipſius incorporabilitatẽ,cuꝫ aliis humoribus, propter ipſius grauitatem,qua deorſum trahitur, modo Medicus eſt artifex ſenſibilis. Et ita dicunt,ꝙ ſunt tantum quatuor ſpecies ſimplices,famoſæ melancholiæ non naturalis aduſtæ,ſcilicet,cholerica,phlegmatica,ſanguinea,ꝛ melãcholica.Sed Auer.ꝑ.Canticę ſolũ tres dixit eſſe ſpẽs, & manifeſtas.ſ.q̃ generãtur ex aduſtiõe choleræ nigræ nãlis,& q̃ ex aduſtione choleræ rubeæ,& q̃ ex aduſtione phlegmatis. Non dixit autem eam notam ,& manifeſtam,quæ ex aduſtione ſanguinis,quoniam diligentia naturæ in cuſtodia ſanguinis,qui ſuus eſt theſaurus,ad aduſtiouem aliquid ineptitudinis operatur,Sed conſiderandum, quoniam ut dicit Iac.,de partibus:Sanguis ſubtilior eſt,& calidior phlegmate,& debilis compoſitionis:nam humidum eius aereum floridum,facile eua neſcit,& aliqd uertitur in ſpumam,& aliquid eius ſubtile uertittur in ſpumam,& groſſum in fecem.Hoc autem eſt eſſe paratum ad aduſtionem: phlegma autem non ſic.Item frigiditas & humiditas phlegmatis, cum groſſitie ſubſtantiæ , & uiſcoſitate,& cuſtodia ipſius à natura,ut tempore neceſſitatis fiat ſauguis,multo magis ineprat ipſum ut aduratur,nec diligentia naturę in cuſtodia ſanguinis aliquid ineptitudinis operatur ad aduſtionem,niſi menſuratus ſit,& non peccans quatitate,quod rarum eſt.Item plures uidemus ſanguineos lepra, ꝛ cancro contaminari,q̃ꝫ phlegmaticos,omnis autem lepra ex melancholia aduſta,generatur,ſimiliter ꝛ cancer. Ad cõfirmationẽ,compoſita ex aduſtis nomen ſortitur à dominãti,& ſi partim cõpoſita ſit ex aduſta, & ꝑtim ex non aduſta qa aduſta eſt ſęuior,& mobilior cęteris ꝑtibus,& magis ſe manifeſtans,tribuit toti nomen. Ad tertium dicunt,ꝙ quatuor ſpecies melancholiæ

liæ generantur ex aduſtis quæ putreſcunt ſaltem tres, ſcilicet faciens quartanam ſanguineam,& faciens quartanam phlegmaticam,& faciens quartanam cholericã. Nam quartanã melãcholicã generari poteſt ex melancholia naturali tendente ad putredinem, non preuia aduſtione aliqua,ſed putrefactio tandem perducit ad incinerationem,ſicut aduſtio.Ideo melancholia naturalis. quæ putrefit ſub aduſta poteſt comprehendi. Sed ſm Gal.3.aphoriſmo.22.nõ fit quartana niſi ex cholera nigra, q̃ ex aduſtione flauæ bilis, aut ſanguinis craſſi generatur.Dicit Auic.ꝙ melancholia cholerica eſt peior omnium,& citius corrumpens,ſed ſuſceptibilior eſt curę.Et ratio eſt, quia ſubtilior, & magis mobilis & acutior,& magis penetrãs eſt,quia ex ſubtiliori,mobiliori,acutiori,& magis penetratiua materia generatur. Quapropter eſt furioſa,currens de mẽbro in mẽbrum:ipſa tamẽ aptior eſt digeſtioni,quia ſubtilior in ſubſtantia,& paſſibilior,& aptior expulſioni,quia mobilior.Dicit ſcđo,ꝙ mel'ia,q̃ generať ex mel'ia naturali ſubtili,eſt deterior illa,q̃ generať ex melãcholia naturali groſſa,ſed citius recipit medicationem, & cauſa eſt ſimilis illi,quæ dicta eſt in melancholia cholerica.Propterea lepræ genitæ ex mel'ia cholerica,& ex mel'ia melãcholica ſubtili cito manifeſtant ſuam malitiam, & diſrumpunt, ac corrodunt membra extrinſeca. Sed melancholia aduſta generata ex melancholia naturali groſſa ſua groſſitie prohibetur à furia.Quare tardius occidit,ſed paſſiones inde genitæ,ſicut,Noli me tangere,& cancer durus liuidus non recipiunt curam, niſi ſint in loco,unde cũ ferro funditus euelli poſſint, quia talis humor uehementer irritatur,per reſolutiuam,nec eſt capax digeſtionis,ob groſſitiem,& malitiam, & cũ motus undecũq; furioſus efficitur. Et ideo cãcro faciei nomẽ fuit impoſitũ,Noli me tangere.& Hipp.6.Apho,

dixit: Quibuſcúq; abſcóditi cácri fiunt nó curare melius eſt, curati enim citius pereunt, nó curati uero multum tempus perficiunt.

Sed dices, Et eſt dubitatio cómunis. Non uidetur, ꝙ per aduſtionem humor poſſit tranſire in aliam ſpecié, ſicut nec per putredinem, ut Aui. cap. de febre ſanguinea. Item cholera per aduſtionem non acquirit proprietates alterius humoris ſcilicet, melancholiæ, quia melancholia eſt frigida, ergo fieri non poteſt melancholia. Dicút aliqui, ꝙ per aduſtionem poteſt in ſpecié aliam uere tranſire, ut ſanguis in ueram melancholiam & ueram choleram, nó ꝙ calor aduſtiuus, ut aduſtiuus hoc faciat, ſed ut talis aduſtiuus, uel ut talis putrefactiuus: Ná ſicut per putrefactionem poteſt fieri uermis uera ſpecies animalis, ita per hanc aduſtionem poteſt fieri uera ſpecies melancholiæ. Sunt & alii dicentes, ꝙ per aduſtionem dictam, humores nó acquirunt ueram formam melancholiæ, quia in generatione melancholiæ, & cuiuſcunq; entis particularis requiritur agens uniuerſale, & particulare. Cum ergo ibi non concurrat melancholia ad melancholiæ generationem, uel calor hepatis generatiuus, ſed ſolum calor putredinalis uel combuſtiuus, non fiet uera melancholia, ſed acquirit aliquas diſpoſitiones quibus aſſimilatur humori meláncholico, ſcilicet, terreſtri: unde talis paroxiſmat de quarto in quartum.

De dolore. Cap. II.

VIDENDVM etiam ꝓpter dicta, de dolore, an morbus ſit, cui debetur cura, an accidens cui, ut uirtutis deiectiuú, repugnamus, & de eius cauſa. Quòd ſit morbus uidetur, quia omnes loquútur de cura doloris, & 9. Almanſoris ſit capitulum ꝓprium. Et prima 3.

de dolore capitis. Secũdo ĩmediate lædit operationes. Ergo morbus probatur antecedens, quia uirtutem ĩme diate proſterni. Tertio Auic, ſcõa primi cap. p̃. Accidẽs multotiens fit cauſa ægritudinis, ut in colica, fortis do lor eſt cauſa ſyncopis, uel apoſtematis. Et plerũq; ip̃m accidens fit ęgritudo, quemadmodũ dolor capitis, qui ex febre accidit, cum quãdoq; figitur, & tandiu fit man ſiuus, donec fit ægritudo. Item morbum eſſe dicit Gal. 3. de locis affectis cap. 9. de Cephalea. Quòd nõ, dolor eſt triſtis ſenſatio obiecti mali præter naturaliter imprimentis, eſt enim ſenſus nocitiui, ſicut delectatio ſenſus eſt hylaritatis ſecunda primi, Doc. ſecũda, ſumma 2. cap. 19. Et 2. de locis affectis cap. p̃, modo ſenſus eſt operatio, & res naturalis, & non morbus, ægritudo enim eſt res præter naturã. Secundo dolor medico oſtendit ſubitam alterationem, quę morbus eſt ĩn complexione aut continuitatis ſolutionẽ. Tertio, ut colligitur quarto de accidenti, & morbo, ſeu in p̃ de cauſis ſymptomatum cap. 6. poſt principiũ. & ſcõo artis med. Dolor eſt actio læſa. Morbus uero eſt actio lædens, hęc autẽ differunt. Quarto, morbus eſt, aut mala cõplexio, aut mala compoſitio, aut ſolutio continui, dolor nullum horũ eſt, ergo. Scias, ꝙ licet in medicina accñs dici poſſet, quicqd prę ter naturã corpori accidit, quod in cauſam, morbum, & comitans morbum diſtinguit. Proprie tamen accidens dicitur, quod conſequitur morbũ, ſicut umbra corpus, quod ſymptoma appellatur, ut æquiuocatio tollatur, prout accidens ſubſtantiam qualificat, & morbum comitatur, 3. de accidenti cap. p̃. Hoc autẽ eſt aut operatio lęſa, quę dicitur effectus ęgritudinis ſcõo artis medicinalis, aut exiens à corpore ĩmutatum, uel qualitas corporis ĩmutata, quæ dicuntur caſus, ab ęgritudine cadentes mediante lęſione opationis, Sicut ſm̃ naturam ſe habentia, cadunt, à ſanitate, mediante perfe-

ctione operationis. Notat ſcðo Cóciliator differentia 73. ꝙ dolor poteſt dupliciter accipi: primo formaliter inquátũ dolor, ſcðo materialiter, pro eo qð eſt dolor. Primo modo dolor nullo modo poteſt eſſe morbus, cum ſit in alteratione omnimoda, & nullaʒ adeptus eſt ꝑmanentiam, ſeu ſtabilitatem, quia dolor ſic acceptus, eſt quædam paſſio, & paſſibilis qualitas præter naturã in quibus ꝓprie, ac imediate eſt motus.ſ.alteratio. Secundo autem modo dolor poteſt eſſe morbus, cum ꝑmanentiam quãdam poſſit acquirere, & non omnimoda exiſtat alteratione: ſic enim ſuſceptus dolor cũ fixionem quãdam & permanentiam ſuſceperit, nõ in tertia, ſed potius prima locatur ſpecie qualitatis, in quo non eſt motus. Diſtinguendum ergo inquit, dolorem dupli cem, manſiuum infixum, & non manſiuum. Primum dicunt Gale. & Auic. poſſe eſſe morbum. Secundũ autem minime, cum in alteratione oĩmoda, & fieri conſiſtat. Vnde primo interiorum tertio. Ego qdem dico, ꝙ tũc mẽbrum patitur ſolum, quãdo nondum habet diſpoſitionem permanſibilem, quemadmodum in dolore capitis propter humores in uentriculo clauſos. Et primo de accidenti, & morbo. Prima qdem ſpecies morbi eſt illa, quam dixi, nec non & dolor, cum permanet in corpore ex calore ſolis, ſeu ignis. Auic. quoqʒ ſcða primi cap. p̃ doc. prima. Plerũqʒ etiam accidens ipm fit ægritudo, quemadmodũ dolor capitis, qui ex febre accidit, cum figitur, & tã diu fit manſiuus, donec fiat ęgritudo, cum febris receſſerit, & permãſerit dolor, tunc enim relinquit naturam ſequelæ & umbrę, ac naturam induit quaſi ſubſtantiæ, ac per ſe ſtantis, ex quibus reſpondet Concil. ad argumentum, in quo dicitur, ꝙ dolor eſt triſtis ſenſatio obiecti præternaturaliter imprimentis, qa eſt ſenſus nocitiui, dicens hoc eſſe falſum. Sed dolor eſt paſſio ſenſus in paſſibili qualitate locãdus. Similiter &

delitia non eſt ſenſus,ſed paſſio hylaris,& obiectum.& dicit,eſſe triſtem ſenſū,non eē doloris ueram rōnem, ſed quādam famoſam notificationem.Nec ſequitur,dolor eſt triſtis ſenſus,igitur eſt ſenſus,ſicut non ſequitur, phlegma eſt ſanguis diminute coctus,ergo phlegma eſt ſanguis,Ros eſt pluuia parua,ergo ros eſt pluuia.

Dicamus autem nos cum Gale.3.de accidenti p̃ cap. ꝙ differt affectus ab affici.Nam affectus eſt res conſtās, & permanens,non in fieri:affici autem dicitur,dum eſt in fieri.Galenus ibi ponit differentiam inter paſſionem ſiue pathema,& affectum,& dicit,ꝙ paſſio, ſiue pathos eſt dum corpus conuertitur,uel tranſmutatur, uel quomodo libet alteratur.Ita ꝙ id qđ adhuc fit,nec eſt, niſi, dum fit, tale dicitur paſſio, aut pathos, ægritudo affectus, & diſpoſitio permanens & facta:& ſic patet differentia inter morbū,& paſſionem.Nam morbus eſt affectus præter naturam imediate lædens operationem,dicitur enim morbus,quod primo lędit,id uero,quod p̃cedit,morbi cauſa, non morbus appellatur. Cum ergo morbus ſit affectus,relinquitur,ꝙ ſit res facta,⁊ permanens,cuius eſſe non eſt in fieri, ſicut pathos, quæ tam diu eſt, quamdiu eſt in fieri. Ergo de rōne morbi eſt, ꝙ ſit affectus,ſiue res permanens,⁊ aliquo tempore durans. Nec intelligitur per id quod dicitur permanens, ſicut intelligebat Olympicus, qui p̃ de methodo cap. ultimo reprobatur,diu durans ſiue longo tempore durans,quia res dicitur pmanens parum,& multum,ſicut ibi de morbo comitiali,etiam ꝙ non duret per dies,& per horas,tñ dicitur diſpoſitio pmanens,quia pmanēs dicit̃ id,cuius eē nō eſt in fieri, & p hoc differt morbus à pathos.Cum ergo morbus ſit diſpoſitio, & dolor ſit paſſio,q̃ eſt in fieri,relinquit̃,ꝙ nō poſſit eē morbus.

Ad ea,quæ in oppoſitum,adducūtur,dic ad primū, ꝙ doctores docentes curam doloris non docent curā

accidentis,ſed cauſæ, quæ eſt ægritudo, & illi debetur cura. Ad ſcðm dicitur,ꝙ dolor eſt res,q̃ imediate lędit operationes,non tamen eſt affectus,ſiue diſpoſitio imediate lædens operationes. Ad tertium,Vna, & eadem res numero eſt cauſa,morbus,& accidens: Cauſa,comparatione ad id,quod ſequitur ipſam: Morbus,dum in ſe conſideratur: Accidens uero, comparatione ad id, quod præcedit ipſam,ut dolor capitis,eſt accidens febris,& morbus in ſe,cum diu durans figitur, & quandoq; cauſa freneſis propter humores,qui fluunt ad caput,occaſiõe eius. Sed dicit Gentilis,ſi intelligit Auic. de accidente,quod proprie & uere eſt accidens, ut eſt dolor capitis,quando conſequitur ad paſſionẽm alterius mẽbri,quæ ex ſe eſt in illo,dictum eius eſt falſum, quia ſic dolor,quantumcunq; figatur,ſemper eſt accidens,nec prolongatio,aut breuitas durationis eius,uariat eius eſſentiam: Sed hæc diſpoſitio,quando figitur in capite,ſic ꝙ non dependeat à principali, imo ſit, ut principalis in capite,dici põt ægritudo in illo, ex quo ei debetur curatio,& non alteri.primo. Et Iaco.de partibus dicit,ꝙ Auic.de dolore intelligit,non ut eſt ſenſatio paſſionis organi, ſed ut dicitur de paſſione organi alicuius ſenſuum exteriorũm illata ab aliquo ſenſibili uiolento contriſtante, quæ nihil aliud eſt, quàm mala complexio,uel ſolutio continui alicuius ſenſitiuĩ organi impreſſa à ſenſibili lædente ſenſum, ſicut & Gal.2.aph.cõ.illius aph. Quicunq; dolentes parte aliquid corporis etc.dicens,dolores ſolet nonnunquam nominare diſpoſitiones ipſas,in quibus dolemus, ſine cauſam doloris,quia dolor nõ ſentitur, ſed res faciens dolorem. Sed dices,ſolutio uidetur nulla, quia Auic. dicit: Accidens fit ęgritudo,modo cauſa faciens dolorem,ut puta mala complexio,non dicitur accidens. Itẽ uidetur ibi innuere dolorem fieri morbum ab ipſius

fixione,& diuturnitate,dicens: cum figitur, & tam diu fit manſiuus,quod non eſt dicendum. Immo quælibet diſpoſitio non naturalis per ſe, & immediate nocens ſenſibiliter actioni,eſt morbus,ſiue diu duret, ſiue ſtatim transeat.Dic ad primum ,quod dolor pro cauſa, comparatione ad id,quod præcedit ipſum,dicitur accidens,ut dolor capitis,qui ex febre accidit.Dic etiam quod cauſa,quę facit dolorem,ut mala complexio,quę non eſt facta,intelligendo per factam,eo modo quo ſuperius, cuius eſſe non conſtat in fieri, non poteſt dici ægritudo.Ad ſecundum,Dolor conſequens aliquem morbú,non hńs in parte,in qua eſt,cā̄m ſuę permanentiæ,magis dici debet accidens,quàm morbus: iſtis reſpectibus,ꝙ ſequitur morbum,ſicut umbra corpus, & pendet ab eo, nec exigit propriam curam, ſed curatur cura morbi,ex quo fit,cõtra uero dolor diuturnus,habens cauſam ſuæ pmanentię,& fixionis in parte in qua eſt, licet ortum habeat ab alio morbo, magis proprie dicitur morbus,q̄ accidẽs,his reſpectibus,ꝙ factus eſt independens à morbo priori,tam in eſſe, q̄ in conſeruari,& ſibi propria debetur cura.Quod etiā tenet Cõciliator,dolorem eſſe q̄litatem tãgibilem de tertia ſpecie qualitatis, falſum eſt: quia dolor triſtis ſenſus eſt.& uoluptas blandus eſt ſenſus, de locis affectis 2.ca.pmo modo quod eſt ſenſus non eſt qualitas de tertia ſpecie qualitatis.Et cum dicit,ꝙ non ualet argumentum,dolor eſt triſtis ſenſatio obiecti materialiter imprimẽtis, ergo dolor eſt ſenſatio,ſicut non ſequit̃, Ros eſt parua pluuia,ergo ros eſt pluuia.Dic negando ſimilitudinem, qa in hac,ros eſt parua pluuia: Ly. parua diminuit. Sed cum dicitur,dolor eſt triſtis ſenſatio,ly.triſtis,non diminuit.Et ſi dicas,dolor fit à mala cõplexione,& à ſolutione cõtinui,ergo ſi eſſet triſtis ſenſatio,deberet apprehendere ſuum obiectum,quod eſt mala complexio,

uel ſolutio continui. Sed uidemus, ꝙ multotiens dicūt patientes ſe dolere, & tamen non ſentiunt caliditatem, frigiditatem, nec aliam malā complexionem, nec ſolutionem continui. Ergo dolor nō eſt triſtis ſenſatio, ſed potius quædam qualitas de tertia ſpecie. Item ſentitur dolor, ergo nō eſt ſenſatio. Dic, ꝙ aliquādo uirtus ſenſitiua adeo ꝓſternitur, ſiue perturbatur à forti dolore ꝙ non percipit proprium obiectum, nec caliditatē, nec frigiditatem, aut ſolutionē continui, & ꝙ cauſa faciens dolorem, eſt, quæ ſentitur, & nō dolor. Et ſi dicas Gal. clare dicit dolorem eē ſymptoma ipſius ſenſus tactus, & non ſenſationē in tractatu de differentiis ſymptomatū cap. 3. ubi inquit: Tactus aūt in ſua functione ꝑter reliquas ſenſationes ꝓprium inſigne ſymptoma obtinet nēpe dolorem, qui licet cæteros ſenſus ob externa eademq; ꝓpria ſenſibilia obturbat: hunc tamē ſenſum non ſolū ob externa ſenſibilia, ſed multo magis ob intimos corporis affectus diſcruciat: idq; interdū adeo uehemēter, ut laborantes doloris grauitate uicti, ſeipſos interimere cogantur, dico ꝙ utrūq; teneri pōt. Et ꝙ ſit triſtis ſenſus, ut dixit 2. de locis affectis ca. p̄ & Auic. 2. primi loco citato, & ꝙ ſit ſymptoma ipſius ſenſus: ſed tunc, ꝙ dolor ſit triſtis ſenſatio intelligitur cauſatiuo. ſ. ex triſti ſenſatione rei ſubito & materialiter imprimentis cauſatur dolor, & ita dolor nō eſt qualitas paſſibilis: ſed potius paſſio animi: Differt enim paſſibilis qualitas à paſſione ſecundum Ariſto. in p̄dicamentis de qualitate.

De cauſis doloris. Cap. 12.

DE CAVSA uero doloris, tres ſunt opiniones, Prima eſt Galeni, Secūda eſt Auicennæ, Tertia eſt Auerrois, Auic. & Auer. dicunt, Gale. uoluiſſe imediatam cauſam doloris eſſe ſolutionem cōtinui

tantum, & ꝙ mala complexio non facit dolorem, niſi quatenus ſoluit continuũ, tamẽ inuenies dixiſſe 2. artis medicinalis cap. 74. & alibi, ut 12. de Methodo cap. 7. & ſc͂do de ratione uictus in morbis acutis cõ. p̄. & ſc͂do de locis affectis p̊ cap. Cauſam imediatam doloris eſſe, aut malam cõplexionem, aut ſolutioneȝ continui. Ideo primo uideamus, quę ſit mens Galeni. Dico, ꝙ Gal. uoluit ſolam ſolutionem cõtinui, ut impoſuerunt Auicẽ. & Auer. eſſe cauſam doloris, quod facile comprehenditur ex multis locis: nam 12. de Metho. medendi cap. 7. q̃rens Gal. cauſaȝ doloris, dicit, dolor nõ fit, niſi in particulis ſenſuȝ obtinẽtibus, ſubiũgit, dolor, põt fieri, uel ab alteratione, uel à cõtinui ſol'one, cum confertim & uiolenter fit, talis alteratio, uel ſol'o ꝯtinui, ⁊ ſubiũgit. Sed q̃rere an alteratio, puta cal'itas, ul' friditas faciat dolorẽ ſoluẽdo, an citra ſol'onẽ, alterius eſt ſpeculatiõis. Et ſi demonſtratũ à nobis eſt quarto ſimpliciũ medicamentorum circa principium. Et reddens cauſam quare in eo loco non pertineat tractare, quomodo caliditas & frigiditas faciat dolorem. Dicit, ꝙ id ad medicũ uolentem remouere dolorẽ nihil facit quia nihil facit medico uolenti curare dolorem, ſi illa mala complexio facit dolorem ex ſe, uel ſoluendo continuum, ſed ſatis eſt ei, ꝙ ſciat ꝙ cauſa talis doloris, eſt illa mala complexio, q̃ remouẽda eſt, ſi debet remoueri dolor. Quære autem, quo pacto complexio mala faciat dolorem eſt potius inquirentis ueritatẽ, q̃ȝ medici. Galenus etiã 4. ſimpl. capite primo dicit, ꝙ calidum, & frigidum inducit dolorem ſoluendo continuum, frigidum contrahendo, & conſtringendo, calidum autem, fundendo, & diſſoluendo. Quòd autem caliditas, & frigiditas non faciat dolorem, niſi quatenus ſoluit cõtinuum, probat quia caliditas, & frigiditas non facit dolorem niſi cum tantum fuerit aucta, ut poſſit ſoluere continuuȝ, antea

Sc͂dm Gal. ſolũ ſol'onẽ cõtinui eẽ cãȝ imediatam doloris.

enim non facit dolorem,& tamẽ calefacit,ita ut termi nus diſtinctiuus inter caliditatem,quæ facit dolorem & eam,quæ tantum calefacit,eſt ſolutio cõtinui.Et eius ratio uidetur talis,ibi.Dicit Hippo.Frigidũ ulceribus mordax,quinta aphor.20.ſit ulcus in aliqua parte,quę aeri exponatur frigido ,uidebitur ea pars à tali frigido mordicari , ſi tamen exponatur cutis tali aeri frigido quamuis ſenſitiua,non mordicabitur,quia illa frigiditas poteſt ſoluere continuum in eo ulcere,quod eſt in parte carnoſa rara,ꝙ non poteſt facere in cute ,cũ cutis ſit pars denſior,quæ non poteſt ſolui:Si tamen frigiditas illa fortiter augeatur,etiã ſoluet continuuꝫ in cute. Frigiditas ergo pauca,non facit dolorẽ,in cute,ſicut in ulcere,quia non poteſt ſoluere cõtinuum in cute , ſicut in ulcere.Nam ſi tãtum per frigiditatem potuiſſet facere dolorem,ita feciſſet eum in cute , ſicut in ulcere.Sic eſt dicendum de caliditate,detur caliditas,ut duo mordicabit ulcus,& iſta eadem ſolum calefaciet cutẽ,quamuis ſit bene temperata,quæ caliditas ſi augeatnr ,etiam mordicabit cutim,Et iſtud eſt,quia in uno poteſt facere ſolutionem,& in altero non.Ergo non quæuis caliditas,uł frigiditas põt facerẽ dolorẽ,ſed tm̃ ea,q̃ in tm̃ aucta eſt,ut poſſet ſoluere continuum.Nam ſi ſufficeret, ſola caliditatis.uel frigiditatis impreſſio ad cauſandũ dolorem,ita debuiſſet facere dolorem in cute,ſicut in ulcere.Et ſuffeciſſet Hippocrati dixiſſe frigidũ mordax, non addendo ulceribus.Hoc idem Gal.uidetur ſenſiſſe in libro de inæquali intemperie,ubi uidetur dicere , ꝙ alteratio facta à calido, & frigido,nõ eſt doloris inductiua,donec non peruenit ad terminum,quo ſoluat cõtinuum,Cum inquit,Sic nanqꝫ,nec aer,qui nos ambit, prius offendit , q̃ꝫ ad imodicum calorem frigusue eſt imutatus,Cuius alioqui,quæ in medio ſunt ,differentias tametſi numeroſas , ac manifeſtum exceſſum inter

ſe habentes,citra noxam ſentimus.Ex his ergo fortaſſe durius dici uideatur,quod Hippo.alicubi ait, omnem morbum ulcus eſſe,quippe ulcus unitatis eſt diuiſio. Immodicus uero calor,ac frigus proxime accedunt.ut unitatem ſoluant,plurimus quidē calor,dum ſegregat ac diuidit ſubſtantię cōtinuitatē,ſummum uero frigus, tum ſtipando,tum introſus pariter trudendo quædam exprimit,quædam quaſſat. Atq; hunc quiſpiam īmodici caloris,ac frigoris terminum ſtatuens, fortaſſe non incōmode ſentiat &c. Viſus eſt etiam hic aſſentire ſermoni Hippocrat.ꝙ omnes ęgritudines ſunt quædam ulcera,Hippo.autē de ægritudinibus facientibus dolorem intendebat.Hoc etiā habes 4.de accidēti cap.6.cū dicit.In libro quem de ſimplicibus medicamentis conſcripſimus,demonſtratum eſt,frigus aliter quàm calorem delectationem inducere,ipſum tamē,eo ꝙ ſubſtantiam diuellit,dolorem etiam excitare quippe res, quæ ita cōtundunt, aut intendunt,ut corporibus rupturæ periculum afferant,plane inter dolorum cauſas numerandæ ſunt,ſimiliter etiam,quę pungunt,aut ſecāt.Pro authoritatibus,quæ uidentur oppoſitum ſentire,ſcias, ꝙ ſm Galenum primo de locis affectis ſecūdo.Et 3.cōplexionum cap.4.Datur motus;inſenſibilis, uult enim Galenus,ꝙ ex centum guttis aquæ cauetur lapis, & ꝙ quælibet gutta ſuam partē cauet,quæ tamē inſenſibilis eſt.Et tertio complexionum dicit,quòd ſi quis ex enſe quotidie ſcindat cæram, uidebitur aliquando etiam enſis obtundi inſenſibiliter,ita accidit in corpore noſtro,cōtinua fit alteratio,quam quia inſenſibilis,medicus pro nihilo habet.Ideo 2.artis medicinalis.Si medicus ſm rei naturam,& ueritatem iudicaret, periculum eſſet in ſempiternæ paſſionis irrepere dogma.Ideo quādoq; fit ſolutio continui,quæ medico eſt inſenſibilis, uel à frigiditate,uel caliditate,uel à uentoſitate,& me-

dicus conſiderat eam, ac ſi non eſſet, ſicut ea, quæ fit cō primendo digitum. Medicus ergo tantum curat de ſolutione continui, quæ eſt ſenſibilis. Et ideo Gal. alicubi dicit, doloré fieri à mala complexione tantum aliquādo à ſolutione continui, loquendo ut medicus, loquēdo autem ſm ueritatem, dicit, dolorem ta tū fieri à ſolutione continui, & ſm ueritatem locutus fuit, 4. ſimp. Hoc uidetur ſentire Auicē. ſcōa primi cap. 19. de cauſis doloris abſolute, dicens. Galeni uero cuꝫ uerificatur intentio, ad hoc eam inducit, ut eſſentialis cauſa doloris, non ſit niſi ſolutio continui, & non amplius uult dicere. Cum Galenus dixit cauſam doloris eſſe tantum ſolutionem continui, conſiderauit eſſentiam doloris, non medice loquendo, ſed ueritatem inueſtigādo, quā quidem medicus non conſiderat. Auicennę autem opinio eſt, ꝙ dolor poſſit fieri, ⁊ à mala cōplexione, & à ſolutione continui. Et uidetur arguere contra Galenum ſic. Dolor aliquando totum membrum occupat, imo aliquando ad plura membra diſtenditur, ſicut in his, qui dentibus dolent, faciunt ſibi extirpare ſanum, & malum relinquunt. Ergo dolor non fit ſemper à ſolutione continui, quia ſolutio continui non eſt, niſi in una parte illius membri. Item arguit, frigidum condenſando facit dolorem, qui dolor aliquando eſt in profundum, & tamen ſolutio continui non poterit ad illū locum peruenire. Item & 3. Natura dedit ſenſum animalibus, ut fugerent nociua. Ergo dolor non tantum debet fieri à ſolutione continui, ſed etiam à mala complexione, cum etiam ipſa lędat. Ad primū, & ſcōm dicatis, ꝙ aliquādo dolor eſt adeo intenſus, ꝙ intātum perturbat uirtutem ſenſitiuam, ut non poſſit iudicare, in qua parte ſit dolor, nec ſentire in qua principaliter ſit, ſicut exēplificatum eſt de doloribus dentium. Similiter licet uideatur, ꝙ totum membrum doleat, re uera tamen nō

Auicennæ opinio.

eſt ita:quia non dolet niſi pars illa in qua eſt ſol'o con tinui:ſed apparet totum dolere:quia operatio ſenſus ta ctus eſt corrupta,⁊ iudicat id quod non eſt.Et proinde non eſt mirum,ſi ille qui hēt intenſiſſimū dolorē, non percipit neq; caliditatem,neq; frigiditatem,neq; ſolutam continuitatem,ſed ſolum dolorem. Ad tertiū ,natura non fecit,ut homo ex quacunq; alteratione doleret,ſed cum fortiter fuerit contriſtatus. Auerroes autē ab utriſq; differt,uult enim ꝙ non fiat à ſolutione continui,ſed tantum à mala complexione.Et uult ,ꝙ ſolutio continui inducat dolorem,quia inducit malam cōplexionem Vnde 3.coll'5.cap.31.contra Gal.& Auic.arguit.Sic in oī alio ſenſu accidit delectatio,⁊ ꝯtriſtatio circa ꝓpriu; obiectū delectatiuū uel triſtatiuū,ſic & in tactu:ſed ſolutio continui,non eſt proprium obiectū ſed obiectum commune,quia eſt quantitas diuiſa.Ergo dolor fit à mala complexione ,ut à caliditate,& frigiditate & c̄.quæ ſunt obiecta propria ,non cōmunia , non à ſolutione cōtinui.Vel ſic à natura tactus.Tactus habet ſuum obiectum,quod eſt qualitas,non ſoluta continuitas.Primum ſenſatum eſt qualitas prima,ſecūdum ſenſatum eſt cōmune,ut numerus,ad quē reducitur ſolutio continui.Tunc ſit ratio.Nullum ſecundo ſenſatū eſt impreſſiuum in organum,uel in ſenſum , niſi ratiōe primi.Complexio eſt primo ſenſatum,ſoluta continuitas ſecūdum.Ergo ſoluta continuitas non facit dolorem,niſi ratione complexionis.Et ſic tātum una eſt cauſa īmediata doloris,ſcilicet,mala complexio.Ita enim inquit:Solutio continuitatis eſt cauſa complexionis, quæ facit dolorem,quia ſolutio continuitatis eſt cum malo motu,& cōueniens eſt.ut talem motum ſequatur mala complexio. Declaratum eſt etiam in libro de anī ma,ꝙ ſenſus tactus ſentit primo inter omnes ſenſus quatuor qualitates,caliditatem,frigiditatem ,humidi-

Auerrois opinio.

tatem,& ſiccitatem.Ergo dolores non fient,nec ſentiẽtur ab eo ſenſu,niſi quãdo multum ſuperabunt ſua propria ſenſata ſicut accidit aliis ſenſibus.Oculus enim nõ dolet, niſi propter ſuperfluitatem colorum, quando exeunt uiam tẽperatã, u el mediã.Et ſic lingua cũ ſaporibus,auditus cũ ſonis,& odoratus cũ odoribus. Sed dic adhoc argumẽtũ,ꝙ aliud eſt dicere,Ad hoc quod ipm ſcd̃m obiectũ imprimat in ſenſum requiritur primum imprimere.Et aliud, Ad hoc ꝙ ſecũdũ cauſet dolorem,requiritur & primum cauſare.Concedo quod obiectum primum præſupponit ur,ut ſecundum imprimat,nõ tamẽ, ut ſcd̃m imprimat doloroſe.Reflecteret etiam argumentum Gale.contra Auer.per ſimile obiecta ꝓpria aliorum ſenſuũ non faciunt dolorẽ niſi quatenus ſoluũt.Ergo neqȝ etiam obiecta ſenſus tactus.

Arguunt & nonnulli pro hac opinione.Tactus nõ habet dolorem,niſi propter materialem organi tranſmutationem,& non propter omnem materialem, ſed propter magnam,& fortẽ, & organũ corrumpentem, Nam dolor triſtis ſenſatio eſt rei materialiter imprimẽtis,non in ſenſum,quoniam ibi eſt corpus realiter recipiens,& anima intentionaliter,& receptio in corpore, quæ realis eſt,non eſt ſenſatio,ſed quæ in anima.Ergo quia magnitudo,figura,& numerus,non alterant organum tactus materialiter, ſicut caliditas, & frigiditas. Ideo à magnitudine,figura & numero,non eſt dolor, ſicut à caliditate, & frigiditate, Nam hæc non ſolum intentionaliter, ſed etiam materialiter organum ſibi cũ diſponunt,quoniam fit per eas tranſmutatio,& corruptio ſubſtantiæ membri.Ad hoc dicitur,ꝙ magnitudo,figura,ſitus,& numerus nõ ſunt,quæ inducunt dolorem in tactum,ſed exitus membri ſentiẽtis in magnitudine,numero,ſitu,& figura naturalibus, ſt quę poteſt inducere dolorem.Sed tu ſtatim dices,ſolutio con

tinui,ut exitus membri ad dualitatem ex unitate; non eſt ſenſibile,quia non proprium, neq; commune cum ſit priuatiuum quodam modo quod non eſt ſenſibile, non poteſt facere dolorem.Dicitur.ꝙ ſolutio cõtinui, eſt reducibilis ad numerum,qui eũ ſenſibile, cõmune, ſenſus enim apprehendit unum negatione diuiſionis,⁊ numerum negatione cõtinuitatis,quia ergo membrũ, quod erat unum,ſoluitur, & fit numerus, quia unum tranſit in duo,exitus membri ad hanc dualitatem fit ſenſibilis ad modũ numeri. Vel dicẽdum, ꝙ obiectum doloroſum eſt illud quod ſentitur,⁊ illud quod ſentiẽ ſine dolore eſt illud quod ſentitur cum dolore, quãdo ſoluit continuũ: ſi enim tam ingens ſit motus quod ſol uat,ſentitur cũ dolore: ſi uero ſit paruus,⁊ non ſoluat, ſentitur ſine dolore.Similiter ſi manus cum acu pungatur,quod ſentitur eſt acus cum dolore, quia ſoluit.Sed neſcio quo modo hæc poſitio Auer.ſuſtineri poſſit,nã pungatur alicuius manus,quæ ſit frigida ꝑter natura;, ut puta in ſcðo gradu, pũctura per eum non facit dolorem,niſi quatenus inducit malam complexionẽ,ſi illa calida.Ergo inducendo eam malã complexionẽ calidã in membrum laborantis,mala complexione frigida.deberet fieri delicia, non dolor, quia ſit reditur à præter naturali diſpoſitione ad naturalem. Argumẽ.ꝯ Auer.

Poſt hæc ſcias,ꝙ ad hoc,ut in membro ſit dolor, requiritur,ut ipſum membrum ſit ſenſibile,& non inſenſibile,quale eſt os 12.de Metho.cap.7.Et ꝙ trãſmutetur à natura ſua,& tranſmutatio ſit ſubita,& non gradata, 4.de accidenti cap.6.Nam leuis caliditas non infert dolorem,pariter magna,ſi paulatim inducaẽ,ꝑpter aſſueſieri ei membrum.Et ſicut obiectũ triſte,ſi uehementer inducatur,cauſat dolorem,ita & obiectum conueniẽs, ſi debet cãre delicia;,op;,ꝙ ſubito imprimat.Intellige autem ſubito,ut notat Conciliator differentia 76.non

uſquequaqȝ,quoniam tũc pciperetur,q̃ minime: unde experimur,quãdo quis acutiſſimo quodaȝ inciditur,& omnino repente nullum, aut q̃minimum dolorẽ ſentiri,eo ꝙ non ſoluȝ alteratio, imo operatio q̃libet alia tẽpus ſufficiens requirit, in quo ſenſibile in ſenſu poſſit imprimere,ſed hoc quod percipitur,id euenit ſenſu,nõ dum in membro alterato,q̃ appareat. Scias etiam,ut ibi 4.de accidenti dicit Gal.ꝙ ſolutio cõtinui facit dolorem ſolum dum fit,& nõ dum facta eſt, quia non põt res hr̃e dolorem,niſi dum exit à natura ſua,& nõ poſtquã exierit,nam ſenſus actu, non eſt niſi quædã alteratio ab obiecto, omnis autem dolor eſt ſenſus trãſmutationis ad extra naturaȝ. Vbi ergo non eſt alteratio, ibi non eſt ſenſus.Sed quãdo membrũ exierit à natura ſua, iam eſt tranſmutatũ,& non eſt ſub tranſmutatione,quare neqȝ in ſenſu,ergo nec in dolore. Sed dices hoc repugnat Gal.12.metho.cap.7.ubi habet, ꝙ quęlibet mutatio ſubita, non ſolum à re naturali ad pręter naturam, imo à re præternaturali ad naturalem facit dolorem. Et dat exemplum de manibus ualde infrigidatis,ſubito igni applicatis.Dicendum ꝙ nulla eſt in dictis Gal.contradictio: nam ad hoc q̃ fiat dolor oportet quòd fiat multa impſſio & ſubita mutatio ad rem pter naturã: ita enim dicebat Hippoc.in illo apho.ſcda particula: plurimum atqȝ repente euacuare &c. Et ratio eſt: quia omne nimium eſt naturæ inimicum: nam patet, ꝙ ſi fiat mutatio multa & non ſubito,ſed paulatine,non fit dolor,ſimiliter ſi fiat ſubito,& non multa: ſed ad hoc ut fiat delicia,oportet ꝙ ſubita fiat mutatio & nõ multa à re naturali ad rem pternaturã. & ita ſtat ꝙ ſubita mutatio, & parua faciat lætitiam,& ꝙ ſubita & multa cauſet dolorem,quatenus.ſ.ad iſtam ſequitur ſolutio continui q̃ eſt cauſa imediata doloris.Et hoc eſt quod Gal.dicebat 12.Methodi,ꝙ redditus à re pternaturam ad rem naturalem

talem facit dolorē,niſi paulatim fiat.i.niſi parua ſit mutatio: non enim intelligit paulatim contradiſtinctum ſubito:ſed quòd parua ſit alteratio. Et ideo ſi apponas manus ualde frigidas igni calidiſſimo, augebit dolor: quoniā ex frigiditate iam erat ſolutio cōtinui, & poſtea caliditate ignis fit alia.uel dicendum, ꝙ cum manus in frigidate igni apponuntur calidiſſimo retrahitur frigiditas ad intra,& per antipariſtaſim facit maiorē dolorem:quia maiorem ſolutionem continui: ſed ſi manus frigidę ſubito in aqua tepida ponātur cauſatur lętitia: quia mutatio eſt ſubita,& parua.

Videamus etiam de humido , an poſſit cauſare dolorem.Tenet Auic.ſecunda primi,quòd caliditas,& frigiditas excedentes,cauſant dolorem,ſed ſiccitas ,& humiditas non,quia paſſiuæ ſunt,non habentes uirtutem primo & principaliter,qua corpus aliquod imprimat in aliud,ſed uirtutem potius,qua ſuſcipit corpus á corpore impreſſionem.Et dicit,quòd ſiccitas accidentaliter,ſeu per aliud efficit dolorem,quia ad ſiccitatem exceſſiuam quandoq; ſequitur cauſa doloris,alterius generis à mala complexione diuerſa,ſcilicet,ſolutio continui,ut ad ſiccitatem nimiam labiorum & linguæ,frequenter ſequitur earum fixura,non deſiccando ,ſed fortitudine ſuæ conſtrictionis,cuius medio dolorem generat.Sed humidum nullo modo cauſat dolorem,propter eius materialem paſſibilitatē,nec primo actu , nec ſecundo,ut humectando,ſeu remolliendo,uel relaxando, & ſic nec per ſe nec p accñs dolorem pōt prꝙſtare. Dicit Gal.2.Miamir.primo cap.à calidis enim & frigidis humoribus uehementiſſimi fiunt dolores , à ſiccis aūt moderatiores,ab humidis nullus fit penitus dolor ratione qualitatis ratione multitudinis , ægritudines organicas facit.Et ratio eſt ,quia humidum non poteſt ſua qualitate ſoluere continuum,quod eſt immediata

Q.uo a[illegible] ſiccitatē [illegible] qtur cā d[illegible] loris.

Hūidū ne[illegible] p ſe nec p a[illegible] cñs pōt d[illegible] lorē cāre.

cauſa doloris,ſed replendo ſua multitudine,poteſt ſol
uere continuum.Et aliqui dicunt,quia humidum tardi
motus eſt,modo doloris cauſa eſt ſubita materialis im
preſſio.Propter quod communiter à medicis dicitur,
ꝙ non datur medicina humida ſupra ſecunduꝫ gradũ,
eſt autem primus gradus inſenſibilis,& ſcðus paruꝫ ſen
titur.Et dixit Io.Meſue cap.de pſilio,dixit Ruffus,ſuba
pſilij exterior expanſa ſuper corticem eſt frigida & hu-
mida in tertio.Et dixit Dioſcorides, ꝙ eſt in ſcðo,& eſt
uerius.Et dixit Gal.humida res non tráſgreditur metã
uſqꝫ ad quam poteſt regimen hominis extẽdi. Propter
quod non inuenimus humiduꝫ eſſe cauſam doloris in
quãtum humidum,ſed inquãtum poteſt eſſe materia,q̃
quãtitate ſua mouetur ad cõtinuitatis ſol'onem. Auic.
uero prima tertij,tractatu 2.cap.2. poſt principiũ dicit.
Complexio humida,ſcðm,ꝙ eſt humida,non efficit do
lorem,niſi illic materia ſit humida,faciens dolorem ex
parte euaporationis, aut euentus uentoſitatis facientis
ſolutionem] continuitatis.[Et calida,& ſicca, & frigida
& ſicca:faciunt etiam dolorem motu ſoluente cõtinui-
tatem,calida uero & humida,⁊ frigida & humida non
faciunt dolorẽ,niſi unde ſunt calidæ,& frigidæ,& non
unde ſunt hũidæ, niſi ſm modũ ꝑdictũ. Auer.4.coll't.
46.cap.inquit:humida,uel ſicca cõplexio dolorem non
efficit,niſi parum.& quãdo ſola eſt humiditas,tunc ſo-
la grauitas ſentitur.declaratur à Conciliatore differen
tia 76.ſic.Humidum aut eſt ſimplex, & ſic q̃; minime eſt
actiuum,cum ſit qualitatum paſſibiliſſimũ uel coniun-
ctim cum caliditate,& tũc operatio magis attribuetur
calido actiuiori,ſi gradum excedit ſcðm,ita ꝙ tale hu-
mectare erit magis ꝓpter calidum euaporare faciẽs, &
diſſoluens humidum per partes, q̃; ipſius humidi,ꝓ ut
humidum exiſtit. Aut copulatum erit cuꝫ frigiditate,&
ſic etiam gradum,ut per parum excedit ſecũdum,ut uo

luit Meſ.cap.de pſilio, q̃ autem rerum in ſecũdo gradu ſunt,tales non operantur calefactione,uel infrigidatione,aut exiccatione,ſeu humectatione læſiua manifeſte, 5.ſimplicium cap.ultimo.Ideo Auicẽ.2.primi cap.ulti. quæ in ſecundo gradu ſunt,talia non perueniunt ad impediendum operationes manifeſte,neq; curſum earum mutant naturalem, niſi per accidens, ut quia multa uel ſæpius iterata. Res autem dolorosa impedit,& permutat manifeſte,in tantum,ꝙ cæteris nociuis uidetur eſſe moleſtior:propter quod humidum,inquantum humidum,dolorem cauſare non poterit.

In contrarium tamen uidetur Gale.2.artis medicinalis ubi dicit.Dolor autem quemcunq; obſederit locu;, aut continuitatis ſolutionem,aut ſubitam alteratione; oſtendit,ſubiungit,ſoluitur autem continuitas inciſione, tractione, & ſubiungit. Alteratur uero ſubſtantia à caliditate,frigiditate,humiditate,ſiccitate.Item & ſecundo de ratione uict.in morbis acutis cõmen.p̊ cum inquit:Iam narraui eſſe doloris,in libro meo de elemẽtis ſecundum ſentẽtiam Hipp.& in libro meo de morbis & accidentibus.Et dixi,ꝙ euentus eius fit in corporibus ſenſibilibus,quando in eis accidit alteratio magna ſubito,quæ extrahit ea à diſpoſitione naturali.Hęc enim alteratio accidit duobus modis ,quorũ unus eſt, quando ſubito mutatur uiolenter in qualitatibus ſuis, Et alter eſt,quando fit in eis ſolutio continuitatis. Alteratio igitur eorum fit in qualitatibus ſuis agentibus.ſ. qñ calefiunt,aut infrigidãtur,aut humectanť,aut ſiccãtur.Continuitatis autem ſolutio fit in eis,quando inciditur,aut tẽduntur tentione uehemẽti,aut ſcinduntur. Ecce ꝙ Galenus uidetur innuere dolorem fieri ab humiditate.Dic,ꝙ Galenus uult ibi,dolorem fieri à ſolutione continui,aut à mala complexione,& non intendit,ꝙ à quauis mala complexione fiat dolor,quia non

à mala complexione humida,niſi ratiõe multitudinis. Ideo litera ſic iacet, Alteratur uero ſubſtantia à calidi- tate,frigiditate,humiditate,& ſiccitate.Et non dixit, ꝙ ab humiditate fiat dolor.ſed maiorem habet difficulta teꝫ.alia litera Galeni in libello de inæquali intemperie 4.cap.Eo enim in loco Galenus probans, ꝙ dolor fit, dum pars alteratur,non cum iam alterata eſt. Adducit Hippocratis dictum, quod tale eſt, Dum alteratur, & corrumpitur natura,dolores fiunt.Nam ut dictum eſt, ſunt dati ſenſus animalibus à natura ut fugiant nociua, & quæ corrumpunt.Cum ergo mala complexio humi da poſſit corrumpere,ſequitur etiam, ꝙ ſenſus anima- lium eſt datus,propter eam,ſicut propter cæteras quali tates.Ergo poteſt facere dolorem.Adducta ergo Hipp. autoritate dicit: Alteratur auté,aut corrũpitur cuiuſqꝫ natura,à calido,frigido,humido,& ſicco uel cum eius unitas ſoluitur:Subiungit in his quidem intemperamẽ tis,quæ inæqualia ſunt,calefaciendo,uel frig faciendo potiſſimum faciunt dolorem,quippe cum efficaciſſimę qualitates ſint ſecundo loco ſiccando,uel humectãdo. Dat exemplum,quo modo ex humida intemperie uel ſicca fiat dolor,Et dicit eſuriendo,uel ſitiendo,deficiẽ- ti hic humida,illic ſicca ſubſtantia.Ecce ꝙ Galenus in- telligit de omnibus qualitatibus, cum adducit exem- plum de humiditate, & ſiccitate per famem & ſitim. Ad hoc ſimiliter eſt reſpondendum.Nec uult Galenus, ꝙ in ſiti fiat dolor,propter ſiccitatem,& in fame pro- pter humiditatem ,ſed intelligit,ꝙ in iſtis fit dolor uel triſtitia ex carentia ſicci,uel ex carentia humidi,& hoc modo ſonant eius uerba : exurendo uel ſiccando,de- ficiente hic humida, illic ſicca ſubſtantia.Ideo tenen- dum eſt, quòd mala complexio humida non facit dolorem ſua qualitate, ſed ſua multitudine, replendo & extendendo.

An in quolibet ſenſu poſſit dolorem eſſe. Cap. 13.

RESTAT & tertio conſiderandũ an in quolibet ſenſu poſſit eſſe dolor. Quod ſic, qa ꝑria fieri hñt, circa idẽ, ſed delitiũ eſt in q̃libet ſenſu, qa qlibet ſenſus delectatur ex comprehenſione conuenientis ſenſibilis, ut uiſus ex mediis colorib⁹, auditus ex melodiis ſuauibus, guſtus ex dulcibus ſaporibus, odoratus ex aromaticis, tactus ex tepidis & leuibus Ergo quilibet ſenſus erit doloris ſuſceptiuus, ex apprehẽſione inconuenientium, qualia ſunt excellentiæ ſuorum ſenſibilium, talia enim corrumpunt harmoniam ſenſus. Et ita tenet Galenus. 3 & . 4. de accidenti 6. cap. ut in guſtu, ex ſapore amaro, acetoſo, pontico, & acuto, Ná unumquodq; horum cõtinuum diuidere poteſt. In odoratu ex fumis ſalientibus ab huiuſmodi ſaporibus, quoniam & ipſi continuum diuellunt. In auditu ex aſpera uoce, & magna, & ueloci, quæ inſtrumentum auditus corrumpit, propter motus aeris fortitudinem. In uiſu, ex lumine ſplendidiſſimo, eo ꝙ diſpergit ſpiritum uiſibilem. Et alia tranſlatio Copi dicit. Illuſtriſſimi ſplendores uiſum offendunt, & ſimul corrumpũt, eo quòd diſcriminandi, aut diſcutiendi uim plurimá obtineant. Galeno contradicit Monachus ſecũdo artis medicinalis com̃ 83. quoniam dolor non fit, niſi ex duplici cauſa, ſcilicet, mala complexione, aut ſolutione continui, quarum quęlibet eſt ſolum tactu comprehenſibilis. Ná ſi dolere, non eſt, niſi ex aliqua corruptela ſenſiterii, ſeu organi, & non ſit excellentia alicuius ſenſibilis potens materialiter tranſmutare organum, ſicut excellentia tangibiliũ, neq; in ip̃m iducere aliqd, qđ ſit ęgritudo, niſi tangibil'r afficiat, nullũ aliorũ poterit iducere dolor: in ſuo ſenſu, niſi forte dolorẽ ęquiuoce dictum cũ

dolore, qui eſt in tactu, qm̄ aliorum ſenſibilium excellentię corrumpunt in ſenſitiuo harmonias, & rationem ſenſus ad ſenſibile tantum, ſubſtantiam autem ſenſiterii corrumpere non poſſunt, eo ꝙ omnis talis tranſmutatio à qualitatibus tantum primis tangibilibus exiſtit, propter quod aliqui dicunt, quòd loco allegato Galenus loquatur, ut Platonicus, & non ſm̄ propriam intẽtionem. Soleo aliter dicere, quòd dolor poteſt eſſe in aliis ſenſibus cauſatiue, ſed non formaliter, quemadmodum in ſenſu tactus: Nam nimia diſgregatio, quia realiter ut ſic non imprimit, ſed tantum ſpiritualiter non cauſat dolorem, eſt enim dolor ſenſatio rei materialiter imprimentis: ſed ad ſpiritualem, ſequitur realis deſtructiua, ut caliditatis productæ à ſplendidiſſimo lumine. Et ita color ut diſgregat ſpiritualiter, imprimit tantum, & non poteſt cauſare dolorem, & ſi cauſat, eſt ut ad ipſum ſequitur eliquatio, uel corruptio. Eſt autẽ in oculo, & in aure uis tactiua, qa ibi caro, uel neruus. Quare dicunt, quòd non conuenienter dictum eſt, 4. de accidenti. Quòd in quolibet ſenſu ſit dolor ex ſolutione continui, ut in uiſu ex lumine ſplendiſſimo cuius eſt diſgregare ſpiritum uiſibilem, in aditu uoce magna etc. Quoniam de natura omnium talium ſenſibilium, eſt ſoluere continuum in ſuis ſenſibus. Nam ſolutio cõtinui non percipitur, niſi ſenſu tactus. Sed quia organũ cuiuſlibet ſenſus, ſentit tactu. eſt enim ſenſus tactus cõmuniſſimus, à quo alii non ſeparantur, ſed ipſe ab aliis accidit, propter illud cuiuſlibet ſenſus organum, ſolutionem continui poteſt ſentire, non quidem in quantum uiſus, uel auditus, ſed in quantum cum eis ſenſus tactus inerit. Et cum dicitur, quòd contraria habent fieri circa idem, dicẽdum, quòd uerũ eſt, quòd in omni ſenſu eſt delitium ex apprehenſione conuenientium ſenſibilium, & ſaluantium harmoniam ſenſus. Similiter &

triſtitia ex apprehenſione inconuenientium,& corrumpentium ſenſus harmoniam,quæ æquiuoce.dicitur dolor cum dolore,qui eſt in tactu.

Vltimo conſiderandum quid ſit delitium, Monachus ex falſa tranſlatione dicente,quod eſt paſſio, qua ſubito reducitur ad naturam,4.de accidenti 6.Galenũ reprehendit,dicens delitium eſſe apprehenſionem, & ſenſationem obiecti conuenientis, & non reditus ille, quoniam ſicut dolor eſt ſenſatio,ita & delitium,per locum à cõtrariis,ſed reditus ille ad cõueniens,eſt actio realis.Ergo delitiũ non eſt ille reditus.[Et nõ dicit hoc Galenus,ſed quòd reditus ad naturalem habitum delicium inducit.Sic enim ſtat litera Copi.pathos ꝑter naturam uiolenter,ꝛ affatim incidens,dolorẽ excitat,cuꝫ uero ad naturalem habitum redit, idqꝫ rurſus affatim, delectationem inducit.

De cauſis efficientibus ſanitatem. Cap.14.

POST hæc dicamus de cauſis efficiẽtibus ſanitatem,ſcđm diſtinctionem malæ temperaturæ,ut 3.artis medicinalis cap.5.& 2. aphor.cõ.22.Quoniã aliæ ſunt cauſę ſalubres intẽperiei,iam factæ,aliæ uero fientis,aliæ eius,q̃ futura eſt,ſic eniꝫ intemperies his tribus diſtinguitur modis.Eſt aũt intemperies facta,illa cuius cauſa efficiens iam ceſſauit eius effectu poſt eam manente,ſicut febris ephemera ueniens à calore ſolis, & ira,& ſicut hectica remanens ab ephemera, uel putrida,de natura enim iſtarum duarũ eſt remenere,ab euntibus ſuis cauſis,& nihil amplius efficientibus,& uniuerſaliter intemperies facta uidetur omnis mala mẽbri complexio ſine cauſa humorali,uel cõpoſitionali,quæ ſit illius cã in illo exñs,ſeu complexionali alterius mẽbri id diſcraſiantis,adhuc autem & ſine cauſa extrinſeca quæ cauſet

eam per ſe.Intemperies aũt fiens eſt,cuius cauſa efficiẽs, ad hũc efficit in actu exiſtens,& huius intemperiei,quędam pars eſt facta,quędam futura,nam ſemper eius,quod fit aliquid factũ eſt,& totaliter eius quod mouetur,aliquid eſt motum,ut probatum eſt in philoſophia naturali,per continuũ eſſe diuiſibile in infinitum,& talis intẽperies eſt febris putrida,in qua humor putridus ſemper eſt diſcraſians corpus, & uniuerſaliter omnis mala cõplexio,ex uitio humoris,uel alia quacũq; cauſa, quæ actu cauſet.Intemperies uero futura,eſt illa, cuius efficiens corporale paratu; eſt,ut efficiat, ſed nondũ inchoauit,ſicut contingit in his,quæ habent cauſam antecedẽtem tantum ſuæ ęgritudinis,& maxime qui humoralẽ. Et hæc reddit corpus neutrum,ut nunc.

Cauſæ ſalubres intemperiei iam factæ continentur in ſola prima parte artis, quæ dicitur curatiua, cuius eſt ſolum ægritudini remedium adhibere.

Cauſæ ſalubres intemperiei fientis, quædam continentur in parte artis pręſeruatiuæ,à parte,ſcilicet eius, quod de ea futurũ eſt,quędam in parte artis curatiuæ, à parte,ſcilicet eius,quod de ea factum eſt.

Cauſæ ſalubres intemperiei futuræ,quædam continentur in parte artis,quæ dicitur præſeruatiua, cuius eſt ad ſolam cauſam intendere:quædam in parte artis, quæ dicitur conſeruatiua,hoc enim uult Galenus 3.artis medicinalis cap.allegato,cum dicit: Hæ quidem in præſeruatiua artis parte continentur,hæ uero in ſalubri. Aut enim eſt intentio in abſciſione aptitudinis ægrotandi, aut in conſeruatione præſentis diſpoſitionis, cui innititur aptitudo prædicta. Et intelligendum, quòd quia cauſæ conſeruantes, præſeruant corpus à conuerſione,& corruptione, cenſeri poſſunt de genere corrigentium,ſeu præſeruantium cauſarum. Sed dicit Gal.quòd quuis conſeruantes ſint de genere

corrigentium,ſiue præſeruantium, quia tamen paulatim correctiones faciunt anteq; læſio uniuerſum incidat,non dicuntur à medico præſeruantes à futuro malo,ſed præſentis ſtatus cõſeruatrices. Aegritudo ergo futura prohibetur fieri per ablationem cauſæ antecedentis,ſecũdum quam futura erat, ſed ægritudo facta, ſiue ſit illa,quæ eſt pars fientis,uel quæ abſolute facta dicitur, curatur per ablationem ipſius, & non cauſæ, Hæc enim cauſam efficientem non habet. Nam cauſa efficiens nõ eſt,niſi rei,quæ eſt in termino,ut generetur, & fiat, & non facti. Ideo Gal.8.de methodo medendi circa principium. Itaq; ſi iam præſens febris eſt,ſed cauſa,quæ eam excitauit,iam deſijt, huc tantum ſanãdum eius conſilium dirigetur,ut refrigeretur. Et 13.non longe à principio. His igit̃ omnibus æſtimatis quæ phlegmone adhuc in generatione ſunt eorũ cauſas prius abſcindes, quæ uero iam factæ ſunt has utique curabis ſolas. Et 11.circa principium, ita inquit, maxime quidem in ſoluendo morbo intelligitur curatio, ſed per abuſionem etiam mixtum genus, quod tum ex uera curatione, tum prouiſione, quam prophilacticæ pars artis præſtat, componitur. Ac diariarum quidem febrium, & hecticarum uera,ac propria curatio eſt. Earũ uero,quæ ex putreſcentibus excitantur humoribus,uocata curatio,prophilacticem quoq; ſibi adiunxit,cuius officium eſt,cauſam,quæ morbum creat,adimere. Sane nominatur hæc ipſa quoq; pars artis curatrix, q̃ utiq; ab ea,quæ,pure ſyncereq; prophilactice dicitur, in eo diſtincta eſt,ꝙ ſub hac iã ſenſibiliter ex ipſa cauſa morbus gignitur,in prophilactice eſt futurus. Et ſcias, ꝙ ſi aliquando repugnemus accidentibus, hoc nõ facimus inquantum ipſa ſunt accidentia. Nulla enim intentio curationis ſumitur ab accidentibus, inq̃tu; talia ſunt, ut dicit Gale.12.de methodo medendi cap.p̃, ſed inquã

tum contingit ipſa accidentia eſſe, aut cauſas augmentatiuas morborum, aut uirtutum deiectiuas. Dicamus ergo, q̄ omnes cauſæ efficientes ſanitatem, ſunt de genere contrarij eius, quod ſoluenduꝫ eſt, ſiue ſint, quæ ſimpliciter dicuntur curatiuæ, q̄les ſunt ægritudinis factę, ſiue q̄ dicuntur curatiuæ cum pſeruatione, quales ſunt aliarum duarum, fientis. ſ. & futuræ. Etiam huius generis ſunt cauſę ſalubres ægritudinum in natura compóónis. ſ. quòd omnes debent eſſe contrariæ ei, quod ſoluendum eſt, quod aūt ſoluendum eſt in ægrotantibus, eſt quicquid contra naturam eſt, ſcilicet morbus, cauſa & accidens. Et omnium horum abſciſio, ſi recte cõſideretur, eſt adhibitione contrarij. Ideo Gale. 9. de metho. cap. 15. Neqꝫ aliud eſt ipſa ſanatio, q̄ꝫ pſentis in corpore uitioſi affectus in naturalem habitū mutatio. Cum aūt contrarij hi affectus ſint, neceſſe eſt per ꝯtraria fiat eorum alterius in alterum tranſlatio, atqꝫ ita rurſus, una ſola erit curationum maxime generalis indicatio, nẽpe contrarietas. Idẽ & 3. artis medicinalis cap. 6. & quinto de ſanitate tuenda dixit ſæpe teſtati ſumus, incipienduꝫ ab illo medendi pcepto eſt, contraria eſſe contrariorū remedia. Vbi uero remediorum materiam compertam habueris, ac ſimul uires eius intellexeris, male affecto corpori, ſimul contraria, optime ſe habenti ſimilia uiribus eſſe adhibenda. Soluitur ergo febris, frigidis, cū ſit præter naturam calor, putredo autẽ cauſa eius refrigeratione, ⁊ expiratione, cum putridum ſit calidum, concluſionem, & euentationem non habẽs. Vnde 11. de metho. 13. ca. in inſtrumentali morbo, qui eſt obſtructio, contrariū eſt recluſio. Symptomati uero qđ eſt tranſpirabilium retentio, excretio ipſorum contrarium eſt. At uero in humorum putredine, & excretio, & refrigeratio, & uentilatio, & ſemiputridorū concoctio, ex aduerſo reſpondent, ipſius uero febris refrigeratio oppo-

ſitio eſt;prius tamē putridum ad primam ſui naturam reuocare debes,aut ipſum foras eiicere.Et eodem 11.ca. 8. inquit Gale.quod ſicut putrefactis, quæ non uiuunt, corporibus abſcindimus,quod eſt putrefactū & quod remanet ſuſpendimus in frigido aere,ut diſſoluatur, & refrigeretur,ita utiq; & putredinē quæ in uiuis eſt orta, ſanabimus, id ſcilicet,quod iam corruptum eſt omni ratione uacuantes,quod reliquum eſt nō putrefactum, paratum ſui mala qualitate putrefieri,moderatis motibus, & refrigerante per ſpiratum ad exactā ſymmetriā reducentes.Ideo 3.artis medicinalis cap.6.dicit: Si contigerit in humoribus putreſcentibus accendi febrem. Indicatio in huiuſmodi eſt euacuatio, atque alteratio, Alteratio quidem quæ putredinem ſedat, manente adhuc ſubſtantia,Euacuatio uero, quæ totam ex corpore ſubſtātiam educit.Ex quibus patet,ꝙ in febre putrida,ſcd̄m ꝙ eſt ipſa diſcraſia fiens, ſufficit alterare cauſam coniunctam tantum aut euacuare.Secundum autem,ꝙ ei coniungitur futura, & eſt compoſita ex diſcraſia fiente,& futura,quæ nondum fit, indiget digeſtione antecedentis.Et ideo euacuatio cauſæ antecedentis,quæ non eſt putrida ſed parata putreſcere, non eſt cauſa ſalubris diſcraſiæ fientis, ſicut nec eius digeſtio, ſed futuræ ſecum compoſitæ,per quam prohibetur reditus paroxiſmi,Et cauſa cauſę,ſicut humoris multitudo,ſpiſſitudo,uel uiſcoſitas contrariis ſuis remouetur, ſcilicet diminuēte,ſubtiliante,incidēte. Accidēs quoq; ut reumatiſmus, & uentris fluxus, conſtrictionibus abſcindūtur.Et multa alia quoq; accidentia, ſua habēt oppoſita contraria,quibus reprimuntur,ut dolor colicę,ſtupefacientia,& ſyncopis febris acutæ, potum uini puri,talia enim quodammodo accidētibus contrariantur,& ſi ſint morborum augmentatiua.Nec his contradicit,quod dicitur in libello experimentorum, ꝙ cor-

pora quæ curantur per diætam reducuntur melius ad temperantiam, q̃ quæ curantur per medicinam. Et q dicit Auic. quarta primi cap p̊, q non omnis repletio, neq; omnis malitia complexionis, ſuo medicatur contrario, ex euacuatiõe, & oppoſitione, immo multotiens ſufficit multa regiminis bonitas, quoniam hoc reg imẽ attinet temperamento, Hoc autem uirtutem confortat: Virtus autem confortata aliquando ex accidente conducit, ad effectus curationẽ, ut Gal. dixit 9. de methodo medendi in fine 13. cap. Non negatur autem, accidentalem curationem poſſe eſſe non per contrarium.

De tribus inſtrumentis Medici. Cap. 15.

SVNT autem curationis inſtrumenta tria, dixit Gal. in libello de partibus artis medicatiuæ ſumma 2. cap. 2. diæta, pharmacia, & chirurgia, Et omnis particula corporis ſaluari, uel iuuari nata eſt, ex diæta, uel pharmacia, uel chirurgia, & diſiũctiue locutus eſt, quoniã aliquando ſanitas cum ſolo uno inſtrumento inducitur, licet aliquando duo requirantur, & aliquando omnia tria ſint neceſſaria. Ideo. Auic. 4. primi. Res medicationis ex una triũ rerum completur, regimine, potione, & chirurgia. Eſt autem regimen ſeu diæta, debita ſex rerum non naturalium adminiſtratio, quod maxime in cura ægritudinis attendendum. Plus enim nocet error in cibo, & potu, & aliis ſex rebus non naturalibus, quàm ſit iuuamentum medicinarum, ut Serapio dixit 5. practicæ 2. cap. Et propterea ſi uis recte uictũ ordinare. debes hæc oĩa conſiderare (ut Hippo. p̃ma apho. & Gal. p̊ de ratione uĩ ctus acutorum 44 dixerunt) uirtutem, naturalem tẽperaturam, habitum corporis, ætatẽ conſuetudinem, uentriculi diſpõnem, tempus anni, regionem, ſtatum cœli, ſtatum morbi acceſſionem: nam habens uirtutem fortẽ

facilius tolerabit inediam,quã habens eam debilem,& exiſtẽs in regione calida minus,q̃ſ ſi eſſet in frigida. Itẽ & in tempore anni calido, q̃ſ ſi eſſet in hyeme.Et q habet uentriculum debilem.item & qui conſuetus eſt multum comedere.iteʒ quãdo morbus eſt in ſuo uigore uictu tenuiſſimo utendum prima aphoriſ.℣ acceſſionem oportet medicum ſcire qñ accidit.d. Hippo apho.12.ut ſciat quãdo debet cibum exhibere, & ſcire eius ſtatum, ut ſciat de q̃titate cibi exhibẽda:à uirtute enim & ſtatu ſummitur indicio de cibo ordinando in toto morbo. Et ab acceſſionibus de cibo exhibẽdo ſingulis diebus. Et dicit Hippo.prima apho.in acceſſionibus cibum dare nocuũ eſt.& in p̊ de ratione uictus acutorũ 46.dixit, ꝙ eſt ſummũ periculum.in 4.textu 4.dixit, dare cibũ in acceſſionibus:& cum pedes adhuc ſunt frigidi,eſt maximum peccatum,& eſt mortale,non tamen dixit,mortale ualde.Differũt acceſſio & periodus:nam quod Grę ci dicunt paroxiſmũ,Latini acceſſionem appellãt.& qδ Græci periodum,Latini circuitum dicũt. Periodus eſt totuʒ illud tempus qδ eſt à principio unius acceſſionis ſiue paroxiſmi uſqʒ ad principium alterius acceſſionis, cõphendendo.ſ.in hoc tempore principium,augmẽtum,& ſtatu: acceſſionis,& declinationem uſqʒ ad aliã nouam acceſſionem.Et iſte periodus ſiue circuitus diuiditur in duas partes ab ipſo Gal. in tractatu de uniuerſalibus morbi temporibus, in partem.ſ.meliorẽ,& partem deteriorem.pars deterior periodi dicitur acceſſio: pars 2o melior dr̃ declinatio.& ſic per acceſſionẽ intellige totum illud tempus comprehendens principiũ, augmẽtum,& ſtatum uſqʒ ad declinationem. An autem ita ſubtilis uictus in acutis morbis debeat ſeruari tempore noſtro ſicut tempore antiquorũ ſeruabatur. dicit Auer.7.colliget cap 11.ꝙ non poterat ſeruari uictus ille in regione ſua:quia homines ſue regionis erant debi-

liores,tum ꝓpter aeris caliditatem, tum quia non poterant carnes porcinas comedere,nec uinũ bibere, quę duo ſunt plurimi nutrimenti. & generaliter,dicit, cõſideranda eſt conſuetudo: qm̃ qui conſueti ſunt comedere ter in die,non poſſunt talem uictum ſuſtinere,& maxime complexiones calidas & reſolubiles habentes. Sed uideamus nũquid nos in iſta noſtra regione poſſimus iſtum tenuem uictum ſeruare,quem antiqui ſeruabant.Pro quo conſiderandum ſi illa octo quæ indicãt de maiori,uel minori ieiunij tolerantia poſita à Gale. primo de ratione uictus acutorũ æqualiter ſe habẽt in regione noſtra ſicuti in regione Hippoc.vȝ uirtus uitalis,habitus corporis,uirtus uentriculi, tempus anni,regio ætas,cõſuetudo,& obſeruatio eius:nam ſi inueniemus in regione noſtra hæc oĩa æq̃liter ſe habere,ſicuti in regione Hippo. cõcludemus ꝙ æque bene poſſumus & debemus ſeruare uictuȝ illum tenuẽ,ſicut ſeruabatur in ſua regione Hippo.Quo ergo ad regionẽ, regio noſtra eſt frigidior, q̃ȝ illa Hippocratis. Et ideo minus reſoluens:ſimiliter ⁊ de tempore anni,imo hyems eſt frigidior in noſtra regione.Poſſunt etiã in noſtra regione eſſe homines fortis habitus,ſicuti in illa Hippoc.Similiter ætas ita fortis,& ſtomachus,& uirtus uitalis in regione noſtra,ſicuti in illa.reſtat ſolum de conſuetudine:& dixi quòd Auer. dicebat ꝙ non poterat ſeruari dięta illa in regione ſua ſicuti in illa Hippo.quia homines tempore Auer.non poterãt carnes porcinas comedere nec uinũ bibere:& ita erant magis debiles habitus hominum,q̃ȝ tempore Hippo.Nos uero hoc non habemus:quia lex noſtra non prohibet uinum bibere, neqȝ porcinas carnes comedere:tamẽ quia conſuetudo nũc cibandi ualde mutata eſt ab eo qđ erat tẽpore Hippoc. quia plus comedimus nunc,q̃ȝ faciebant tpe Hip. non poſſumus uictuȝ illũ tenuẽ ſeruare quẽ ſeruauit Hippo.

Si tamen eſſet aliquis qui ita ordinate uiueret, ſicuti fa ciebãt tpe Hippo. poſſemus in illo uti iſto tenui uictu: quia tñ ut in pluribus homines magis comedunt nunc q̃ tempore Hippoc. faciebant, & condonandũ eſt aliqd conſuetudini, ut habet Hippoc. in 17. apho. primę parti culæ. Ideo nos non debemus illum tenuẽ uictum oĩno ſeruare, ſed craſſiorem. quia ergo Hippo. in morbo qui terminari debet in 4. non dat aliqd, nos dabimus aquã zuchari uel mellis. Et quia morbo qui terminari debet in 7. dat aquam mellis, nos condonãtes aliquid cõſuetudini, dabimus ſuccum ptiſanæ, ſeu panem in aqua decoctum. Si uero pertranſiret diem 7. dabãt ſuccum ptiſanæ, ſed nos dabimus integraʒ ptiſanã. Et notat Auer. loco citato, ꝙ qui habent cõplexiones calidas ⁊ ſiccas, pauci ex eis famem poſſunt ſuſtinere. & p̃ſertim in ægri tudinibus ſibi conſimilibus, & in temporibus calidis, qm̃ quando talibus pati famẽ fecerimus, febres eorum ad incenſiuas declinare faciemus, q̃uis debiles in radice exiſtant, uel ad hecticam: quia in complexionibus cõ ſimilibus multiplicantur qualitates malæ ſui natura, ⁊ magis quando eis facimus famẽ ſuſtinere multiplicant̃ & aduruntur humores. & de tempore cibãdi eos, dicit, hora eſt in declinatione paroxiſmi primi, & ante principium ſcdi, ut natura habeat ſpatiuʒ humorem in tpe paroxiſmi digerendi, & melius exiſtit confortare uirtu tem, ne ei accidat ſymptoma aliquod periculoſum cui neceſſarium ſit cibum propinare, ut in ſyncopi ex reſo lutione: ſed ſi timuerimus aliqđ ex eis, cibabimus eos in principio paroxiſmorum, qm̃ inde eos à ſyncopi taliter liberabimus, quemadmodũ recitat Gale. de puero qui p̃cepto Medicoruʒ ſuſtinuerat famẽ tribus diebus. Et aliquãdo, dicit, conamur cibare ipſos in medio paroxiſmorum. Ita ſcribit Gal. de quodam iuuene bilioſę complexionis ſuperflue calefacto, quem cibauit in paro

xiſmi principio 10.methodi cap.3.iuuenis qui febri eſt correptus annos natus erat 5.& 20. gracili corpore & muſculoſo,ueluti canis: tum ſicco calidoq; omnino tēperamento.iam idem exercitatione delectabatur,& alio qui cogitabundus & induſtrius erat. is peregre agens, cum nuncium parum gratum accepiſſet,& triſtatus eſt, & propere ſe accingens ad urbem feſtinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice,& lotus cœnatusq; in quodam diuerſorio quieuit: ſed maxima ex parte ſine ſomno.poſtea die etiam magis feſtinauit:ac lōga uia,& ſabuloſa, & ſquallente,tum ſub feruente ſole confecta, hora prope 7.& ſemiſſe peruenit in urbem, ibi cum ea quorū cauſa maturaſſet,meliora audiret:in gymnaſiuȝ lauaturus ꝓficiſcitur:deinde unctus,unā cum quodam eorum qui aderant iuuene ꝑfrictus eſt A quo cū ut paululum dimoueret,prouocaretur,orta inter eos contentione (qualia ſæpe incidūt his qui exercitationibus indulgent)plus iuſto eſt exercitatus: eratq; iaȝ immodice ſiccus.Egreſſus uero gymnaſiū inuenit amicorū quoſdam pugnantes:quos dum dirimit,impudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorū diuellit,alios impellit,alios cōplectitur medios, alios ut iniurios increpat.ac ꝓ his qui iniurijs affecti eſſent iraſcitur:adeo ut demum ſe in ſumma ſiccitate reciperet, laxitudineȝ,inæqualitatēq; ſentiens.Aquā igitur ex cōſuetudine bibens ubi nihilo eleuatum,ſed inæqualitatē ſibi intendi ſentit,hanc quidem uomuit.Ratus autē utilius adhuc cibo abſtinere accubuit,ac qeti ſe dedit hora fermè diei 11.uigilans auteȝ ac febricitans per totam eam noctem,poſtridie quoqȝ quieuit uſqȝ ad meridiē, ſperans ſe ſomni aliquid conſecuturū: quo tempore cū eum quiddam diatriton colentes inuiſerent:tum quidē homini ſatis magnam eſſe febrem aiebant,ueſpere autē ſe illum reuiſuros.itaqȝ & ueſperi cum rediret,ac febrē

inclinatam

inclinatam cernerent: ne tum quidem nutriendum cen ſuerunt: quãuis etiam id alius q̃dam medicus ſuaderet. Immo ſtrenue reſtiterunt, adijcientes, ſi quidem ſine febre eſſet, fortaſſe cibum daturos: febricitante adhuc minime id facturos. Quinetiam cum 3. die mane redirẽt, etiam 3. diei acceſſionem trãſmittendã cenſuerunt, erat autem, ut prius dictum eſt, ſuſpecta hora illius diei 11. ergo digreſſis illis ipſe acceſſi, ac faciem iuuenis contẽplatus, uidi talem ec qualẽ in ꝓgnoſticis Hip. his uerbis pingit: naſus acutus, concaui oculi. ac reliqua quæ deinceps ab eo dicta ſcimus. Itaq; cũ omnino mihi perſuaderem fore, ut tum in hecticã febre;, tum quã μαρασμῶδην uocant, homo niſi cibaretur, incideret; ſorbitione; ex alica quãprimum paro, & exhibeo. Et tamen quãuis hac ſumpta cum acceſſio ſuo tempore circa undecima; inuaderet, ſic extremis partibus perfrixit ut calefieri hę uix poſſent: & pulſus illi paruus raruſq; q̃ maxime fuit. Qua ex cauſa illi etiã quarto die tum mane tum ueſperi cibum dedi: quo. ſ. & uires repararẽ. & corpus humectarem. erat nãq; cutis ceu coriũ arida. ubi aũt ſi febris tenuis, & ſimilis perſeuerauit: ſtatui dãdo ſyrupo non ſimplici ſorbitione hoĩe; cibare ut ante, ſed alica ex aq̃ calida, circaq; condituram, iniectis in hãc mali punici granis. eſt nãq; is optimus cibus bilioſo ſtomacho: na; & roborat hunc malum punicũ, & alica cum diutiſſime in uentre citra corruptionẽ maneat ſenſim concoqtur, nec aſcendẽs, nec innatans. quæ uitia accedere ſorbitionibus aliq̃ñ ſolẽt. Incidit uero & in ipſo ſyrupo principium acceſſionis ſimile. itemq; cum & 6. & 7. eum ſimili ratione cibarem: in 9. rurſus ſimile principium p̃cedentibus fuit. Vbi nimirum uel amentiam, uel pertinacia;, uel haud ſcio quid dicam, eorũ qui in principio hominem tranſmittere 3. diei acceſſione; ſine cibo iuſſerant, prorſus intelligere licebat. Nam cum cunctis euidẽter

appareret nunq̃ peruenturum eum ad quartum fuiſſe, ſi nutritus ante acceſſionem tertij non fuiſſet: illi & tu; eum, & ſequutis etiã diebus non recte nutritum aiebãt. cæterum cõmitendum non erat, ut eo non redarguẽdi ſtudio, ægru; quis non exhibito in ipſo acceſſionis die cibo proderet. Igitur quo die hominem ſimiliter nutriens, cernensq; in acceſſione pulſum eius redditum q̃ prius erat firmiorem, cæterũ imbecillitatem illam adhuc pręferentẽ cum extremarum partium frigore: non potui ſuſtinere medicorũ illorũ meras nugas: ſed undecimo die præfatus prius ęgrotantis amicis fore ut ipſo die intelligerent homine; hactenus noſtra opera fuiſſe ſeruatum, permiſimus illi p̃terire acceſſionis horas. Ergo cum & ſine pulſu omnino in ipſis eſſet, & frigus eu; uehemens totius corporis p̃meret ſic ut nec loq̃retur amplius, & uis impellentem ſentiret: conuocati in unũ Medici omnes qui ab initio uideramus, ab ægrotantis propinquis proprie modum ſumus diſcerpti. ergo quidem quaſi ob pertinaciam ꝑdere ægri ſalutẽ uoluiſſe;: qui diatriton colebant, propter ignorantiam & ſtupiditatẽ ac illi q̃dem pallidiores fridioresq; q̃ ipſe æger, conſilium quoddam fugę captabant: quod ego ꝓſpiciens aulæ hoſtium obſerari iuſſerã, & ſimul amico cuidam claue; ſeruare. Poſt medius eorum ſtans, iam inq̃ uobis conſtare plane arbitror, quis hactenus hominẽ, ſeruarit. ſeruabitur aũt & nunc noſtra opera. Neq; eni; ſi peritur omnino in hac acceſſione putaſſe;, ã cibatione deſtitiſſem. ſed q̃m ex præcedenti iam uictu tantũ illi roboris ſupereẽ nouera;, ut tolerare acceſſionẽ poſſet, permiſi acceſſionis horas ſine cibo tranſmittere. Ac ſatius quidem fuiſſet multo ante hominem nutrire. uerum quo & iſtos redarguam, ⁊ quibuſdam his auſcultãtium, qui confici ã nobis iuuenem ꝙ illa; occaſionem omiſerim dicunt, ꝑſuadeam, nunc illis oſtenda; uel in

acceſſione ipſa ęgrotantes quoſdã nutriri debere:nedũ ante hãc.His dictis ac diductis hominis maxillis,infun do ex anguſtioris uaſculo,cremoris ptiſanæ treis cyathos:paulo ante poſt albi & tenuis uini,modiceq́; cali da diluti duos cyathos.Poſt quos & ſuſtulit oculos,& tum audire, tum loqui, tum pſentes noſſe cœpit: cum ante ueluti lignuꝫ aridum porrectus ſine uoce ac ſenſu iaceret.Rurſus itaqꝫ dato ex uino (quo dixi modo diluto)pane ad comedendum exiguo,prorſus hominem reuocaui. Quem ut rurſum ad inſtitutam ab initio ui ctus rõne reduxi,& 13.diei acceſſionẽ facile tolerare ui di:in 14.rurſus manẽ cibaui:ac poſt circiter horã octauam laui:dando rurſus liberalius cibaui:ac mox uinuꝫ bibendum exhibui.Idem uero & in 12 & 13.fecerã.in 15. autẽ rurſum mane cibaui.cum uero facilius tum quoqꝫ acceſſionẽ ferret,in 16.denuo laui.cæteraq́; circa hoieꝫ peregi ſicut in pręcedentibus diebus.at ubi in 17.minime grauis paruaq́; acceſſio fuit,audacter hominem de cætero ſubconualeſcentiuꝫ uictus rõne habui. Hic ęger non paucos ſemimalorum ac non penitus aſinorũ docuit etiam ante acceſſiones ipſas nõnũq́; eſſe cibanduꝫ, uel ſi duarum horarum intercedat ſpatiũ: ac multo ma gis ante acceſſionem tertii.Oſtendi aũt tibi & in prima ipſa acceſſionis inuaſione eiuſmodi homines eſſe nutri endos.Dico autẽ eiuſmodi homines, in quibus corporis intemperies ad ſiccum & calidũ conuerſa febres accendit.De alio habes exemplum à Gal.in 4.cap.eiuſdẽ. libri ibi:Quorũ cum uni forte fortuna occurriſſem,ꝗ mox ante horreſcere cœpiſſet & cętera, & de alijs quos ipſe cibauit in horroris pricipio,& paulo poſterius. Et ꝑpea Auic.j. 4.tractatu 2.cap.8.de cibatione febricitan tium in generali,ait,ꝙ quædam ſunt corpora cholerica,quæ requirunt regimen diuerſum à prædicto,& pci pue illa quę cõſueuerunt plurimum comedere:ipſi eniꝫ

cum non cibantur etiam in principio febris, immo in hora nequiore.ſ.hora ſtatus non uacuę ſunt diſpoſitiones eorum ab una duaruȝ rerum: quoniã cum ipſi ſunt debiliuȝ uirtutũ ſuperuenit eis ſyncopis & moriunť in paroxiſmo: & ſi ſunt fortiũ uirtutũ cadũt in extenuatiõe,⁊ apparẽt ſup eos ſigna ariditatis,⁊ ex minoratione naſi & profundatione oculorum, & ꝙ tẽpora ſunt depreſſa,& fortaſſe ſupuenit eis ſyncopis ante illud,ob illud quod effunditur ad ſtomachos eoruȝ de cholera mordicatiua. Aliqui dicunt ꝙ debet cibus dari ante paroxiſmuȝ per horas tres authoritate Gal.8.Metho.cap.4 qui utitur balneo per tantum tẽporis ante: ſed aliud eſt de balneo,& de cibo aliud Auic.cap.de cibatione febricitantium in uniuerſali dicit ꝙ tantũ temporis ante paroxiſmũ debemus cibare, ut tẽpore paroxiſmi cibus ſit perfecte digeſtus:& huius dicti rõneȝ aſſignat dicẽs, ꝙ ſi illa hora febricitantes fuerint cibati, aut cibum in uentriculo habuerint.tunc natura occupabitur in digerendo eum, & dimittet digerere, reſoluere & expellere ægritudinis materiam,& confirmabitur,& ꝓlongabiť ægritudo. Et dixit prima 4.cap.de cura phlegmat. Hora cibi eſt poſt teporem paroxiſmi & eradicationem eius, & ante paroxiſmum ad minus per horas quatuor.& dixit Raſis 10. Almanſoris cap.eodem.hora comeſtionis ab hora exceſſionis q̃ȝto plus poſſibile fuerit,eſt elõganda. Sed ſi medicus cogatur cibum dare in acceſſiõibus ob uirtutis debilitatem,uel aliud, quãdo magis dãdum eſt an in principio an in augumento an in ſtatu? Huic reſpondet Gale.11.Methodi circa finẽ dicens duo oportet reſpicere,ſummum præcedentis acceſſionis uigore, & principium futuræ, & ad hæc duo ſpectantes, operã dabimus ut q̃ȝ longiſſime ab utroqȝ nutriamus: Nam ſi ſpatium inter ſummum prioris acceſionis rigorem & ſequentis principium ſatis ſit amplum, facile eſt

idoneum tempus ad nutriendum inuenire:ſed ſi id exiguum fuerit,adeo ut cogamur cibum dare prope uigorem præcedentis paroxiſmi & prope futuri principium tunc,dicit Galenus, diſtinguendum id diſcernẽdumq; ab eo quod magis ſit nociturum,tum ex loco afflicto unà cum affectu,tum acceſſionis & principii, & ſummi etiam uigoris conſuetudine. Si quidẽ in iecore uel uentriculo phlegmone aliqua ſit, tũc perniciosiſſimum eſt ante acceſſionem cibare:quia ſolent his qui ita ſe habẽt iocinore qdem afflicto alui deiectiones una cuꝫ acceſſionibus inuadere:ore autem uentriculi uexato ſyncope. Vbi uero ſit febris ſine phlegmone utiliſſimũ eſt his quibus infirma eſt uirtus cibare.ſecundo inquit ſummi uigoris ⁊ principij acceſſionis morem oportet cõſiderare,in ſummo uigore. An ſiccus ſit ualde ſine caloris febrilis magnitudine,an ſit citra ſiccitateꝫ urens.Si primum uictu humectante in ſtatu madefacere oportet:ſi ſecũdum dum plurimũ caloris ſe remittat expectare.de principio uero diſtingues hoc modo:an corporis multa ſit extremitatum refrigeratio & magna ſanguinis ad interiora reuocatio, aut non. ſi ſecundum, tunc potes ante acceſſionem cibare. ſi primum, diſtinguas aut uiſceris phlegmon ad eſt, aut humorũ redundãtia, aut nullum horum,ſi primum,cauenda eſt ante acceſſioneꝫ cibatio.ſi ſcđm,nihil offendes paulo ante cibans. & ſic ſm hanc Galeni deciſionem non eſt uerum ꝙ deterior hora cibandi ſemper ſit acceſſionis principiũ & poſtea ſtatus,ut multi tenent:⁊ decipiũtur ex authoritate Gal. falſa primo de rõne uictus acutorum cõmẽ.penult.Nã ubi litera antiqua dicit de ſtatu nullam faciens mentionem de augmento,nona & uera litera dicit de augumẽto & non de ſtatu.Et ideo dicit Gal.ꝙ aliquãdo dare cibum in principio eſt utiliſſimum.& ꝙ aliqñ non lędit. & ita conſtat,ꝙ non ſemꝑ deterior hora eſt principiũ:

ſed interdum principium,& interdum ſtatus: ſed dices quare hic nihil dicit Gale. de augumento, dici poteſt ꝙ forte hoc eſt,quia augumenti duæ ſunt partes,una quæ ſe tenet ex pte principij,quā Gale. inæqualitatē appellat. ſecunda quæ ſe tenet ex parte ſtatus. Et ideo quod dixit de principio: debet intelligi etiā de prima parte augmē ti. ſimiliter qȯ dixit de ſtatu, debet intelligi de ſecunda parte augmenti: uel dic ꝙ non dixit de augumento aliquid: quia non poteſt dari cibus in augumento,præſertim in ſcd̄a parte. & ſi arguāt,ex cibo ſumpto in principio maior fit caloris retractio & ſuffocatio,ergo ſemꝑ deterius eſt in principio,q̄ꝫ in augumēto uľ ſtatu ęgrotantē cibare. Dicendum,ꝙ h̄ accidit ſi in principio magna ſit caloris ad interiora retractio,& materiæ redundantia,aliter non. ſed dices qua hora debemus cibare,ſi acceſſiones inordinatę fiant? dico immediate incipiente declinatiōe primæ acceſſionis: & ſi in die duæ fierēt acceſſiones,& uelles tantū ſemel in die cibare,uidendū ſi paroxiſmi ſunt ęq̄les uel inęq̄les. ſi æq̄les: tunc eligenda eſt hora conſueta,ſi inęquales,tunc hora eſt poſt lōgiorem incipiente declinatione. Et ſi una acceſſio ſit ualidior,& alia prolixior: tunc debes conſiderare,quæ ſit deterior: quia poſt illam quæ magis nocet dandum. Et in hoc conſiſtit tota regula cibandi in paroxiſmis: ut plurimum tamen peſſima hora uidetur eſſe principiuꝫ: quia ut plurimum hac hora partes pectoris ⁊ ſtomachi magis lęduntur,ut Gal. ꝑ acutorū cōmen. penult. dixit. In febribus uero continuis uniformibus dicit Gale. 11. Methodi cap. 5. ꝙ dari debet cibus, uel hora quietis,ut in declinatione,uel hora ꝯſueta, uel hora diei frigidiori. ſed dices,ſi febris ſit homothena quomȯ habebimus horam quietis? Dicēdum ꝙ ſi ſit æqualitas quoad febrē eſt tamen inæqualitas quoad accidentia: ſed ſi uniformitas eſſet,& quoad febrem, ⁊ quoad accidentia: tunc

debes eligere horam conſuetam & horã diei frigidiorem.& ſi iſtæ duæ horæ ſimul haberi non poſſint.tunc præeligenda erit hora conſueta. Nota etiam regulas quatuor quas ponit Gal.prima aphor.cómen.17. qbus ſemel autem bis & cætera:ut ſcias à quibus ſumenda ſit indicatio in particulari uſu cibãdi. Prima eſt, ſi uirtus laborantis debilis fuerit, et humores deficiant, uel ſint corrupti nõ apti nutrire,debemus parũ & ſæpe cibare: parum qdem,quia uirium imbecillitas non poteſt multum concoquere:ſæpius aũt,quia multis indiget diſpoſitio.ꝛ dicit Gal.9.Methodi cap.10.ꝙ cum uirtus eſt debilis cum corruptione humorum indicationes ſunt cõtrariæ,& cura eſt difficilis indigens medico diligenti & erudito:nã ſi uolumus humores corruptos euacuare:uirtus non tolerat. & ſi non euacuẽtur,morbus augetur.Et ideo dicit Gal.ubi indicationes ita ſibi aduerſantur,oportet paulatim quod uitioſum eſt euacuare, & paulatim inuicem quod ſalubre eſt pro eo reponere: quia uirtus debilis non tolerat' multam euacuationẽ: neq; corruptio humorum tolerat multã repletionem: quia corpora non pura quãtoplus nutries tãto plus lędes ſcd̃a aphor.Scd̃a regula ſi uirtus ſit debilis,ꝛ humores non deficiãt,neq; ſint corrupti: tunc parum dandũ & raro:parum quidem,quia uirtus eſt imbecillis: raro uero,quia humores nõ deficiunt & ſunt naturales.Tertia regula qñ uirtus ualida fuerit cum defectu uel corruptione humorum,multum & ſæpe dandum:multum quidem,quia uirtus fortis poteſt multum concoquere: ſæpe uero,quia indigentia eſt magna. ſed contra dices. non pura corpa quãto plus nutries tanto magis lędes, dicendum intelligit Hippoc. ꝙ plus lædes, niſi procedas etiam euacuando humores corruptos.Quarta regula quãdo uirtus eſt fortis & humores ſunt boni,multi uel quãtitate moderata:tunc parum ꝛ raro dandum,

& multo magis,dicit Galenus, q̃ quádo uirtus eſt debilis,ut in ſcđa regula dicebatur. & ratio eſt: quia licet in ſanis indicatione ſumpta à uirtute forti debeamus plurimum cibi exhibere:in ægris tamẽ indicatio à uirtute forti ſumitur de non exhibẽdo cibo,quia ipſa quãtum fieri poteſt nõ eſt diuertẽda à pugna cum morbo, quia non indigemus in ægris additionẽ ſicuti in ſanis. Et ita hæ quatuor regulæ ſumptæ à uirtute ⁊ à morbo de quãtitate cibi exhibẽda in particularibus cibationibus ſunt memoria tenendæ.Nolo hic ꝑtermittere quęſtionem ſatis difficilem,an quẽadmodum ſe habent ętates in facilitate ⁊ difficultale tolerantiæ ieiunij:ita etiã proportionabiliter dicẽdum ſit de cõplexionibus ipſis ætatibus correſpondentibus:ut puta pueri ſunt calidi & humidi,& iuuenes calidi ⁊ ſicci,ita etiam complexio ſanguinea eſt calida ⁊ humida,cõplexio uero cholerica ẽ calida ⁊ ſicca.⁊ dixit Hip.j.apho.13.ꝙ pueri difficilius tolerant ieiunium q̃ iuuenes.eſt modo dubitatio,num quid cõplexio ſanguinea quę correſpondet pueris, ita difficilius toleret ieiunium q̃ cholerica, quæ correſpõdet iuuẽtuti.& uideturq; ſic:quia complexio naturalis ætatiua cum incidunt.& ꝙ non arguitur aut breuitate Galeni 8.Metho.cap.7.ubi dicit.ꝙ qui temperaturã habent calidam & humidam magis ferunt fame; ⁊ ſitim, q̃ habentes calidam & ſiccam:tamen oppoſitum dixit in ætatibus prima aphor.alia eſt authoritas in 2.de temperamentis cap.4.ubi dicit ꝙ complexio melancholica quæ frigida eſt & ſicca difficilius tolerat famẽ:quia eius uenæ ſunt ſtrictæ & ſanguis paucus. & cuius uenæ ſunt latæ & ſanguis eſt multus ei ineſt,& ſint nocumento ieiunare,& tales ſunt ſanguinei.idem uoluit & Conciliator differẽtia 117.item actio caloris attenditur penes ꝓportionem caloris ſupra frigidũ & non ſupra humidum uel ſiccum,qm̃ calor ſtat cum humido ⁊ ſicco:

ergo humidum & ſiccum non reſiſtunt calori, ſed ſolũ frigidum.ergo ſtante æquali caliditate & frigiditate in temperatura calida & ſicca,& in calida & humida, ſtat æqualis actio:quia eadem eſt proportio agentis ſupra paſſum Ergo æqualis fit reſol'o in ambabus iſtis cóplexiõibus:ergo ęqualis tolerãtia ieiunii. Thadęus ⁊ Thomas de Garbo dicunt quòd non eſt dicendũ de temperaturis ſicuti de ætatibus,nec ſibiinuicẽ correſpondẽt in facilitate & difficultate ieiunii: quoniam ætates pueritiæ,quæ eſt calida & humida difficilius fert ieiuniũ, ꝙ ætas iuuentutis quæ eſt calida & ſicca: temperatura uero calida & humida facilius tolerat, ꝙ quę calida & ſicca.& ratio eſt,dicunt,quia omnis naturalis diſcraſia læditur à ſimilibus,& iuuatur à moderato uſu contrariorum ſcđo artis medicinalis. Ideo in cóplexionibus complexio quæ eſt calida & humida, ex quo ex ieiunio exiccatur & reducitur uerſus naturale temperamentũ iuuatur,& ob hoc magis tolerat ieiuniũ: temperatura uero calida ⁊ ſicca ſi ieiunet,nimium exiccatur,ob quã rem non poteſt dici ieiuniũ tolerare.In ætatibus uero non eſt ita: quia datur puer temperatus, qui tñ eſt calidus ⁊ humidus,ſimiliter datur iuuenis tẽperatus. Ergo quotienſcũqꝫ puer ille temperatus ieiunet,exiccatur & remouetur à ſuo tẽperamento & lædit̃,& ob hoc difficile ferunt ieiuniũ pueri ipſi.& ita non eſt par ratio in temperamentis & ætatibus:ſed iſti decipiunt̃.Nam cóplexio naturalis & ætatiua nó ſunt duæ complexiones in eodem ſubiecto,ut ponunt,ſed una tm̃.Et ideo dicã, ꝙ ſicuti habentes temperaturam calidam & humidam iuuantur ex ieiunio illos exiccante, ita ⁊ pueri cum ſint nimis humidi.ergo ita debent pueri ipſi facilius tolerare ieiunium iuuenibus ipſis ſicuti ſanguinei facilius tolerabant ꝙ ipſi binoſi:quia nulla eſt ratio diuerſitatis. ⁊ tamen Hippo.dicit de pueris ꝙ difficile ferũt ieiuniũ.

& ideo idē dicendum eſt de tēperatura, quod de ætate. Et propterea dicit Gal. p̄ de ratione uictus acutorū 44. cōmen. ꝙ qui habent corpus denſum & ſpiſſum facilius tolerāt hn̄tibus rarius, & mollius: ſed ſi cōpares corpus ſanguineum ad cholericum eſt mollius & facilius reſolutionis, ſicuti & puer ad iuuenem cōparatus. ergo calida & humida complexio ita difficilius tolerat ieiuniū calida & ſicca, ſicuti puer ipſo iuuene. & ad authoritates Gal. Dico ꝙ Gal. 8. Metho. cap. 7. loquitur aduerſus Medicos qui omnibus infirmis tridianam inediaꝫ iniūgebant, & dicit ꝙ ſi ſit aliquis cholericæ complexionis & in æſtate ſe plurimuꝫ exercuerit & ſub ſole, & ieiunet per tres dies: quia iam erat affectus febre ephemera ex illo ieiunio in hecticam uertetur. Si autē ſit ſanguineus, ſimiliter affectus febre ehpemera & ieiunet p tres dies, non ita lædetur. Aliud ergo eſt q̄rere poſt factam ephemeram quis illorum magis lædetur & deteriorē incurret febreꝫ ex ieiunio triduano: & aliud abſolute, quis illorum ex ieiunio magis læditur. & dicit Gale. magis lędetur cholericus: quia ſi cholericus affectus ephemera ieiunet tribus diebus, ex quo ſpiritus in ipſo ſunt ſicci, & augetur exiccatio, ex ieiunio cadet in febrem hecticā uel ardentē ad quā eſt paratus: ſanguineus uero minus læditur: quia ratione ſuæ humiditatis non eſt aptus cadere in hecticam neqꝫ in febrem ardentem. Et ideo ex illo ieiunio triduano minus lædet ſanguineus q̄ cholericus. etiam ſi q̄ras, Si corpus cholericū & ſanguineū laborent eadem febre putrida, & ſit in eis paritas in oībus præterq̄ in cōplexione uerbi gratia, ſi utraqꝫ corpora ſint affecta morbo acuto qui terminari debeat in ſeptima: utrum magis lędetur ex inedia ſanguineum. ſ. an cholericum? Dicitur ꝙ magis lædetur ſanguineus: quia cholericus minus reſoluitur. Et ideo in ſanguineo nō utar ita ſubtiliſſima diæta ſicuti in cholerico. & ita

difficultas & facilitas tolerãtiæ ieiunii de qua loquit̃, non fit niſi ex maiori uel minori corporis reſolutione. Et ita nulla eſt repugnãtia in dictis Gal. quia 8. Methodi nihil plus dicit, niſi ꝙ ex ieiunio trium dierũ incurret deteriorem febrem poſt ephemeram cholericus q̃ ſanguineus. Cum hoc tamen ſtat, quòd ſtante paritate morbi in utriſq; minus lędet̃ cholericus quàm ſanguineus. Et ad id quod dicebant, ꝙ complexio calida & humida ex exiccatione reducitur ad melius & temperamentum: Dico ꝙ reductio diſcraſiati ad temperiẽ nõ debet fieri ſubito, ſed paulatine: qa ois ſubita nocua eſt. Dicendum tamen ꝙ contingit aliquãdo corpus bilioſum ex aliquo accidenti difficilius ferre ieiuniũ ſanguineo, ut quãdo in eo ꝑpter ieiunium cholera mouetur ad os uentriculi & facit ſyncopim. Et quẽadmodum dixit Gal. 2. de ratione uictus acutorũ cõmẽ. 29. de Paulo Rhethori tẽperaturæ pituitoſæ, in quo ſingulis diebus flaua bilis ad uentriculum aſcendebat. pro alia authoritate Gal. 2. de temperamentis cap. 4. quã accepit Conciliator differentia 17. Scias ꝙ intentio Gale. in cap. illo eſt uelle declarare quomodo cognoſcetur, quãdo pinguedo eſt naturalis, & quando acquiſita. & dicit ꝙ hoc ex ſignis docet nos magiſter omnium rerum admirabilis Hippoc. ubi dicit ꝙ cuius uenæ ſunt latæ natura eſt calidus, & cuius ſunt ſtrictæ natura eſt frigidus: & hoc ideo qa caliditatis ꝓprius eſt dilatare, & frigiditatis cõſtringere. Et ob hoc ſm plurimum conſtrictio uenarũ reperitur cum pinguedine, & macies cum latitudine uenarum. Si ergo uideas hominẽ pingue cum uenis ſtrictis, dicas illam eſſe pinguedinem naturalẽ. Si uero cũ latitudine uenarum, dicas illam eſſe aduẽtitiam. ſimiliter ſi uideas aliquem macilentum & habeat uenas latas illa eſt macredo naturalis. & ſi ſit cum uenis ſtrictis, nõ eſt neceſſe, ut illa ſit naturalis. Nam inquit Gal. multo-

ties uidi eorum qui n m ſua erant macilenti impinguatos: & eorũ qui natura erant pingues macilẽtos factos. Primi quiete & regimine craſſo ad humiditatem, & Secundi multitudine laboris & ſolicitudine, & regimine tenui ad ſiccitatem. ſubiũgit dando, ꝙ in horis ieiunii oportet hoc iudicare, & ſm æqualitatem ex latitudine uenarum & conſtrictione ipſarũ & nõ ex forma totius corporis: & addit uerba in quibus eſt difficultas dicẽs. Quod ideo illi q habent uenas ſtrictas difficile ferunt ieiunium: quia habent parum ſanguinis in illis, contra uero illi qui habẽt uenas latiores facilius tolerant quia plus habent de ſanguine. Mõ dicit Conciliator. ex hoc ſequitur ꝙ melancholici difficilius tolerant ieiunium, q̃ ſanguinei uel cholerici, cuius tamẽ oppoſitum eſt cõceſſum. ſed non fuit iſte intellectus Gal. Nam ut dixi, intentio Galeni eſt docere nos cognoſcere qñ pinguedo eſt à natura, & quãdo ſuperacqſita, ex latitudine ex ſtrictura uenarum, & ne latitudo ⁊ ſtrictura uenarum nos decipiat. qm̃ aliquando uenæ ſunt ſtrictæ, & cum ſunt plenæ, uidentur latæ. aliquãdo uero contra, ſunt latæ, & quia ſunt uacuæ uidẽtur ſtrictę, ut in corpore uacuo & fame affecto. Ideo ut hoc diſtinguamus dicit Gal. ille qui habet uenas latas naturaliter & apparent ſtrictę nõ facile tolerabit ieiunium: ſed ille qui habet naturaliter uenas ſtrictas & apparent latæ, eo qa ſunt ſanguine plene facilius tolerabit ieiunium. Et ita non uult Gale. ꝙ melancholici difficilius ferant ieiunium: ſed illi in quibus uenæ apparent ſtrictæ ex incidẽti: & ſic locum iſtũ Lynacrus non fideliter uerſit. Ad aliud argumentũ. cũ dicis, ꝙ actio caloris attenditur ꝑenes proportionẽ caloris ſupra frigidum, non ſupra humidum: Dico ꝙ ſtante ęquali ꝓportione caloris ſupra frigiditatem, ſemper fit æqualis calefactio. Non tamen ſeqtur ergo & æqualis reſolutio: nam ſi duo ſint corpora, unum durum &

aliud molle,& ignis æqualiter agat in ambobus: bene illa æqualiter calefaciet:non tamen ęqualiter reſoluet: ſed magis reſoluetur molle.eodē modo quia in iuuene & puero idē & ęqualis eſt calor.ideo in ambobus ęq̃lis fit calefactio:non tñ æqualis reſolutio:ſed in puero maior,cum mollioris ſit ſubſtantiæ.Et ideo non oportet ſolūmodo conſiderare ꝓportionem agentis ſupra reſiſtentiam:ſed mollitiem & duritiem ſubiecti.

De cognitione dierum criticorum Cap.16.

ETIAM cognitio dierum criticorū habenda eſt,quoniam hæc, ut Gale.3.de diebus decretoriis cap.ult. Ad bonaꝫ uictus rōnem inſtituendam utiliſſima eſt. Eſt aūt criſis ſubita in morbo mutatio ad ſaluteꝫ uel ad morteꝫ.3.de criſi cap.p̊.& 2.aphor. cōmen.13.⁊ p̊ de diebus decretorijs cap.4.& 3.prognoſticorum cō.p̊. ſed p̊ de criſis cap.ulti. & p̊ de decretorijs cap.p̊ criſim Gal.appellat,non ſolum illam ſubitam mutationem ad ſalutem uel mortem,ſed etiā cōmotionem ſubitam ſeu perturbationem ante illam euenientem.Hæc ſubita mutatio quatuor fit modis,ſm Hippoc. p̊ epid.24. Quoniam infirmus,aut ſtatim permutatur ad ſaluteꝫ,aut ad illud qð eſt melius,aut ſtatim ad mortem,aut ad multo peius:& dicit Gale.3.prognoſticorum.ꝙ duo modi primi nominātur ab Hippo.criſis abſolute,ſed duo alii dicuntur criſis cum adiectione.ſ.criſis mala. Et dixit 3.de criſi cap.p̊.ꝙ alteratio quę fit ſubito ad ſanitatē eſt melior reliquis:quia non fit niſi qñ natura dominatur in omnibus:& ibi declarat morbum ſex modis poſſe terminari:quoniā aut mutatur ſubito ad ſalutem,aut ſubito ad mortem,aut paulatim ad ſaluteꝫ, aut paulatim ad mortem,aut ſubito ſimul & paulatim ad ſalutē, aut ſubito ſimul & paulatim ad mortē, Quādo ſubito ter

minatur ad ſalutem, tunc dicitur criſis completa ad ſalutem: & quando ad mortem ſtatim ducitur, dicitur cópleta ad mortem, ſed quando ſubito fit aliqua mutatio & euacuatio materiæ facientis morbuꝫ, & poſtea reſtat aliquid quod paulatim reſoluitur, & tendit æger ad ſanitatem, dicitur criſis imperfecta ſeu incópleta ad ſalutem. Si uero tendat ad mortem & moriatur, dicitur criſis imꝑfecta ad morté. Reliqui duo modi, ut tertius & quartus, quia non fit ſubita mutatio, ſed paulatim, non dicuntur criſis: ſed termini morborum ſine criſi. Sunt autem criſis multæ dr̃iæ ſm̃ Gale. primo de diebus decretoriis cap. 2. quoniã quædã eſt perfecta, quędam imperfecta, quędã fida ſeu certa, q̃dam infida & incerta, q̃dam periculoſa, quædã non periculoſa, q̃dam obſcura, quædam non obſcura, q̃dam conſignis ſeu indicata. & quædã non indicata, q̃dam mala, quædam nó mala, quædam abſoluta, quædam non abſoluta, q̃dam tuta, quædam non tuta, quædã manifeſta, quędam non manifeſta. Imperfecta dicitur, cum ex morbo quiſpiã relinquitur, infida cum morbi recidiua cõtingit. fida, firma, & ſecura, cum non, periculoſa quæ cum ſymptomatis grauitate accidit. obſcura quæ citra excretioneꝫ, uel abſceſſum quépiam euidentem euenit. ſcire ſignis fieri dicitur, quæ à nullo priori die indicata eſt, ut de criſi facta in ſeptima nó apparéte aliquo ſigno illius in quarta, mala dr̃ quia in ęgri pernicié oĩno definit. & bona q̃ ad ſanitaté definit. Abſoluta uocat̃ q̃ i morbo nihil facit reliq, tuta dicit̃ q̃ ſine periculoſis ſymptomatibꝰ accidit. & manifeſta cui exuſtio q̃dã uł abſceſſus iſignis ac ꝯſpicuus adeſt. Et dies illi dicũtur critici abſolute in q̃bus ſæpe fit criſis ſalubris & optima cum omnibus illis bonis ꝯditionibus, ut dies ſeptima qa in illa ſæpe fit criſis ſalubris ꝑfecta, tuta, manifeſta, certa, & indicata. Dies uero abſolute non critici dicuntur illi in quibus rariſ

ſime fit criſis,& quãdo fit,ſine his fit conditionibus,ut eſt dies 12.& 16.de quibus dicit Gal.p̃ de decretoriis ca. 2.& cap.4.eos nunq̃; uidiſſe iudicantes: ſunt & dies alij critici qui dicuntur intercidentes ſeu coincidentes,ut tertius quintus & nonus.in quibus fiunt criſes, ut oſtẽ dit Gale.in decretorijs cap.8.uel quia natura in acceſ ſionibus ſtimulata concoctionis tempus non expectat, quia interdum abſoluta concoctione moratur & lente ob eius imbecillitatem ſuperfluu; expellit. Sunt deinde alii dies qui non dicũtur critici,ut eſt dies ſextus, quia ut plurimũ ęgritudines quæ in die 6. terminãtur,male terminantur, ſæpe tamen in tali die fit criſis.Hæc ergo differt à diebus criticis, quia iſta non dicitur ab ſolute critica ,ſed critica mala. Differt uero à diebus non creticis,qa in illis raro fit criſis,& in iſta ſæpe. Ite; in illis,ſi quãdo contingat criſis,ſemper eſt non indica ta,in ſexta uero fit indicata,quia mala ſigna apparentia in quarta mortem futuram in ſextam indicant. Sic eni; ſcribit Gal.p̃ de decretorijs cap.5.morborum ſolutio nes,quæ ſubito,uniuerſimq̃; fiunt excretionẽ quãdam uel abſceſſum euidente; requirere. Dierum uero in qui bus eueniunt naturas eſſe differentes.Etenim ſeptimu; & frequenter ſoluere,& perfecte,& cõfide,ꝛ ſalubriter, & ſine periculo,ꝛ clare & notabiliter.ſextum frequẽter quidem & ipſum,ſed non ſeptimo ſimiliter:nam & pau ciores ipſum iudicare,ꝛ ſolutionis modo plurimũ dif ferre.Neq; enim bonas ſalubresq̃; ipſas eſſe,uerum ma litioſas plurimas: neq; ſi bonas ſolutiones omnino:& perfectas, immo neq; ſi perfectas, ſtatim etiã cum fide: quia nonnũq̃; morbus reuertentur:licet ſolutus eſſe ui deatur,quin etiam cum periculo & obſcure ſextum diẽ iudicare,idq; ei maxime propriũ eſſe,hoc quoq; diximus .Attamen ſine ſignis iudicium non ita ſexti propriũ eſt,ſed quartus ipſius,ut etiã ſeptimi index eſt.His

declaratis dicendũ,q̄ Hipp.intra.20.dies ponit.3.dies criticos radicales 7.14.& 20.& tres indicantes ſcilicet, 4.11.& 17.Primus dies criticus qui eſt 7.primę ſeptimanæ inter omnes dies criticos eſt fortiſſimus.ſecũdo loco eſt 14.3.eſt 20.qui eſt ultimus tertię ſeptimanę.facit Hippoc.tres ſeptimanas uſq; ad 20.diem,prima ſeptimana tendit uſq; ad ſeptimũ diem. Secũda incipit ab octaua & tẽdit uſq; ad 14.Tertia uero incipit à 14.& in hoc differt iſta tertia ſeptimana ab aliis duabus primis,q̄a illæ duæ primæ habẽt ſeptimũ dies integros,& iſta nõ habet niſi 6.& illę ſunt inuicẽ ſeparatæ quia finis unius non eſt principium alterius.Iſta uero tertia non eſt ſeparata à ſecũda immo finis ſcđæ eſt principiũ eius.Eſt ergo dies quartus finis p̄mæ quartæ,& principiũ quartæ ſecundæ.& 11.finis tertiæ quartæ & principiũ quartæ,quartę & 17.finis 5.4.& principiũ ſextæ.Nam tertia quarta incipit à die octauo,à quo incipit etiã ſcđa ſeptimana.Ergo eſt dies 11. complemẽtum tertiæ quartæ,& principiũ quartæ quartæ.deinde 5. quarta incipit à die 14.Q̄m ſeptimana tertia incipit ab hac die,& propter hoc factus eſt dies.17.finis quintæ quartæ & principiũ ſextæ.Et ſm̄ hoc 20.dies finis eſt trium ſeptimanarum, & 6.quartarum.& hi ultimi dies harum ſeptimanarum ſunt in quibus ut plurimum fit criſis. Alij uero ut 4.11. 17.in q̄bus quãdoq; fit criſis,ſunt indicatiui.4.7.11.14. & 17.20.& ob hoc dixit Hippoc.2.aphor.ſeptenorũ 4.ẽ index,8.alterius ſeptimanæ eſt principium. Ideo 11.eſt contemplabilis.i.indicatiuus,quia eſt quartus ſcđæ ſeptimanæ:ita & dicimus ſeptimus eſt contẽplabilis,quia 4.eſt à 14.& 7.ab 11.eandem ſententiam ponit Gal 3.p̄gnoſticorum cõmen.p̄.Non fecit autem Hippoc.tertiã ſeptimanam integram & diſtinctam ſicuti illas priores; q̄m tunc 15. eſſet principium illius tertiæ & 18.eſſet 4. dies & cõtemplabilis & 21.eſſet criticus & fortior 20.

ſicuti

ſicuti dicebat Archigenes.ſed Hippocra.inuenit multis experimentis 20.diem & non 21. eſſe criticum & 17.indicatiuum,non autem 18. & ꝑpter hoc cum 3.ſeptimanæ completur in 20.diebus & principiũ ſeptimanæ 4. ſit dies 21.& 3.ſeptimanæ aliæ compleātur etiam in 20. diebus,dixit Hippo.in 40.die,quia eſt dies criſis,& non dixit in 42.& dixit ſimiliter in die 60.& die 80. Et ideo uidebis,ut dicit Gale.omnes ferē infirmos qui in epidimiis ab Hippoc.iudicati ſunt,potius eē iudicatos in 17. q̃ in 18.& potius in 20,q̃ in 21.& ſimiliter in 27.31.34. 37.& 40.q̃ in aliis diebus.⁊ ideo dicit Gal.ſi dies critici appellantur illi in quibus fiunt plures criſes ⁊ bonæ. habemus deciſionem factam ab Hippo.⁊ experientiam, ꝙ dies 17.& 20.& non 18.& 21.erit criticus.& hoc ſatis eſt medico.De potentia horum dierum.Gal.facit 6.gradus in primo de decretoriis diebus cap.5.& in octano cap.2.In primo gradu eſt 7.dies, qui eſt oĩum pōtētiſſimus.In 2.gradu eſt 14. In 3.eſt 9. 11.& 20.In 4.eſt 5.& 17.In 5.eſt 4.In 6.eſt 3.& 18. Dies uerò non critici intra 20.diem ſunt 8.10.12.16.& 19 in quibus diebus nunq̃, aut rariſſime fiunt criſes.Dies uero 13.in medio horum eſt ſm Gal.2.de decretoriis cap.8 quia eſt debilior oĩuꝫ in quibus fit criſis, & fortior omnium in quibns nō fit criſis,& comparans Gale.inuicem has tres coincidentes 9.5.⁊ 3.dixit in 9.plures fieri iudicatiões,q̃ in 5.⁊ 3. & plures in 5.q̃ in 3.& de 4.die dixit 3.de criſi cap.4.ſe tm̃ ſemel in eo criſim uidiſſe,⁊ ꝙ Archigenes hoc non uidit in tota uita ſua niſi bis,& de p̊ & 2. die dixit p̊ de diebus decretoriis cap.9.ꝙ non poſſunt eē critici intelligendo per diem criticum,diem in quo fit uera criſis, cum ꝑturbatione,alteratione,& euacuatiõe. Ideo Hip. p̊ epidimia.& 3. prognoſticorum tex.2. dixit primum periodum in diebus imparibus eſſe in die 3.& primum in diebus paribus in die 4.& non in 2.Dicendum ergo

ꝙ uſq; ad 20.diem fiunt critici per quaternarios intercidẽtes.& ſeptenarios:ſed ultra 20.uſq; ad 40.fiũt dies critici qui quaternarios & per ſeptimanas,⁊ ſunt ſex,ut 24.27.31.34.37.& 40.& ſicuti in p̄ gradu erat ſeptimus ita erit ⁊ 27.& conſequenter alii qui fiunt per ſeptimanas,ut 34 & 40.ultra 40. diem fiunt per quaſlibet tres ſeptimanas,ut puta primus dies criticus ultra 40.dies eſt 60.2.eſt.80.3 eſt.100.4. 120.qui ſunt quatuor mẽſes & ultra 120. fiunt dies critici per menſes & annos, ut puta,in 4.menſes,in 7.in 11,conſimiliter etiam in 4. annos,in 7.in 11.etc̃.Eſt tamen aliter dicendũ in febribus intermittentibus,ut Gal.declarauit 4. aphor.cõmẽ.59. & 3.prognoſticorum 7. Q̃m dies critici in intermittẽtibus per periodos,& nõ per dies inueniunꝰ,quia quãtum facit una dies in continuis tantum facit una periodus in intermittentibus.Et ſm hæc patet ꝙ ſecundum Hippo.non debemus à ſingulo die auferre horam unã, ut Medici noſtri temporis faciunt credentes ꝙ 20.dies naturalis non ſit critica,niſi ab ea ſubtrahantur horæ: & ſi horæ à 21. ſubtrahuntur, hoc fit,ut 20. dies naturalis ſit tota critica:nam ſi horæ 21.à die 21. ſubtrahantur remanebit 20.dies naturalis critica cum tribus horis 21.diei.Gale.uero conatur horum dierũ criticorum cauſam aſſignare 3.de decretoriis cap.9. Nota etiã ex Gal.2.de diebus decretoriis uerſus finem, ꝙ morborum quidam dicũtur peracuti,quidã ſimpliciter acuti, q̃dam acuti ex decidẽtia,quidam diuturni. Peracuti 7. diem non tranſeunt.ſimpliciter acuti,20.acuti ex decidentia non tranſeunt 40.qui uero 40 tranſeunt,diuturni ſeu longi dicunꝰ. inter peracutos,alius eſt exacte peracutus,alius nõ exacte peracutus. exacte peracutus, quartum diem non tranſit, non exacte peracutus, uſq; ad 7. ꝑducitur.ſimiliter inter ſimpliciter acutos, alius eſt exacte acutus,ut qui ad 14.diem porrigiꝰ,alius non

exacte acutus,qui uſq; ad 20. Sciendum etiam unde ſumatur principium morbi à quo incipere debeat medicus criticos cónumerare, an à ſenſibili læſione,an à decubitu aut ab initio impedimenti conſuetarum operationum,an à principio febris. Gal.p̃ de diebus decretoriis cap.6.inquit,Aliqui ſunt morbi qui ſubito incipiũt ſimul cum dolore uehemēti rigore nullo ſymptomate ſenſibili prægreſſo. & in his facile poſſumus dies decretorios experiri,quia principiũ eſt notũ,aliq uero ſunt morbi qui nó repentę incipiunt, ſed primo incipit capitis dolor,totius corporis grauitas, uel laſſitudo, poſt uero tres uel quatuor dies incipit febris.& in his dubium eſt unde incipiendum ſit dies criticas cónumerare.Et dicendum quòd non ab illa prima ſenſibili læſione quæ febrem denũciat eſt incipiendũ,ut ex Hippo. patet p̃ & 3.epidi.dum recenſet ægros ſuos: quia nulla diſpoſitio quæ grauedinem uel laſſitudinem, dolorez, aut uigiliã inducit,dicitur morbus, niſi quando ꝓpter ipſam,quis in conſuetis exerceri ꝓhibetur.Etſi quis inde principium morbi inciperet, dies decretorios non inueniret.Nec etiã à decubitu ſumitur morbi principium:qm̃ ut dicit Gal.loco adducto,& Auicē. ſcđa 4. tract.2.cap.p̃.ſunt aliqui ita delicati. & ſi non febriant, uel ægrotent decũbũt.& aliqui ꝯtra qui,licet febriant, aliqua cauſa coacti non decumbant.ſed ſumitur à principio febris manifeſtæ,aut impedimēti conſuetarũ operationum quod idem eſt,Nam ut ait Gale.8 Metho.in principio.quãdo caliditas in homine adeo aucta eſt,ut & ipſum contriſtet & operationē lædat,dicitur febris. & quãdo non facit iſta duo, quãtum uis ſit homo nũc calidior, q̃; ante,non dicitur febris. & p̃ de tuenda ſanitate dicit, ꝙ feb. leues q̃ non impediunt hominem à conſuetis operationibus,non dicuntur morbi. & loco exempli loquitur.Hoc etiam manifeſte patet ſm eundē

ſcd͡o artis medic.prope finē,cum dicit morſus uentris, uel i ore uētriculi,uel i aliquo inteſtinorū,aut cū aluus ſubducitur,aut cum uomitus excitatur,aut cum mingi tur ſiue aliquis alius dolor mediocris, ex genere quidē exiſtit eorum quæ ꝑter naturam:non tamen qui ita ſe habent ægrotare dicuntur, ſicuti q neq; capite grauen tur,aut dolent,aut uigilāt,cum nondū in conſuetis im pediunt̃ operationibus.hic enim in huiuſcemodi diſpo ſitionibus terminus eſt ęgritudinis.i.ꝓhibitio conuer ſionis in ſolis operationibus eſt, id ā quo incipit ægri tudo:non enim quicūq; lapſus à ſanitate dicitur ęgri tudo:ſed quādo peruenerit ad terminū quo dictas im pediat operationes. Hoc idem uoluit p̊ de accidenti & morbo cap.2.dicens. unuſquiſq; dicat ſe eſſe ſanum,dū ſolitas præter ullum impedimentū facit actiones. Hoc idem uoluit Aetius libro 5.cap.5.dicens. totius morbi principium illud tēpus eſt, cum homo ita manifeſte fe brir incipit,ut corporis continuitas contundi ſoluiq; uideatur,neq; in publicam amplius ꝓgredi, ſolitasq; actiones agere pōt,propterea decubitu indiget.& notā ter dixit,decubitu indiget, & nō decūbit: quia ut dictū eſt interdum quis manifeſte ægrotat,tamen neceſſitate coactus non decumbit.eundem habitu intellectum & Paulus Aegineta libro 2.cap.2.Dicendu; etiam ſecūdū Gale. p̊ de accidenti & morbo,ꝙ corpus impeditū ſm aliquod opus membri non dicitur ægrotans abſolute, ſed ſolum ſm illud membrum,abſolute autē ægrotans non dicitur, niſi impeditum ſit in ſupradictis q̄ſtioni bus: læſio autem operationis alicuius membri non ꝓ hibet in conſuetis exerceri niſi magna ſit & fortis.& ſic patet ꝙ cum Gale.dixit 2.artis medicinalis. corpora ut nunc ægra diſtingui à ſanis,per ſenſibilē læſionem ope rationis, intelligebat manifeſtum impedimentum. Sed dices,quid ſi non adſit febris? unde hinc ſumēdum eſt

morbi principium. Gale. 3. prognoſticorum cōmen. 10. dicit, ꝙ ſi mulier peperit ⁊ poſt duos uel tres dies febre corripiatur, non à febre ſumendum eſt principium: ſed à prātu. ⁊ Auicen. ſcđa 4. dicit ſi peperit mulier, deinde accidat ei feb. tunc ſi non completur ex febre, & nō niſi ex partu, eſt illud error, & hæc litera uidetur magis ſm ſententiam Hippo. q̄ꝫ alia dicens, fiat computatio ex febre non ex partu: Vult Hippo. p̊. epidi. ꝙ ſi ptinens poſt 14. dies à partu inciperet febrire, tunc non à partu incipiendum eſt dies criticos enumerare, ſed à febris principio, qa illa febris. non accidit amplius ex partu, quia ut plurimum feb. q̄ ex partu eueniunt fiunt poſt duos uel tres dies à partu, ut dixit Gal. 3. prognoſtico. & Hippo. p̊ & 3. epidi. Nam feb. quæ in primis duobus aut tribus diebus accidit, ex dolore & à gn̄atione quę fit in partu cauſatur. Ideo tunc à partu ſumitur morbi. principium ꝙ ſi ipſa poſt 14. diem accidat, at in primo epidi. in illa muliere q̄ incipit febrire poſt 14. dieꝫ, tunc ex alia cauſa & non ex partu fit. Et ideo tunc à feb. initio & nō à partu ſumēdum eſt morbi principiū, ſed dices qd dicendū eſt ſi in 5. ⁊ 14. diem puta ſi in 6. uel 7. die à partu febrire incipiat, unde nam tunc incipiendum eſt dies criticos enumerare. De hoc nō habemus diuiſionē ab antiquis, nec exemplum ab Hippo. in ſuis infirmis, nec etiā à Gal. dici tamen poteſt, ꝙ ut plurimum ſi parturiens febrire debet non tranſit 4. diem quādo primus periodus hoc numero continetur, ꝙ ſi tranſeat 4. diem ueriſil'e eſt, ꝙ aliūde fiat febris illa, & non à partu. Dico etiam, qđ cuꝫ feb. poſt 4. diem accidit, non eſt malum dies criticos ab utroqꝫ enumerare. ſ. & à principio partus, & febris, & ſi modo poſſemus certificari. Sed dices qd in dolore capitis, & in angina etiam ſine febre, quę tamen cogat decūbere, ⁊ poſt quatuor uel 5. dies febris inuadat. De hoc etiam non habemus ab Hippoc. neqꝫ à Gal. exemplum,

nec ſm iſtas ſatis conſtat quid faciendum. Poſſumus tñ dicere iuxta dicta, ꝙ ſi læſio ſit tacta q̃ impediat à conſueto exercitio, etiam ꝙ non ſit febris, tūc ſumendū eſt principiū à doloris principio, utpote ſi quis habeat dolorem capitis uel anginam, tam uehementem, q̃d faciat eum decūbere & deſiſtere à conſueto opere, & poſt tres dies ſequať febris, non à febre, ſed à principio anginæ & doloris debet ſumi principium, quia in his accidit, ſicuti in parturiēte, in qua ſumitur principium à partu & non à febre, ſi feb. poſt duos uel tres dies ſequať. Conſiderandum etiam quādo durat criſis per duos dies, ut puta ſi in 7. incipiat & totam 8. duret, cui nam diei, tūc ſit magis attribuenda. Gal. reſpondet ꝑ de diebus decretoriis ca. 8. ꝙ ſi criſis hęc fuerit indicata q̃rta die & fiat cum conditionibus bonis, tunc attribuenda erit 7. diei & non 8. quia 7. eſt dies fortior. ſed ſi non ſit indicata, nec ſit ita bona. tunc dicit Gale. quatuor conſideranda ſunt. Primo perturbatio, ſcđo euacuatio. tertio mutatio ſeu alteratio ad melius, uel ad peius: & horum triuꝫ ſi unum tantum fiat in una die & duo in alia die, tunc criſis attribuenda eſt illi diei in qua plura horum accidunt, quarto conſiderādum eſt tempus durationis horum qua ſcilicet die plus duret, utputa ſi perturbatio incipiat in 13. die, & ſequatur euacuatio pauca in illa die, poſtea in 14. magna ſequatur euacuatio, tunc attribuenda eſt criſis 14. ꝙ ſi æqualiter in utriſq; diebus hæc accident, tunc eſt dubium cui nam debeamns attribuere criſim. ſed Gal. dicit ꝙ ultra ꝑdicta ſunt alia conſiderāda, utputa conſiderauda eſt acceſſio, & non quid criſis ſit ſalua necˊ ne. Nam ſi illa accidant in die in qua ſolet fieri acceſſio, tunc illi diei erit magis criſis attribuēda, q̃; aliæ. Itē ſi fiat acceſſio in paribus diebus, magis erit tribuenda diei numeris paris ⁊ contra. Iem ſi fiat criſis ſalua magis ttribuenda eſt diei uere criticæ, quia dies

critici habent facere criſim ſaluam, non cretici uero non ſaluam.

De ſecundo inſtrumento ſcilicet potione. Cap.17.

POTIO materiam digerit, digeſtam euacuat, reſiduum eius ad diuerſum trahit, membrum cōfortat, ne amplius materiaꝫ generet, & membruꝫ mittens, ne amplius materiam coadunet, derelictā diſcraſiam corrigit, & accidentibus, ſiqua fuerint, ſubuenit. uerbi gratia. Si malæ temperaturæ uentriculi cauſa efficiens ſit phlegma in eo genitum, uel ad ipſum fluxum, aquoſum, fluidum, & imbibitum, digeritur cuꝫ melle roſato, & ſirupo acetoſo ſimplici, uel compoſito, uel ſirupo de menta. Si uiſcoſum adhærens cum oximelli ſimplici, uel cōpoſito, uel ſquillitico, ſi opus fuerit, etiā ſi fuerit fluēs ad ipſum ex hepate, & uenis. Et ſi ex cerebro fluat, digeritur cum ſirupo de betonica, de ſticados, & ſimili. Et ſi digeſtū fuerit phlegma natās, educitur cū Kebulis conditis, uel cum pillulis maſticinis, ſcilicet, de aloe, maſtice, & agarico, uel cum pillulis de aloe, maſtice, & turbith. Et ſi imbibitum, educitur cū hiera, ſi adhęrēs, & groſſum fuerit, aut contineatur adhuc ex eo in hepate, & uenis, educitur cum medicamine de turbith, in quo modicum ponitur ʒinʒiberis, aut cum hieris magnis. Et ſi cōtineatur in cerebro educitur cum pillulis cocchijs, uel hieris magnis, & ſimilibus. Et reliquiæ, quæ remanſerunt in cerebro per maſticatoria euacuantur. Et phlegmate euacuato uentriculus confortatur, & eius mala complexio alteratur cum aromatico roſato deſcriptiōe Gabrielis, & aromatico gariophyllato, & cōfectione de xiloaloe, & ſi'ibus.

De regulis pro ſecundo Medici inſtrumento memoria tenendis. Cap. 18.

PRO HAC parte nota regulas tres·prima eſt Gal.3.artis medicinalis.cap.95.ſm Leoniceni diuiſionem,cui oẽs morbi materiales ſubiiciuntur.cum uis materiam à membro aliquo remouere oportet,uel facere ꝙ retrocedat,uel eam per ipſam partem patiẽtem euacuare,niſi corpus fuerit plectorium: retrocedet aũt materia.uel impulſa cum repercuſſiuis frigidis & ſtiptiscis parti affectæ,uel parti mediæ inter membrum mandans,& mẽbrum affectuꝫ applicatis:uel attracta uerſus contrarium partis affectę,cum phlobothomia,uentoſis,aut medicinis attractiuæ uirtutis:inanitis enim ꝑtibus mediis inter membrum affectũ, ⁊ membrum mandans,per attractionem ad contrarium materia recurrit,quæ prius fluebat ne fiat uacuum:aut tranſmiſſa ad alium locum,quod fit,uirtute mẽbri confortata,& aliquando coadiuta per ſituationem mẽbri infirmi in alto loco cum depꝛſſione membri mandantis:aut horuꝫ uno aliquo modorũ,uel omnibus. Per locum uero patientem euacuabitur,partim manifeſte & ſenſibiliter facta apertura cum lanceolã,uel raſorio,uel cauterio potentiali,aut actuali,uel aliquo corroſiuo, partim latenter & inſenſibiliter,cum reſolutiuis ſupra ipſum membrũ applicatis.Sed ſi uniuerſum corpus plus æquo plenum fuerit,per patientem locum minime euacuanduꝫ: nam ſi cum ſcarificationibus aut ſectionibus euacuabimus,plus ratione excitati doloris attrahemns. Si uero calefactióibus reſoluere tentabimus, plus erit id quod ui caloris ad partem attrahetur q̃ꝫ reſolutum. Nec etiã corpus plenũ admittit,ut id quod influxit retrocedat. Demuꝫ ammota plectoria oportet trahere illud quod

i nfluit particulæ patiēti ad oppoſitas regiones.Et poſt hoc ante aggreſſionem reſolutionis oportet prius repellere quod influit,deinde euaporationem facere: q̄m ſicuti præmiſſa euacuatione plectoriæ,facilior erit recurſio,uacuis atq; latis exiſtentibus uiis,ita poſt recurſionem facilior erit euaporatio propter.5.latitudinem meatuū membri.Eſt ergo prima intētio curatiua,quod ſtante plenitudine in toto corpe, anteq̄; fiat aliud,corpus euacuare.Secunda eſt materiam fluente; diuertere, ut facilior deinde ſit repulſio eius qđ in parte; influxit. Tertia eſt repercutere. Quarta eſt materiā concoquer̄. Quinta eſt eam cōcoctam euacuare. Sexta eſt membra confortare. Attende tamen, ꝙ ſi fuerit apoſtema in mē bro nobili generatū per uia; criſis,aut fuerit in exteriorib ribus generatum ex materia uenenoſa,aut in emunctoriis principalium mēbrorum, aut in locis illis uicinis, non ſunt apponenda quæ repellūt, timore recurſionis materiei ad loca magis nobilia: ſed ammota plectoria totius,quādo hoc apoſtema nō fuerit generatum ex cā antecedēte corporali per uiam expulſionis ſuperflui ab uno mēbro ad aliud:ſed ex cauſa extriſeca,ſicut ex caſu uel percuſſione,⁊ eiuſmodi, incipiendum ab his quæ leniunt & reſoluūt,& non ab attrahentibus ad oppoſitū & repercuſſiuis:eo ꝙ in talibus opportet dolore; locī prius ſedare,qui ex caſu & percuſſiōe inductus eſt:quia cum dolor ſit de maximis cauſis attractionis humorū ad locum partis dolentis, ꝓhibebit diuerſionem cōtra operando:uel agitabit̄ materia peccans, & uexabit corpus nunc dolore tracta uerſus partem affectā,nunc ad oppoſitum per diuerſionem ipſius deducta.Ideo Auic. quarta primi cap.p̄.Cum ad diuerſu; trahere uolueris, membri à quo protrahis,dolorem prius ſedat.& caue, inquit ibi Auic.ne in diuerſione materiæ peccantis de parte affecta in partem oppoſitam fiat tranſitus in ſuo

recurſu ſuper membrũ principale quo ipſum alteret & inficiat.ſed dices Hippoc.apho.5.aphor.68.dolenti ptẽ poſteriorẽ capitis in fronte recta uena inciſa:ſed id fieri non poteſt ſine tranſitu ſanguinis peccantis per medium cerebri.Item frequenter purgamus uenas à malis humoribus cum medicinis.eos attrahentibus p mediũ hepatis ad inteſtina. Rũdetur,ꝙ dupliciter põt fieri trãſitus materiæ ſuper principale mẽbrum.Vno modo in trando ſubſtantiã & poros ipſius illic reſiſtẽdo. Alio modo fluendo & curſorie tranſeundo per canale uenæ quo membrũ principale perforatur, ſine hoc ꝙ tangat ſubſtantiã ipſius.aut illic figatur,de his tranſitibus primus eſt uitandus.ſecundus uero nõ de neceſſitate: licet melius eſſet,ſi cõmodæ fieri poſſet per membra principalia aliquos humores peccantes non deducere. Conſiderandum etiam,qui ſint affectus per eſſentiam, & qui per conſenſum eneniũt,ut ſcias cui nam parti remedia ſint adhibenda:nã (ut Gal.dicit 2.de locis affectis cap. ultimo)læſo cerebro per ſolum conſenſum, ſi ea pars quæ primario affectu laborat,fuerit curata priusq̃; cerebro propria aliqua eueniat diſpoſitio,nullum in ipõ relinquitur accidens ꝙ ſi ex conſenſu aliqua fiat in ipſo diſpoſitio permanens,tunc nõ ſolum parti,quæ primario affectu laborat: ſed capiti quoq; remedia adhibere oportet.Et ideo dicendum ſm Gal. loco citato & libro p̃ cap.3.&.6.ꝙ affici proprio affectu, & affici p cõſenſum apponũtur,& qđ non eſt idem dicere,proprius affectus,& p̃ genio affectus uerbi gratia, ſi uẽtriculus in tantum lædatur,ꝙ ab ipſo capiti uapores eleuentur malam temperaturam cauſantẽs. tunc caput dicitur ꝓprio affectu laborare: quia etiam ꝙ ſanetur uẽtriculus & uapores remoueãtur,reſtabit in eo mala temperatura.& ſic in caſu iſto dr̃ cerebrũ lædi ꝓprio affectu,& uẽtriculum primario affectu.Iſta ergo opponuntur,affici

primario affectu, ⁊ affici ſecūdario affectu. & ſimiliter, affici proprio affectu, & affici per conſenſum. & ita pōt eſſe, ꝙ aliquod membrum afficiatur proprio affectu, & non primario affectu, ſed ſecūdario. quotieſcūq; ergo aliquod membrum afficitur ob læſionem ei cōmunicatam à mēbro alio, & illo priori curato, curatur ⁊ illud cui cōmunicatur læſio, tunc affectus iſte per conſenſu; dicitur. Si uero remota læſione illius primi mēbri non remoueatur læſio, quę prouenerat in alio illo: tunc affectus ille dicitur proprius, non tamē primarius, uerbi gratia, in dolore capitis à uaporibus à uētriculo aſcēdentibus, ſi ablatis uaporibus dolor aufertur, tunc dolor ille dicitur per cōſenſum: ſi uero non aufertur, dicit affectu proprio, non tamen affectu primario, ut dictu; eſt. & ita dicitur mēbrum tunc affici per conſenſum, cu; remoto nocumēto mēbri primario. affecti, remouetur & eius affectus: cum uero remoto nocumento illo adhuc remanet affectus, tunc dicitur mēbrum illud affici affectu proprio, & non per conſenſum. Secunda regula ꝓ intentione habenda in tumoribus præter naturam. ſi tumor fuerit de materia calida, ut phlegmō, in ſui principio ſolum conueniunt, q̄ repellunt & frigidant. poſt principium uſq; ad ſtatum cum repellentibus miſcēda ſunt aliqua ex reſolutiuis, & paulatim minuēda ſunt repellentia ⁊ augenda reſoluentia, ita ut tandem uirtutes repellentis & reſolutiuæ medicinarum in fine augmenti ęquentur. in ſtatu uero æqualiter cōueniunt repellētia & reſoluentia: ſed in declinatione ſolum conueniūt reſolutiua ⁊ cutē mollificantia. Hæc eſt ſententia Auic. 3.4. tract. ꝑ. cap. 3. dicentis. incipe cum repercuſſiuis, deinde oppone augmento cum intromiſſione mollificatiuorum & humectantium cum repercuſſiuis, & quātū pro cedit in augmento, procedas in additione mollificatiuorum paulatim, & apud finem, ⁊ ſtatum, & ultimi

tatem tenſionis,hoc eſt in fine ſtatus,& cum incepit de clinatio,fac uincere mollificantia & fac ea pura.& cap. 25.4.primi ubi dicit, oportet ut ſtiptica conſtrictiua re percuſſiua frigidæ complexionis pure exiſtant,ſi apoſte mata fuerint acuta. Cum autem maturare uolueris.i. præparare materiam ad reſolutioné, minues retentiuũ ideſt ſtipticum repercuſſiuũ,ꝛ ei admiſcebis reſolutiuũ donec ad ſtatum perueniat:tunc.ſ.in hora ſtatus ipſius apoſtematis admiſcenda erunt æqualiter:cum autẽ declinatio fuerit,non ſit ibi niſi qđ reſoluat & laxum efficiat.i.cutem leniat attenuet mollificet & aperiat, ut facile ꝑ eam reſolutio illius qđ remãſit fiat. Idem uoluit cap.ꝑ ubi dicit,cum apoſtema in principio fuerit,ſuper ipſum ponemus quod ſolũ repercutiat.& cum in declinatione fuerit,ponemus illud quod ſolum reſoluit:ſic enim legenda eſt litera,& non cũ in ſtatu fuerit. In medio aũt miſcebimus utraq;,& ſi ęgritudo fuerit acuta. ſed de ſtatu aliter uidetur ſentire, Gale.3.ſimplic.c.9. ut ꝙ minus conueniant repercuſſiua & magis reſoluẽ tia:quia in ſtatu eſt intẽtio magis reſoluere.& in eo cuꝫ reſolutiuis miſcenda ſunt repercuſſiua,ut dolor mitige tur,calor temperetur,& declinatio materiæ nimia à re ſolutiuis prohibeatur.Sed Auer.in ſtatu non conueni re repercuſſiua dixit.7. colliget c.29.& dixit Gale.2.de arte curatiua ad Glauconem.optimum quod conuenit in principio phlegmonis poſt ſanguinis detractionem, atq; efficax ad omnia quæ facere intẽdimus,componit̃ ex ſemperuiuo, corticibus malorum punicorũ in uino ſtiptico decoctis & farina hordei.ut ſic dicendũ accipe corticorum granatorum coctorum in uino ſtiptico vnc.j.ſumac,farinę hordei añ.vnc.5.terãtur oia,ꝛ opti me ſimul incorporent̃: hoc enim,inquit,expellit id qđ influit,atq; id qđ continetur exiccat, ꝛ membra circũſtantiæ corroborat.ſed ſi apoſtema fuerit frigidũ,dicit

Auic.ſtiptica repercuſſiua adminiſtranda in principio, debent eẽ mixta cum aliquo in quo ſit uirtus calida cũ retentione,ſeu ſtipticitate,ſicut ſquinãtum, & blacte biſanchiæ:ut ipſa reprimant materiæ frigus,& non ſinãt eam incrudari penitus à pure frigidis, & calorez partis in qua eſt apoſtema nõ permittant ſuffocari omnino à materia frigida coadiuta frigiditate medicinæ.& ſquinantum eſt cameleorum pallea de quo dicit ipſe Auicẽ. ſcda primi cap.pprio,quòd eſt calidu3 & ſiccum in 2.& ꝙ eſt in ipo ſtipticitas:ſed blactę biſanchię ſunt fructus ſiſia unguibus boni odoris aromatica,ex genere oſtracorum,calidæ & ſiccæ cõplexionis in 2.gradu, ut ait c. de eis.Cognoſcuntur uero tumorũ differentiæ,non colore ſolum,dicit Gale.14.Methodi.c.9.uerum etiam calore,frigore,mollitie, & duritie.nam tumor ruber euidenter ſanguinem ſubeſſe indicat,pallidus & flauus,bilem, ſubalbidus uero & laxus pituitam.& notat 13.Methodi diſtinct.2.c.p̃.ꝙ cum particula aliqua phlegmone urgeri cœperit,uidendum eſt, an ꝓpter calorem qui in illa præter naturam ſit ortus,an propter dolorẽ,uel ipſius,uel propinquę alicuius partis hanc contraxerit: quo.ſ.adempta cauſa phlegmon nõ amplius increſcat. poſt hanc conſiderationem,proxime illa contemplabere:nunquid uicina aliqua particula ſanguinem largius ad phlegmonem tranſmittat, deinde an totum corpus plectoricum ſit.Et poſtea tertio cap.ait.cum ex flatulento ſpiritu,& denſitate particulę dolor eſt ortus,eorum quæ modice calefiunt,quæ relaxantia ſiue remittentia uocamus,uſus eſt cõmodus: ut qui pariter & ſtipantia corporis laxet,& flatuoſum ſpiritũ tenuet,& qđ phlegmones iam conflatum eſt digerit. ad eundem modũ & ſi ex frigido dominãte intemperies ſit oborta.nam tũc quoq3 calefaciendo,non ſolum intemperantię,ſed etiã phlegmone una medeberis.itidem ſi calor uehemẽtior

intemperiem fecit,refrigerantibus pſidiis ambo ſiſtes; ſiquidem intẽperantia contraria ſemp requirit.uacuat aut qđ impletum eſt,non mó medicamentis,his quæ ꝺigerunt,ſed etiam q̃ adſtringunt & refrigerãt: magisq; profecto ad incipientes phlegmones frigidis adſtringẽtibus,q̃ his quæ ꝺigerunt eſt utendum. Atq; etiam magis ubi non eſt craſſum quod confluit: ſed ſi ſanguis in particula quã phlegmone prehendit,uehemẽter eſt impactus,non eſt amplius repercutientibus utendum: ſed tunc ꝺigerere eſt tempeſtiuũ. Tertiam regulaʒ habetis à Gale.7.Metho.c.penult. & ab Auic.4.primi in ulti.in complicatis intentionibus attendendũ eſt,primo ei qđ magis urget.i.ꝺe quo magis eſt ſuſpectuʒ. Secũdo cauſæ morbi, ſi cauſam habet. Tertio ei ſine cuius remotione morbus remoueri non poteſt,ℽbi gratia, ſi morbus ſit ulcus cuius cauſa ſit humor acris, & cum eo iungat alius morbus,ut phlegmon,ſicuti ſępe accidit,aut mala temperatura calida,cõcauitas,aut ſymptoma,ut ſorditiés,fortis ꝺolor. Primo incipiendum eſt à ſedãtibus ꝺolorem:quia hoc magis urget.ſcꝺo à remotione cãę, tertio à remotione phlegmonis,& malæ temperaturæ, & ſorditiei.quia ſine remotione eorũ non poſſet ulcus curari. Vltimo ad ulcus ueniendum. Sed uidendum eſt an in contrariis morbis complicatis ꝺebeamus uti medicinis ex cõtrariis qualitatibus compoſitis.uidetur ꝙ non:quia cũ componũtur medicinæ contrariæ,ſuæ q̃litates contrariæ refrangũtur ⁊ ad medium reducunt, & ſic non poſſunt extrema cõtraria corrumpere. Item curatio ꝺebet fieri per contraria æqualia in gradu.3.artis medicinalis.c.89.ſed ipſæ ſic refractæ non ſunt æq̃les,tertio,nec reductæ, nec nó reductę ad unam formá conueniunt.ergo etc̃. Aſſumptum ꝓbatur. & primo ꝙ non reductę:quia tunc idem eſſet per ſe contrariorum corruptiuũ & ſimul ꝓductiuum,nec ſecundũ: quia tũc

diſcraſię calidę occurret medicina cal'a,ꝛ frigidæ,frigida.quòd ſi dicas uirtutem mẽbri non attrahere niſi ſibi conuenientem & ꝓportionatam materiam.contra tunc calida non nocerent hepati calido.ſcias ꝙ non ſolum aliquãdo morbi complicati ſunt contrarii: ſed aliquãdo etiam contrariant̃ indicationes ſumptæ à morbo ꝛ cauſa morbi. ut quãdo fit febris à materia frigida humida:rõne quidem febris,frigida,& humida conueniunt,ratione uero cauſæ,calida & ſicca.Diſtiguũt aliqui de medicina cõpoſita ex contrariis:qm̃ uel eſt compoſita ex ꝯtrariis ꝑ participationẽ: ſicut nõ reducta ad unam formam: uel ex contrariis per abnegationẽ,ſicut reducta ad alterã formam in qua uirtus extremorũ remanet.tenent poſtea has duas concluſiones.Prima per medicinã compoſitã ex contrariis nõ ad unam formã reductis,poſſunt contrarii morbi cõplicati remoueri, ut mala complexio frigida uentriculi & calida hepatis. Secunda per medicinã compoſitam ex cõtrariis ad formam unam reductis,poſſunt morbi contrarii remoueri:patet quia ad utrũq; habet contrarietate; cum in ea uigeat uirtus extremorum. & concluſio uidetur de mẽte Auer.5.colliget.cap.57.ſed oppoſitum tenet Gal.5.de ſimpli.medicina cap.11.&.15 Nam ſi temperatã medicinam mẽbro frigido approximes nũq̃ membrum illud ad temperamentũ reducetur,ſed agente frigiditate mẽbri in medicina temperata ip̃m infrigidabit,& non amplius erit temperata,ſicuti ſi uis aquam frigidã tẽperatam efficere,temperatam ei miſceri non oportet:qm̃ ſic tepidum qđ ex utriſq; eſt, cõmiſtum euadet,& non amplius erit tepidum.Et propterea licet mẽbrum frigidu; à medicina temperata: quia actio fit cum reactione,ut omnes concedunt,non tamen ad temperamẽtum reducitur:ſed oportet ꝙ medicina tm̃ excedat à temperamẽto per calidum quãtum membru; excedit per frigidũ:

quia omnis perfecta cura debet fieri p contraria æq̃lia in gradu formaliter, & non per ↄtraria deducta ad unã tertiam formam, ut ibi dicit Gal. &. 3. artis medicinalis 89. Nam ſi membrum aliquod ſit lapſum ad frigidum decem numeris, oportet ut des medicinã lapſam in decem numeris ad caliditatẽ. & dicit Gal ꝙ ſi pars affecta in locis intrinſecis & penitioribus ſita ſit, non ſatis erit medicina calida. 10. nũeris: ſed oportet tãtò plus ipſam eſſe calidã, ut ſi in itinere refrãgatur cum aduenit parti affectę remaneat calida. 10. numeris. ſed dices. uidemus ꝙ ſunt multæ medicinæ ex contrariis redactis ad unaȝ mediam naturam compoſitæ, quæ faciunt contrarios affectus, ſicuti theriaca, q̃ calefacit & ſtupefacit, & roſa, quæ reſoluit & repercutit, Dicendum ꝙ medicinæ reductæ ad alteram formam non compoſitæ formaliter ex partibus contrariis ſunt quæ ſm Gale. non poſſunt morbos contrarios curare, & non q̃ componũtur formaliter ex partibus contrariis: qm̃ iſtæ cum corpus noſtrum ingrediuntur à calore nãli actuantur, & in ptes contrarios affectus facere habentes diuiduntur, ſicuti patet de reubarbaro quod partem habet ſtipticã & partem aperitiuã, inter quas eſt q̃dã forma mediatrix cum ipm̃ à calore noſtri corporis actuatur, ad diuerſas partes diuiditur. & uapores qui à parte ſtiptica eleuanᷣ ad membra tendunt, quę indigent ſtipticantibus: illi uero quæ à parte alia aperitiua eleuanᷣ, ad mẽbra quæ aperientibus indigent tẽdunt. Et ita etiã dicendũ de theriaca. & eſt ſupponẽdum ſm hanc uiam, ꝙ membra noſtri corporis cum naturaliter ſunt diſpoſita attrahunt ſibi ſimilia, cũ uero diſpoſita ſunt præternaturaliter, attrahunt contraria: nam q̃ȝ naturaliter eſt mẽbro inanito nutrimentum ſibi coueniens attrahere, & diſconueniẽs relinquere, tam naturale eſt eidem à ſuo naturali tẽpeꝛamento remoto, ſibi proportionatã medicinam p remotione

motione lapſus attrahere,ſibi uero diſconuenientẽ relinquere uel expellere. Colligitur ſuppoſitio hæc ſcđo artis medicinalis cap.de diſtemperantia frigida uentriculi,& 6.de uſu partium,ubi loquitur de utilitate auricularum cordis,& 5.canti.ad principium.Supponendũ ſcđo,ꝙ in nobis ſit uirtus diſcretiua,quæ licet naturaliter agat,agit tamen ac ſi cuꝫ cognitione ageret,quoniã ut dictuꝫ eſt à Philoſophis,natura regitur & dirigitur ab intelligentia non errante.Hoc habes expſſe ab Auic. prima 4.ca.de cura hemitrithei ubi adducit Gal. qui curauit patiẽtes hemitritheũ cum aqua hordei & pipere, & corripit ei contradicentes de triplici errore.7.2.can. cap.4.in fine,de medicina cõpoſita ex uirtute calida & frigida cõuenienti apoſtematibus quãdo ſunt in ſtatu. & tertio can. in cap. de cura ægritudinũ cordis. Auer. 5.colliget cap.57.tenet contra Gale. ꝙ medicinæ quæ curant morbos contrarios ſunt medicinæ compoſitæ ex contrariis,& quæ ſunt reductæ ad tertiam unã formam & ad temperamentum, & non illæ quæ non ſunt reductæ ad unã formam. & hoc ſic probat: quia ſi iſtæ uirtutes ſint in eis ęquales,tunc non uincet una alterã, ſed æqualiter erunt temperaturæ,& non facient actionem quęſitaꝫ in corpore humano.& ſi una erit fortior altera,fortior facit actionẽ, & actio illi debet attribui, & alia erit fruſtra.Item tũc aqua tepida media inter frigidiſſimam & calidiſſimaꝫ, frigefaceret & calefaceret, cuius contrariũ apparet ad ſenſum.Huic reſpõdet Gale. 5.de ſimpli.medicina.11 7.15.c.dans exempluꝫ de melle cũ ſucco abſinthii cõmixtio cuius dulcedo & amaritudo ſm diuerſas ptes linguæ ſentitur: quia licet ſit facta mixtio ad minima,tamen nõ ſunt omnia unum, ſicuti & cõmixtum ex aqua & uino, licet uideantur unũ: non enim datur corporum penetratio, ita dicendum de medicinis compoſitis ex cõtrariis & reductis ad unã for-

mam.Et ideo cum actuantur à calore noſtro,diuidunt in partes,& ſegregantur,& contrarios faciunt affectus. & hoc clarius oſtendit Gal.de lapide proiecto in aqua faciente circulum,iuxta quem ſi alius proiiciatur,alius faciet circulum uerſus contrariam partem cum illo:& ita uidetur ꝙ eadem aqua faciat ſimul contrarios motus,cum tamen ſint diuerſæ partes aquæ.Itē ⁊ patet,inquit,ſi ponas manū in aqua frigida & pedes in calida, item & de febre hepiala in qua ſentitur calor, & frigus ſm tamen partes diuerſas.⁊ q̄uis ſpecies intentionales obiectorū contrariorū poſſint eſſe ſimul in eodē ſubiecto.ut dicit Auer.de albo & nigro in cryſtallino:tamē obiecta iſta,quæ illas contrarias faciūt impſſiones materialiter imprimunt in organum,⁊ non intentionalr: qm̄ ſecūdum unam partē lingua ipſa tangit abſinthiū, & ſm aliam mel.& de aqua tepida dicendum,ꝙ calefacit & infrigidat:ſed non ſentiuntur illi affectus contrarii,ſicuti dulcedo & amaritudo illius cōmixti ex abſinthio & melle:quia ſenſus tactus nō eſt ita acutus,ſicuti ſenſus guſtus.ſed dices quare potius medicina compoſita ex contrariis ſanat morbos cōtrarios per ſeparationem eius in diuerſas partes,q̄ per iteratā replicationē? Dicit Auer.forte hoc ſecretū fuit Medicis in ſomno reuelatum: qm̄ de hoc nullam habent rōnem.ſed dicendum ꝙ rōnem habent optime à poſteriori, & effectu: uident enim ꝙ medicina tēperata,quę non conſtat formaliter ex diuerſis partibus ob ſui reiteratā applicationem corpus diſtemperatum perfectę non reducit,& nō niſi in longo tēpore.& ꝙ compoſita ſanat morbos cōtrarios & breui tempore,Ideo iudicant ꝙ iſta à calore fuit diuiſa in partes diuerſas,& à diuerſis mēbris attracta. ſed adhuc ſtat difficultas de theriaca, qūo ſit poſſibile ꝙ ſtupefaciat & calefacit: nam ſtupefactio fit à frigida & calefactio à calido:modo cuꝫ hi ſint motus cō-

trarii, eadem pars mouebitur motibus cõtrariis. ſunt qui dicũt ꝙ theriaca poteſt calefacere & ſtupefacere: qa omnis immoderata diſcraſia lædit uirtutem ſenſitiuaꝫ, & ita immoderata caliditas lędit ſenſuꝫ, ꝙ ſi magis augetur pót tollere ſenſum ⁊ poſſet in tm̃ augeri: ꝙ etiam tolleret uitam. ⁊ ita dicũt ꝙ theriaca calefaciẽdo ſtupefacit ſenſum & non infrigefaciendo. & hinc eſt dicũt ꝙ multæ medicinæ calidę ſunt ſtupefactiuę. ſed hæc ſolutio eſt falſa & p̃ſertim de theriaca: quia ſi ipſa ſtupefaceret calefaciendo, tũc antiquior eſſet ſtupefactiua, ſicuti & recens, cuius tamen oppoſitum patet. quia recens ſtupefacit, & antiqua non, ⁊ hoc non ob aliud niſi quia in theriaca ingreditur opium quod eſt frigidum: ſed cum tranſit. 10. annos uirtus opii iam euanuit: quãdo uero eſt recens, qa uirtus opii adhuc uiget. ſtupefacit, & hoc ratione frigiditatis, ut patet ex Gal. octauo de compoſitione pharmacoꝶ ſecũdum locos, & Auic. 2. cano. c. 4. Et ideo dicẽdum ut prius, ꝙ theriaca hoc facit: quia cõſtat ex partibus diuerſis calidis & frigidis, quæ & ſi redacta ſit ad unam formam: cum tamen actuatur à calore naturali partes illius ſegregant̃, & calidæ calefaciũt, frigidæ uero ſtupefaciũt. Hic eſt alia difficultas, quomõ medicina ſtupefactiua ſtupefaciat. dicũt aliqui, ꝙ ſtupefacit, quia inducit ſomnum, quo inducto oẽs ſenſus ligantur. Sed Gale. 8. de cõpoſitione pharmecorũ ſm locos cap. de iliofis ſtomachi ſubuerſiõibus dicit ꝙ ideo membrum ſtupefacit: quia ſenſum ab illo aufert. ⁊ dicit Auic. 2. cano. cap. 4. quia ſpiritum deferentẽ ad ipm̃ uirtutem ſenſus & motus reddit in cõplexione ſui frigidũ, & in ſubſtantia craſſum, ꝑpter quod fit inconueniens organum uirtutum animalium. etiam quia pp eius uehemẽtem frigiditatem mẽbri complexionem deſtruit: unde mẽbrum fit non aptum ad recipiendum uirtutuꝫ animalium impſſionem. & ob hoc, dicit Gale. oportet

admiſceri iſtis medicinis calida,ut poſſint ad membra affecta penetrare,& ab illis ſenſum auferre,ſed tunc ſtat alia difficultas. An medicina hæc ſtupefactiua à mẽbro trahatur.an ipſa per ſeipſaȝ ad illud moueatur? Primo non uidetur, ꝙ trahatur: quia ſi mẽbrum ſit dolens ex nimia frigiditate,attrahet ſui contrarium,puta calidũ, non autem frigidum:ſed calida non ſtupefaciunt.Ideo oportet ꝙ ſi illud mẽbrum debeat ſtupefieri, ꝙ uirtus medicinę.ex ſe moueatur ad ipm. Auenȝoar in hac diſficultate dicit ꝙ quãdo medicina compoſita ex contrariis ſanat diuerſa & ægritudines ꝯtrarias.ꝙ hoc fit,aut quia ſola uirtus medicinæ tranſit ad membra:aut quia trãſit tota medicina in uapores redacta. Modo,ĩquit, non eſt poſſibile,ꝙ tranſeat ſola uirtus: quia qualitas non ſtat ſine ſubiecto.ergo neceſſe eſt, ꝙ tota ſubſtãtia medicinæ trãſeat ad mẽbra læſa.& hoc modo fit, dicit ipſe quãdo medicina eſt in uentriculo à calore naturali actuatur,⁊ tota in uapores reſoluitur,qui ab arteriis trahuntur:nam arteriæ ipſæ neceſſitate uacui aerem attrahunt,& aerem attrahendo uapores attrahunt à medicina eleuatos,& hoc modo medicinæ,per totuȝ corpus & ad omnia membra indifferenter trahũtur. ſed ꝙ modo una pars uaporis,ut frigida magis unum mẽbrũ infrigidet,q̃; aliud, hoc eſt à uirtute mẽbri diſcraſiati: nam ſi membrum ſit diſcraſiatum per frigidũ, attrahet ſibi partem uaporis medicinæ calidã.& ſi ſit diſcraſſiatum per calidum,attrahet frigidam.ſed dices, ſi ſit mẽbrum dolens à nimia frigiditate quomõ attrahet ſtupefacientia, cuȝ iſta ſint ualde frigida.Dicendũ ꝙ cum mẽbrum dolet,appetit dolorem non ſentire. & ideo habet ad ſe illa frigida ſtupefacientia, ut ab illo ſenſum remoueat,ne doloreȝ ſentiat:attrahit uero calida,ut curetur & remittatur eius frigiditas,& non,ut non ſentiat dolorem, nec ex hoc ſequitur eandem partem præciſe in-

frigidari & calefieri: qm̃ poſſunt nerui à parte medici-
nę frigida infrigidari & ſtupefieri,& aliæ partes mẽbri
à parte calida calefieri.alia eſt difficultas in qua diſcor-
dia eſt inter Doctores non parua.Quomodo medici-
næ electiuæ educens atrahat humores ſibi proprios.
Gal.3.de ſimpli.medicina cap.23.&.24.dicit tria.Primũ
medicina trahit humorẽ ſibi propriuꝫ ob ſimilitudinẽ
quæ eſt inter humorem & ipſam.ſecundũ dictũ, Virtus
attractiua data eſt fortiori, tertium.caliditas auget uir
tutem attractiuam,ſicuti patet de ambra calefacta, quæ
fortius attrahit paleam.contra Gale.arguunt Auic.4.
primi cap.4.& Monachus 3.artis medicin.cõmen.60.ſi
attractio fiat ſimilitudine.tunc caro magis cranem tra
het ꝙ ſanguinem,& ferrum magis ferrum q̃ꝫ faciat ma-
gnes, & aurum traheret auruꝫ,cum ipſum ſuperaret ſua
quãtitate,& turbith traheret turbith,cuius contrariuꝫ
oſtendit ſenſus.Item ſi uirtus attractiua data eſt fortio-
ri.tunc magna quãtitas ferri,paruam quatitatẽ magne-
tis deberet trahere.Item ſicut unum de talibus attrahit
alterum qñ uincit ipm̃:ita quãdo in fortitudine ęquan
tur debent mutuo ad ſeinuicem concurrere, ut utrũqꝫ
attrahat alterum.Item quæcũqꝫ ſimilãtur in ſubſtãtia,
de neceſſitate ſimilanť in accidẽtibus comitantibus il-
lam:ſed non uidemus medicinas laxatiuas ſimilari hu-
moribus,quos ipſæ attrahũt: cartamus enim & urtica
non ſimilantur phlegmati in qualitatibus actiuis, nec
paſſiuis,neqꝫ aliis accidentibus.quare nec ſubſtantia.er
go nec per ſimilitudinem in ſubſtantia unũ attrahet al-
terum ſicut dicunt. Adhuc una medicina eſt attractiua
duorum diuerſorum humorũ, ſicut aloes attrahit cho
leram & phlegma,reubarbarum & agaricus phlegma ⁊
melãcholiã:ſed impoſſibile eſt ipſam habere ſimilitudi
nem in ſubſtãtia cum duobus diuerſis humoribus, qui
adſeinuicem in qualitalibus ⁊ ſubſtãtia plurimũ diſtãt,

Nullo ergo modo uidetur ꝙ attractio per hanc ſimili tudinem fiat. Ideo inquit Monachus recte ait filius Meſue in libro de cóſolatione ſimpli. medicinaꝝ laxatiuarum. ꝙ medicina non eſt laxatiua à re complexionali: ſed quia talis: neq; magnes attrahit ferru;, & ſcamonea choleram, qui ſimile eſt, uel contrarium: ſed quia tale, neq; quia leue neq; graue, agitatiuu; ſuperius aut inferius: ſed quia tale, & ſic de reliquis: dotatum enim eſt omne duplici uirtute. ſ. elemẽtari & cœleſti, hac qdem cómuni, hac uero propria: cómuni quidem ab elementis: ꝓpria uero à cœlo: etenim calefactiuú & infrigidatiuum, calidum & frigidum oẽ, ſolutiuum aut nó: quia calidum nec quia frigidum: ſed quia cœleſti uirtute dotatum mixtionem ſuam ita regulante. Hæc tamẽ uirtus attractiua, dicit Monachus, in aliqbus eſt actu, adeo ꝙ non indiget niſi pſentia ſui paſſiui, ut in magnete: in aliquibus uero potentia tátum: indigent excitari ad actu; per aliud: ut in medicinis laxatiuis, quarum nó eſt attrahere humore; ſibi propriú, niſi calor corporis, in quo eſt humor, excitet illam uirtutem ad actum. & ideo exiſtens exterius non attrahit illum, etiá ſi fuerit pſens, aut ſi per ſciſſione; cutis aperiatur uia humori. ſed horú argumentorum ſolutiones habes ex his quæ à Gale. ibi. 3. de ſimplici medicina ſcribuntur. Ad primú reſpondet in fine 24. cap. ꝙ attractio fit ob ſimilitudinem, non ob idétitatem: modo caro non eſt ſimilis carni: ſed eadem. ſimiliter ferrum ferro non eſt ſimile, ſed idem: differút enim idem, & ſimile. Ad ſecundum diceret Gale. ꝙ uirtus data eſt fortiori, ſumpta pari q̃titate utrorúq; uel parum differente. Ad tertium ſufficit ꝙ medicinæ laxatiuę i aliqua parte ſimilenẽ humoribus quos attrahút. Et ideo non ſequitur, cartamus ⁊ colloquitida abſolute ſunt calida. ergo nulla in eis eſt pars ſimilis humori, quẽ trahunt: & ꝓpterea ſubiungebat Gal. demóſtratio-

num aliæ ſunt quæ concludunt hoc eſſe ex neceſſitate, aliæ quæ demonſtrant ita poſſe eſſe,ut iam de cartamo & colloquintida dictū eſt,quæ licet ſint calida poſſunt tamē phlegma frigidum ratione ſimilitudinis trahere. & ſimiliter dicendum eſt ad ultimum argumentū:quia ſm diuerſas partes eiuſdem rei poteſt eſſe ſimilitudo ad contraria. Data ergo hac uirtute attractiua in medicina:ſiue ob ſimilitudinem, ut uoluit Gale. ſiue naturali quadam potentia fluente à principiis intrinſecis ſpecificis ipſius medicinę, ut uult Auic.q̄ritur quomodo trahat humorem:aut quia ipſa mouetur cum eius ſubſtantia ad illum:aut quia eius natura eſt ꝓprium humorē à mēbro in quo eſt proximo,uel longinquo attrahere: aut hoc fit ab eius uaporibns per uenas ad humores eūtibus.Primū modū reprobat Aliabas.2.practicæ cap. 53.quia attrahens ad attractum non dirigitur.ſed attractum ad attrahens fertur,ſicut ad magnetem ferrum.ſecundum modū tenet maior pars Medicorum.Et tertiū uidetur tenere Ariſto.prima problematū 42.ubi uidet uelle medicinam in uentriculo in uapores diſſolui qui per uenas euntes ſecum humores nocuos ad ſtomachū & ad inteſtina ducunt:⁊ hi duo modi ſunt probabiles. ſed hic eſt difficultas non parua, q̄uo poſſint uapores in uenis mēbrorum exiſtentes regredi ad uentriculum & inteſtina:& quonam fiat iſte motus:nunquid à uirtute expulſiua membrorum?& hęc difficultas quærit aliā difficultatem.nūquid mēbrorū detur uirtus expulſiua qua à proprietate & ſine motu locali poſſint expellere, ſicuti datur attractiua in magnete,qua attrahit ferrum. De attractione enim dixit Auicē.prima primi doctri.6. cap.3.ꝙ fit tribus modis,à calido,neceſſitate uacui,⁊ ꝓprietate occulta:ſed de expulſione non ita eſt clarum.ſi credendum eſt Alberto repertus eſt magnes qui ex una parte ferrum trahebat & ex altera expellebat: uidemus

tamen in medicinis aliquibus eſſe hanc uirtutem expulſiuam à ꝓprietate: ut patet de cantaridibus: ipſæ enim exterius applicitæ humores ad ueſicā propellunt. unde habetur hiſtoria de quodā chirurgo qui habebat in loculo cātaridas & ſanguinē mingebat, & neſciebat unde: ſed poſtea relatum fuit ei ꝙ in cantaridibus erat huiuſmodi uirtus, & ita aperti fuerunt eius oculi. Item Gale. de uipera dixit. 11. de ſimpli. medicina cap. 2. ꝙ in eius carne eſt uirtus expellendi humores melancholicos ad cutim. & narrat hiſtoriam de uipera mortua in uino ꝙ potum fuit à quodam laborante elephantia. Item patet de theriaca interius exhibita, q̄ humores ueneno ſos ad cutim expellit. Videmus etiā quotidie in criſi bona, ꝙ expellitur humor nociuus: ꝙ ſi dicas hoc fieri ex ꝯſtrictione uenarum contra ſita eſſet, tunc uenæ expellerēt quicquid in eis cōtinetur. unde Gal. p̄ de uirtutibus naturalibus cap. 15. uolens ꝓbare, ꝙ renes trahunt aquoſitatē ſanguinis, & declarare quomō, dicit: Aut hoc fit, quia aquoſitas ſola ex ſeipſa mouetur: & hoc dici non poteſt, aut fit per uenarum cōſtrictionem: & hoc ſimilr̄ non poteſt dici: quia nō illa ſolū, ſed etiam omnis qui in ipſis cōtinetur ſanguis expelleretur, p̄terea ſm̄ Gale. 3. de uirtutibus naturalibus, & omnes Medicos, in quolibet mēbro noſtri corporis dantur quatuor uirtutes, attractiua contentiua, digeſtiua, & expulſiua. modo in oſſibus nō poteſt hæc expulſio cum motu locali ipſius expellentis: quia oſſa non poſſunt comprimi & cōſtringi. ergo in eis erit hæc uirtus à proprietate. & ita uidet̄ dicendum, aut ꝙ uapores medicinæ. tranſmittuntur à uenis ad uētriculum, & ad inteſtina à uirtute quadam in illis à mēbris ipſis impreſſa, aut quòd mēbra hos uapores propulſant uirtute quā habēt expulſiua, ob eorū læſionem & ab eis diſcordiā. & dicit Auic. quarta p̄mi cap. 4. ꝙ attractio humorum: quā faciunt medicinę ſo-

lutiuæ non eſt niſi in uenis,ut in uia qua fit trāſitus hu-
morū,uel in termino ad quē uirtus medicinæ pertin-
gere ſolet, uel in termino à quo moueri icipit humor,
qui trahitur & uenit ad uenas miſſus ab hepate,uel aliis
membris,donec perueniat uſq; ad uentriculum, aut in
teſtina: & tunc illic uirtutem irritat expulſiuā à ſuo pō-
dere uel ſuo acumine,& natura mouetur, ut à corpore
eum expellat. intelligendum ꝙ ab omni mēbro totius
corporis medicina attrahere poteſt. ſed diuerſificat̃ in
facilitate & difficultate attractionis ſm membrorū di-
uerſitatem,iuxta illud Meſue: Scire debes ꝙ euacuandaꝝ
materierum facilius educuntur quæcūq; in ſtomacho,
& inteſtinis fixæ ſunt. minus autē,quæcūq; in meſarai-
cis: & adhuc minus,quæcūq; in ſima hepatis ſunt: diffi-
cile uero,quæcūq; in uenis ſubtilibus: magis uero,quę
cunq; in protelatione uenarum membrorū ſunt. diffi-
cilime uero, omnium quæcūq; in mēbris & iuncturis
ſunt,& ꝓprie dum diuturnantur & figunt̃ in eis. Auer.
autem ſup hac materia ueluti dubius uacillare uidetur
5. colliget cap. 21. Eſt deinde alia difficultas. quomō em-
plaſtrum exterius applicitum ſoluat uentrē. Dicunt aliq
hoc poteſt facere dupliciter. Primo acuitate ſua,incitā
do uirtutem ad expellendū,ſicuti ſuppoſitoria faciunt.
Secundo modo, quia conuertitur in uaporem qui per
poros ad uentriculū ad quē materia attrahit,penetrat:
ſed ſm Gal. p̄ ſimplicium. 12. medicina ſubtiliſſime pul-
uerizata & exterius applicita,uenas & arterias paruas ad
cutim terminatas ingreditur, & deinde ipſum corpus.
Item etiam dicendum eſt de emplaſtro, ꝙ uapores eius
ingrediuntur uenas & arterias paruas ad cutim termi-
natas,deinde totum corpus,& hoc modo ſoluūt. Etiaꝫ
de theriaca eſt diffiicultas: nam dictū eſt,ꝙ habet uirtu
tem expellēdi uenenoſos humores ad cutim,ſi interius
exhibeatur; modo hoc ſtante,manifeſte errāt,qui in an-

trace,qđ eſt apoſtema uenenoſum,applicant theriacam exterius:qm̃ illa expellens à ſe humores uenenoſos,ad intra eos expellet,quod eſt peius.Dicendum ꝙ bene faciunt:qm̃ eoſdem effectus facit theriaca exterius applicata,quos facit interius exhibita:qm̃ ad cutim applicata,per uenas & arterias ingredit̃,q̃ ad cutiꝫ terminãtur, ad intra corpus, & cum ipſa eſt intra, expellit à ſe humores uenenoſos,ſicuti ſi fuiſſet ꝑ interius exhibita.

De uirtute medicinarũ & earum reductione à calore noſtri corporis. Cap.19.

EST AVTEM medicinę per ſe curare, Medicina enim ut dicit Gal.primo ſimp. cap.ꝑ.Eſt id cuius eſt alterare corpus humanum.Intelligo per ſe,ut opponitur ad per accidens,& eſt idem,quod eſſentialiter,& ut opponitur ad mediate,& eſt idem, quod non per medium,differt tamen uirtus à medicina,quia uirtus,ſeu natura multotiens curat,ſine extrinſeco adiuuamento medici,uel medicinæ,non enim indiget natura medicaminum auxilio,niſi dum morbo nimis magnificato dominari nequiuerit,primo interiorũ cap.2.Medicina autem non facit id ſine intrinſeco adiuuaměto naturæ.Eſt enim,dixit Gal.3.artis medicinalis ,omniũ natura operatrix,medicus uero miniſter.Et Meſ.dixit. Eſt enim primæ naturæ curare,non medici.Medici uero opus eſt,opem ferre naturæ.Quod dictum Hali in cõ.artis medicinalis ſic expoſuit,omniũ,ſcilicet eorũ, quæ requiruntur,diſponuntur,& producuntur in ſanitate conſeruanda,aut in reducendo ad melius corpus lapſum,aut ipſum pręſeruando,aut curando ægritudinem eius,quorum ſcilicet omnium principium eſt ab intra,ipſorum omnium natura operatrix eſt, Medicus uero miniſter ,Eorum uero quorum principium eſt ab

extra,natura nõ eſt operatrix,ſed medicus,nunq̃ enim ſi delere oportuerit ſextum digitum,aut membrum aliquod ſecare,natura eius inciſionẽ faceret,ſed medicus. Et ideo cum dicitur,ꝙ quædam ſunt,quæ à natura tantum ſanantur,& quædam ab arte tantum ,& quædam, quæ ſanari non poſſunt,nec arte,nec natura ,Intelligitur,ꝙ etiam nullo exiſtente medici auxilio , quædam ſunt,quæ à natura ſanarentur,& quædam ſolũ ab arte, quia ſine auxilio medici,non ſunt ſanabilia.

Gradus uero medicinæ non diſtinguuntur ,niſi reſpectu operationis,ab ea factæ in corpore optime temperato. Videmus enim,ꝙ aliqua medicina eſt calida reſpectu Socratis,quæ non eſt calida reſpectu Platonis, Etiam ſæpe diſcordare autores in gradibus medicinarum,quia difficile fuit eis reperire corpus optime temperatum,in quo experirentur eas. Quod ergo calefacit corpus temperatum in primo gradu,non calefacit corpus frigidũ eodem,immo fortaſſis nõ calefaceret illud ullo modo,& iudicaretur ſibi medicina temperata. Et Gal.5.ſimplicium in medicinis quatuor dixit eſſe ordines,ſeu gradus , & in unoquoq; tres differentias , ſeu manſiones conſtitui,ut calidum primi ordinis,eſt medicamen,quod nos calefacit,nõ tamẽ euidenter,immo indiget demonſtratione rationali,ſic frigidum humidum,& ſiccum. Quod uero manifeſte aut calefacere, aut frigidare,aut humectare,aut deſiccare poteſt,ipſum eſſe ſcđi ordinis dixit. Et quod ueheméter,nõ tamẽ ſumme,tertij. Quod uero adeo excalefacere põt,ut eſcarã moliat̃,& urat,quarti. Sic quoq;,quod uehemẽtius refrigerat,adeo,ut extinguat,& ipſum quarti eſt ordinis. Et dicit Auicẽ.ſcđa primi doctri.2.c.15. gradus primus medicinarũ eſt illud cum quod comeditur & bibitur,⁊ quo fit inunctio,efficit in corpore ſua qualitate operationem non perfectã.ſicut cum calefacit,aut infrigidat,

Quatuor gradus medicinaꝝ,& in unoq̃q; tres mãſiones ↄſtitui.

& non percipitur neq; ſentitur calor aut frigiditas, niſi poſtq; reiteratum fuerit, & multum factũ fuerit. Et gradus ſecúdus eſt, ut ſit operatio fortior iſta: ſed tamẽ nõ peruenit ad impediendum operationes manifeſte, neq; curſum earum naturalem mutat niſi per accidens, aut niſi reiteretur, & multiplicetur. Et tertius gradus eſt, ut ex operatione eius eſſentialiter proueniat impedimentum manifeſtum: ſed nondum tamen peruenit ad mortificandum, & corrumpendum. Et quartus gradus eſt, ut illud ad mortificandum perueniat & corrumpendũ. Et dicit Gal. nullũ eſt iuenire, qđ. 4. ordine deſiccet, qđ nõ etiã urat. Et tertii ordinis exiccantiũ ſunt omnia, q̃ uehementer aſtringũt, ex quibus eſt omphacion, rhus, alumẽ, balauſtium, gala omphacitis. In his autem ipſis quædã uicina ſunt adurentibus, ut ſquama æris, & æs uſtum, quaſi inter tertium & quartum ordinem dubie hæreant. In medio tertii eſt æs uſtum, ſi lotum ſit. In principio eius hypociſtis. Sic autẽ & in 2. & 4. differentias cõſtituere licet triplices, nec enim perinde urit cauteriũ, & napy, licet ambo quarti ſint ordinis. Sed de medicina, cum dicitur, ꝙ eſt temperata, dicit Auic. prima primi, Intelligitur ſm conſiderationem operationis, quam facit in corpore humano ut cum à calore naturali hominis paſſa fuerit, id eſt, reducta fuerit de potentia ad actum, afficietur qualitate, quæ hominis qualitatem non excedet in aliqua duarum extremitatum ęqualitatem excedentium, ſcilicet, nec in frigiditate, nec in caliditate, nec humiditate, nec ſiccitate. Medicina ergo dr̃ talis in potẽtia, ut calida, frigida, aut tẽperata, quia non agit niſi ad actum reducatur à calore noſtro, Sed animalia dicuntur calida actu, quia habẽt tale calidũ, quo indigent ꝓ uita, Et medicina calefacit corpus noſtrum, non quia augeat ſanguinẽ, hoc enim facit cibus, ſed quia auget caliditatẽ. Item medicina dicitur tem-

perata, non quia non alterat corpus, ſed quia corpus non alterat ad maiorem caliditatem, & frigiditatem, quum ipſum habeat in ſe;ſicut ueſtis, quæ medicina eſt tēperata,ut Gal.ſecūdo ſimplicium/primo recipit calorem à corpore/& poſtea cum il'o coalterat corpus caliditate temperata, Medicina temperata cōſeruat corpus noſtrū/aut quia ipſum in eadem latitudine & ſitu/uel gradu nullo modo alterando cōſeruat/ſed ſolum alterantibus reſiſtendo/& eius permutationem prohibendo:aut quia ipſum alterat intra tamen extrema ſuæ latitudinis conſeruando/& eius exitum ad extrema prohibendo. Et dicunt aliqui, ꝙ licet medicina temperata nō ſit unicuiqꝫ mēbro noſtri corporis ſimilis in cōple ione/neqꝫ anteq̄ꝫ ad actum reducatur/neqꝫ etiam poſtq̄ꝫ eſt ad actum reducta/quia tamen eſt conſeruans calorem naturalem communē uniuerſaliter cōſeruantem unumquodque membrorum.ſ.ſpiritum dicitur totū cōſeruare/& uniuſcuiuſqꝫ membri cōſeruatiua.

Cum ergo dicitur/ꝙ medicina eſt calida/&,frigida, intelligitur/ꝙ poſtq̄ꝫ reducta eſt ad actū per ipſam caliditas/& frigiditas/ꝓuenit in corpore hominis maior illa/quàm ex ſe habebat/ante illius medicinæ in ipſum operationē.Et ſic medicinam eſſe calidam, aut frigidā potentia ſecūdum intentionem medicorum/eſt ipſam habere complexionem ex mixtura elementorum /ſic proportionatam humano corpori tēperato/ꝙ poſtq̄ꝫ paſſa fuerit/& reducta ad actū à calore naturali ipſius, calefaciet ipſum,aut infrigidabit ultra eius temperiem. Conſideratiōe ergo ſuæ opationis in corpe humano, dr̄ calida,uel frigida,uel temperata/& non conſideratione ſui ipſius in ſe.Si enim(dicit Auic.)in ſui ſubſtantia diceretur calidior/uel frigidior corpore hominis/ tunc medicina æqualis,cum eius complexio eſſet,ſicut hominis complexio/eſſet ex ipſamet humana ſubſtan-

Q. di tem

tia/quod eſt inconueniens.Non debes ergo/ſicut dicit Galen.primo ſimplic.cap.38.inquirere abſolute/utrum in medicina dominetur calidum/uel frigidum/& per hoc iudicare/ꝙ ſit calida/uel frigida/calefaciens/uel infrigidans corpus hominis/quia ſæpe cõtingit/ꝙ rei in ſe conſideratæ dominatur humidum ſupra ſiccum/ & tamen exiccat corpus hominis/ſicut aqua maris/& acetum.Sunt etiam tres aliæ medicinarum uirtutes/ quibus medicinæ corpori humano interius/uel exterius applicatæ ipſum habent immutare.Prima eſt naturalis potentia/qua habet in corpus humanum effectũ inducere/à quo denominatur licet ſit in uigore qualitatũ primaꝝ/ut ſunt effectus ad primos primaꝝ conſequentes/ut reſoluere/aperire/cõſtringere/opilare/ulcerare/conſolidare/& huiuſmodi.Secũda eſt potentia naturalis/qua medicina magis unum membrum/q̃; aliud reſpicit/& in eo aliquid/q̃; in alio operaẽ/ut dactilus reſpicit pulmonem magis/q̃; hepar/& agaricus magis pectus/& colo quintida caput magis/q̃; aliud mẽbruꝫ. Tertia uirtus eſt potentia naturalis/qua effectum per formam occultam/ſiue ſpecificam in toto producit/ut uirtus/qua medicina eſt ſolutiua/& humorum eductiua/aut ueneni quomodocunque expulſiua, Sicuti eſt bolus armenus/& terra ſigillata.

Quatuor medicinaꝝ uirtutes.

Sed de reductione medinarum ad actum à calore noſtri corporis/eſt difficultas maior.An ab eo acquirant nouã qualitatẽ/uel potentiã/uel nouã formã.

Auerroes 5.coll'5.cap.3.dicit/ꝙ quemadmodum cibus conuertitur in chilum/ ſanguine/humiditatem innominatã ⁊ cãbium/& tandem in partes materiales humani corporis,ſuccedẽtes loco partium reſolutarum/ ſic conuertitur & medicina.Dicit ſecũdo/ꝙ ſicut cibus temperatus dicitur,qui per ſuam uirtutem/& ſuam præparationem habet/ut in corpore temperato conuerta-

tur ad humiditatem ſimilem humiditati radicali quæ eſt in membro conſimili/ita & medicina temperata. Sed differunt/quia medicina temperata nõ habet uirtutem reſtaurandi partem æqualem quantitati rei/quæ diſſoluta eſt ex corpore/& propterea nõ poteſt homo nutriri ex temperata medicina/& ſi comedat ex ea/quãtum comeditur ex cibo: dicit 3. de medicina diſtemperata, ꝙ illa medicina dicitur calida, frigida, humida, uel ſicca, quia conuertitur in chilum, ſanguinem, humiditatẽ innominatã, & cambium, & partes materiales corpis, calidiores, frigidiores, hũidiores, uel ſicciores chilo, ſanguine, hũiditate innominata, cãbio, & ptibus materialibus hominis temperati.

Sed ut dicit Iacobus de partibus licet hæc opinio apparentiam habeat in medicinis cibalibus, & maiorem adhuc in cibis medicinalibus, ipſa tamen in omnibus medicinis uerificari non poteſt, patet enim, ꝙ aliquæ medicinæ poſt ſumptionem, ſtatim calefaciunt, ut zinziber piper, & aliquæ ſtatim infrigidant, ut opiũ, mandagrora, iuſquiamus, non tamen ſtatim conuertuntur in chilum, cum cibi temperatiſſimi, & obedientes naturæ, plures horas requirant, priuſq; chiloſentur. Sed ſi bene uerba conſiderentur, non uult Auer. medicinam conuerti in chilum & ſanguinem quẽadmoduz & cibus, niſi ſit medicina cibalis, & ꝙ medicina diſtemperata dicatur calida aut frigida, quia in chilũ aut ſanguinem calidiorem aut frigidiorem temperato cõuertatur: ſed quia in uentriculo à calore naturali in aliam conuertitur ſubſtantiam. Nam ſicut pars cibi per actionem caloris in ſubſtantiam aliquã corpore noſtro frigidiorem, ut in phlegma conuertitur, ita etiam & medicina diſtemperata poteſt in aliam formã actu frigidiorem corpore temperato conuerti.

Iacobus de ptibus, & Monachus 3. artis medicina-

lis cō,36.d.ꝙ medicina in corpore humano deducitur per actionem caloris in ea,non ad actum caloris, aut frigoris,ſed ad actum calefaciendi,aut infrigidandi in certo gradu ſecūdum aptitudinem medicinę/quam cōtraxit à propria cōplexione/& mixtura elementorum ad recipiendum dictum actum.Et ſic medicina dicitur potētia calida ad corpus hominis/nō reſpectu maioris caloris actualis/ad quem poſſit deduci/quàm habeat corpus/ſed reſpectu actus calefaciendi corpus/pluſq; ſit ex ſe calidum/nam licet medicina calefiat à calore corporis innato/tamen ipſa nō ſit calida calore actuali/ultra corporis calorem.Modo cum medicina calida cuiuſcuuq; gradus/ampliori calore nos calefaciat/q; à noſtro corpore calefieri poſſit/ipſa eſt deducta ad actum calefaciēdi corpus in primo/uel ſecūdo/tertio/uel quarto gradu ſupra corporis caliditatem/& non ad actū caloris aliquo gradu ſupra corpus/cuius rei, dicunt, ſignum eſt, quia medicina frigida, ad corpus humanum, cum actione caloris deuenerit ad actum infridandi/ calida inuenitur calore actuali ad tactum. Quòd ſi intelligeretur deuenire ad frigus actuale/& per id infrigidare/deberet inueniri frigida. Sed hoc falſum eſt/patet de opio/cum calefieri inuenitur in corpore.Signum etiaȝ eſt ꝙ medicina calida ad corpus hominis/ut Reubarbarum/in corpore calidiori,q; ſit corpus hominis/ſicut in corpore equi deducitur ad actum infrigidandi: ſed ſi à calore acquiſito à corpore diceret calefaciens/deberet Reubarbarū calefacere equum pluſq; hominem.Et declarant hoc exemplis.Nam color eſt obiectum uiſus,habens potentiam immutandi uiſum & non poteſt exire in actum, niſi prius actuetur lumine,& ſic lumen dat ſibi actum immutandi uiſum.Secundo uirtus uiſiua eſt in oculis formaliter,& realiter,ſed oculi actualiter uidere non poſ,

ſunt,

ſunt,niſi actuetur uirtus eorum per ſpiritum animalẽ. Itẽ naturalis potentia generãdi eſt in ſeminibus,nunq̃; tamen generant, niſi actuentur per uiuificum calorem ſolis.Sic ſimiliter ergo imagineris,quòd potentiæ ſeu uirtutes medicinarũ calidarum,& frigidarũ actuentur per operationem caloris naturalis in eas.Item & ratione ſic patet,medicinæ calefaciunt actu,uel infrigidant poſt operationem caloris naturalis in eas,ꝙ non faciebant ante,uel ergo recipiunt à calore naturali noſtri corporis uirtutem calefaciendi, uel infrigidandi, uel frigiditatem & caliditatẽ actuales in tali gradu,in quo reponunť,uel actum calefaciendi,& infrigidandi: non uirtutem,quæ eſt potentia ad calefaciendum, uel infrigidandum, quoniam hæc naturaliter ineſt eis, ante omnem operationẽ caloris naturalis in eas: nec caliditatem,& frigiditatem actuales in tali gradu,quia calor noſtri corpis eſt moderatus,non tranſiens ſcd̃m gradum.Ergo recipit actum calefaciendi,& infrigidandi,qui dependet à calore noſtri corporis, tam in eſſe, q̃; in cõſeruari.Et dicunt,ꝙ huius intentionis uidetur Auic.ſecũda primi,doc.ſecunda cap.15.dicens:Et cum hanc potentiã dicimus,uolumus dicere uirtutẽ cõſideratã per cõparationẽ caloris naturalis,quã noſtra corpora in ea efficiunt, qm̃ cum eius potitor.i.receptor illius uirtutis,uidelicet corpus medicinæ à calore innato, q eſt in nobis,patieť,accidet tũc in ea illud in effectu.i.accidet in medicina,ut ſit actualiter calefaciens. Sed hæc poſitio defendi non poteſt: quia medicinæ cũ actuatæ ſunt nõ agunt p uirtutes occultas: ſed p actuales uirtutes quæ ſunt in eis: quia à uirtute una ſimplici non poſſunt effectus oppoſiti fieri.mõ uidemus ꝙ medicina temperata unũ corpus calefacit & aliud infrigidat.ꝙ ſi dicant de Sole qui Æthiopem denigrat,⁊ cerã dealbat,Dicam quòd iſti effectus ſunt per accidẽs: quia

Sol immediate tm̃ calefacit,& per accidens rōne mate riæ reſoluẽdo humidum cutim indurat,& denigrat,& rarefaciendo ceram liquefacit.& ad id quod dicunt de colore:lumen facit oppoſitos affectus:qa albo dat diſgregare uiſum,& nigro congregare.Dico ꝙ hoc eſt reſpectu diuerſorum coloruꝫ:ſed oportet ꝓbare, ꝙ lumẽ actuando eundem colorem faceret oppoſitos effectus. Et ideo non eſt poſſibile quòd medicina poſſit per unã ſolam uirtutem oppoſita facere:ſed de medicina diffor mi ſecus eſt,ut de coriandro ꝙ exterius applicatum calefacit & interius infrigidat.Præterea ut teſtatur Auer. cap.21.ponunt Medici in medicinis quatuor uirtutes. Prima eſt quæ calefacit,infrigidat,humectat & c̃. Secun da eſt quæ reſoluit,ut in camomilla,& repercutit,ut in roſa.Tertia eſt qua medicina effectũ facit indeterminata corporis ꝑte,ut qua lapidẽ frangit in ueſica.Quarta eſt q̃ dicitur fieri à tota ſubſtantia.Ita ꝙ uolunt Medici tres primas actiones fieri ſm qualitates,ꝛ quarta à tota ſubſtantia. modo ſi uis ꝙ actio infrigidandi ſit ꝑ proprietatem,& non per actualem qualitatem,quę differentia erit inter primas medicinas & quartas?Bene.n. Medici concedunt attractionem fieri à proprietate,& de effectibus qui non ſunt reducibiles ad primas quali tates:ſed effectus qui ſunt reducibiles ad primas qualitates uolunt fieri per primas qualitates. Et ideo errant qui dicunt primam operationem fieri,non à qualitate, ſed à proprietate.nec iſta fuit Auicẽ.opinio,ut dicunt, immo uult Auicen.id qđ uult Gal.ut patet ſcđa primi cap.per eos adducto,de his quæ proueniunt ex his quę comeduntur,& bibuntur, ubi dicit ꝙ agens.ſua qualitate eſt illud quod calefieri ſolet aut infrigidari à calore noſtri corporis,& poſtq̃ fuerit ſic reductum calefacit ſua caliditate,aut infrigidat ſui frigiditate,taliter tñ ꝙ nihil ex eo nobis aſſimilatur,ita ut cedat in ſubſtan-

tiam noſtri corporis,& fiat pars eius.etiam ad argumẽ tum quãdo arguunt.medicinæ quæ agunt poſt operationem caloris in eas,uel recipiunt à calore uirtutẽ calefaciendi uel infrigidandi,uel frigiditatem aut caliditatem actuantem in tali gradu in quo reponuntur, uel actum calefaciendi.nõ uirtutem, quia hæc naturaliter ineſt eis ante operationem caloris in eas.nec caliditatẽ & frigiditatem actuales in tali gradu.hoc negatur.⁊ ad argumẽtum:¦Nihil dat quod non habet:ſed calor naturalis noſtri corporis non habet caliditatẽ in tertio uel quarto gradu.Ergo talem non dat medicinæ calidę.dicitur quod nihil dat quod nõ habet, & nihil agit ultra gradum proprium ex parte ſui:ſed ex diſpoſitiõe materiæ non prohibet:exemplum habes à Gal.de ligno pingui pinorum 3.de temperamẽtis in cuius extremitate, cum accenditur ignis,& ſi ualde paruus ſit,uelociter dilatatur.& de ſtercore colũbino 2.de membroruꝫ cauſis cap.2.ubi inquit.uidi ſtercus colũbinum putrefieri & ꝑ ſe ipſum nullo igne appoſito comburi.& ita conſtat,ꝙ medicinæ cum ſunt actuatæ agunt per actuales qualitates quæ ſunt in eis, & non per uirtutes occultas. & ita uoluerunt Galenus Auicen.& Auerroes.

Sed quãuis.medicina per actionem caloris naturalis noſtri corporis in eam deduci poſſet ad actum calefaciendi,& in gradu ſupra corporis caliditatem,tamen extraneum omnino uidetur concedere medicinam frigidam per eandemmet actionem,ut per calefieri à calore naturali,deduci ad actum infrigidandi.Ideo aliter dicit Gal.ꝙ medicinę frigidæ reducunť de potentia ad actum,à calore noſtri corporis, per hoc, ꝙ ipſæ diuiduntur in partes paruas,& acquirunt motum deforis, ita ꝙ calor naturalis hominis,nõ dat eis frigiditatem aliquã,quã prius non habebãt,ſicut medicinis calidis dat caliditatem, ſed diuidendo eas in partes paruas,

ſubtiliando,& aliquo modo calefaciendo,facit eas penetrare. Vnde infrigidant actu per frigiditatem, quam ante habebant,ſed quoniam ſua frigiditas erat quaſi reclusa,& ligata in corpore denſo ante operationem caloris in eas non poterant per eam infrigidare. Et ideo dicebantur frigidę potétia, Hoc eſt, quod Gal. uoluit 3. ſimpliciũ medicinarũ cap.19. dicés: Nam quæ poteſtate quidé ſunt calida, alterãtur eò duntaxat, ꝙ incaleſcant à nobis, atq; natura frigida, tum ꝙ comminuantur, tũ ꝙ adſcititium accipiãt motũ. Quum itaq; ipſis tanq̃ frigidis agere abſq; corporis patientis auxilio nó licet, iure poteſtate frigida dicuntur. Nam ut actu nos calefaciant, nó prorſum ex ſeſe obtinent. Verũ à nobis prius perpetiantur ut refrigerent oportet. Etenim in minuta conteri, & aduentitium motum accipere, affectus ſunt medicaminum. Obijciunt nonnulli. Primo, uirtus unita fortior eſt, ſe ipſa diſperſa. ergo ſi medicina frigida non poteſt actu infrigidare corpus, dum eſt unita, minus poterit infrigidare corpus, dum erit diſperſa, & in partes paruas diuiſa. Secũdo, Medicinę frigidæ ſæpe euomuntur, & egerunť, poſtq̃ corpus infrigidauerũt, & non reperiuntur diuiſæ. Dicendum ad primum, uirtus unita, & ſufficienter applicata circa ſuum paſſum eſt fortior ſe ipſa diſperſa: ſed uirtus medicinæ frigidæ non poteſt ſufficienter applicari circa ſuum paſſum, niſi diuidatur. unde ignis citius comburit ligna rara, quia ueIociter penetrat in eorum poroſitates, & per eas diffunditur. Sed lignis uiridibus groſſis applicatus, uix ea comburit, Et inde eſt, ꝙ Opium, & Iuſquiamus citius interficit ſuo frigore corpora calidiora, q̃ frigidiora, Et cũ uino miniſtrati, q̃ ſine uino, ut Gal. ait 3. ſimplic. cap. allegato. Dicũt ad ſ3 ꝙ quamuis medicinę frigidę, poſtq̃ corpus infrigidauerũt, quãdo euomunť, & egeruntur, continuæ ſint & non diuiſæ in paruas partes,

aliquid tamen ab eis uaporeum,& diuiſum ad arterias attractum eſt,priuſq; infrigident ſuo proprio frigore. Eſt autem hic attentione dignum ꝓpter Doctorum cõfuſiones,ꝙ medicina dicitur temperata reſpectu hominis temperati,& quia immediate conſeruat hominē tēperatum,& omnia eius mēbra: quia calorem quē recipit à membro corporis temperati, eundē in eo conſeruat,ut oleum roſatum,quod eſt medicina temperata,ſi uentriculo aut hepati applicetur caliditatem,quam ſumit conſeruat. Vnde Gal.2.de ſimplici medicina diſtinctione.3.cap.2.oleum quod dicit eſſe medicinaꝫ tribus aſſimilat,ueſtimentis,aeri temperato,& homini temperato alteri homini temperato applicato. Nam quemadmodum ueſtis calorem in omnibus mēbris conſeruat, & aer temperatus hominem temperatū quo ad omnes ſui partes.ſimiliter & oleuꝫ quod eſt medicina temperata,& quemadmodum homo temperatus applicatus homini temperato non conſeruat eum mediate,conſeruādo calorem & ſpūꝫ ſuper totum influentem,ut multi credunt:ſed immediate,ſimiliter ⁊ oleū. Sed contra dices,Si medicina habet conſeruare membra diuerſarum complexionum tēperati hominis,& ab eis ſuſcipere tot actuationes diuerſas: cur etiam nõ poſſunt diuerſi homines diuerſarum complexionum ab eadem medicina conſeruari?Secundo datur medicina calidior & frigidior actualiter temperata.ergo datur medicina actu tēperata.ergo medicinæ temperatæ nulla erit pars altera calidior. Ad primū , quia experiētia conſtat ꝙ oleum roſatum applicatuꝫ calido infrigidat,& frigido calefacit. Ideo dico ꝙ licet medicina tēperata poſſit à diuerſis membris diuerſam actuationem:nõ tamen pōt quācunqꝫ uarietatem ſuſcipere:unde medicina tēperata bene ſuſcipiet tantam caliditatem quāta eſt in corde temperati hominis,ſed non ſuſcipiet tantam quanta eſt in

corde. Et ideo cor cholerici infrigidat. & ideo non ſeq tur. medicina iſta poteſt ſuſcipere caliditatem tanti gra dus, ergo poteſt recipere quãcunq; caliditaté cuiuſcũq; gradus. Ad ſecundum. ſi de medicina temperata diffor= mi intelligas, conceditur conſequens. ſi de uniformi, ne gatur conſequentia. ſequitur ex his, ꝙ ueſtis non calefa= cit per accidens, ut multi dicũt, ſed per ſe ex ſua natura per calorem qui eſt in ea, ut Gale. dixit 3. de ſimplici me dicina cap. p̊, ſicut oleum, & multæ aliæ medicinæ quę nos calefaciunt per calorem à nobis acquiſitum.

De ſangninis miſſione. Caput 20.

POST hæc de miſſione ſanguinis dicen= dum, ut ſcias quãdo per eã eſt euacuãdũ, quãdo diuertendum, quo tẽpore, per quã uenam, & quãtum. Ponit Gale. regulã uni uerſalem, in omnibus membris ſeruandã in tractatu de miſſione ſanguinis cap. 9. & 4. Methodi cap. 6. & 11. cap. 14. quã accepit ab Hippo. 4. de rõne ui= ctus in morbis acutis textu. 19. ibi. acutas paſſiões ſi ue= hemens fuerit morbus ꝛc̃. Et eſt, cum morbus magnus eſt & uires permittant & ętas ſit ultra. 14. annum, mitti debet ſanguis. Et ſi alterum horum defuerit, nũquã. per morbum magnum intellige, uel iam factum, uel futurũ magnum. & tripliciter dr̃ morbus magnus, dicit Gale. 4. Methodi, aut quia in membro eſt nobili, ut ſi in capi te, uel hepate, & ſi paruus ſit, tamen rõne nobilitatis mẽ bri dicitur magnus: aut quia ĩ ſe eſt magnus, ut uulnus longum latum ꝛ profundum: aut ob ſui malignitatem, ut febris peſtifera, & morbus mali moris, ut morbus in iunctura uel loco neruoſo, ad quẽ ſequi ſolent ſpaſmus & mala accidentia. Sunt ergo, dicit Gale. hæc tria ueri ſcopi detrahendi ſanguinem, magnitudo. ſ. morbi, ætas ultra. 14. annum, & uirtutis robur: quoniam his tribus

exiſtentibus,ſemper mittendus eſt ſanguis,& altero deficiente,nunq̃.Et duæ ætates ſunt quæ nõ ſuſtinent ſanguinis detractioné,dicit Galenus,pueritia.ſ.& ſenectus: ſed ſubdit.4.de ratione uictus,ꝙ in ſene nõ emittimus ſanguinem,quia annoſus ſit,& ratione ætatis:ſed quia eſt eius uirtus debilis: Nam in ſene,etiã ſeptuagenario, ſi uirtutem habeat fortem, & morbus ſit magnus, ſanguinem mittimus, iuxta illud Galeni in de miſſione ſanguinis cap.adducto.Si magnum fore morbum expectamus,aut iam p̃ſens eſt,aut incipit,uenam tundemus uirium habita rõne tantũq; ex oratiõe exemptis pueris. & illud in cap.13.Didiciſti,aut uehementi pulſui cũ ęq̃litate,tanquã minime fallaci uirium robuſtarũ ſigno, fidem habere:ex abundanti autem & magno.itaq; & ſeptuagenariis, mõ dicti adſint pulſus, ſi affectus iubeat uenam ſecabis,ſunt enim quidam & in hac ætate multi ſanguinis,uireſq; habent robuſtas, ſicuti alii ſicci,& pauci ſanguinis,& facile areſcẽtes qua uis p̃te percuſſa. itaq; nõ numero ſolũmodo animum aduertes,qđ quidam faciunt:ſed & corporis habitui. nam ſunt qui.60. ætatis anno uenæ ſectionem nõ ferant, cum quidã qui ſeptuaginta nati ſunt annos perferant. uerũtamen minus his utiq; detrahes,etiam ſi eandem habere affectionem quã florẽs corpus appareat.In iuuenibus etiam,in q̃bus ętas floret, non ſemp̃ mittimus ſanguinẽ: q̃a non ſemp̃ eſt uirtus fortis,& ſi non rõne ætatis emittimus, uł nõ mittimus ſanguinẽ.Et ideo dicebat Gal. Author in.4 de rõne uictus ĩ morbis acutis nõ debuiſſet dicere ſolum ætatem floridam.i.iuuentutis:quia etiam in adoleſcenti,& conſiſtenti ætate,media inter iuuentutem & ſenectutem,ſanguinẽ mittimus, modo ſit uirtus fortis,& morbus magnus.nec illa duo ſufficiũt,dicit Gal.ſ. morbi magnitudo & uirtutis fortitudo:q̃a in puero q̃ 14.annum nõ attingit,licet ſit uirtus fortis. & morbus

quãtum uis magnus, nunq̃ eſt mittendus ſanguis: qm̃ qui inſitam & naturalem habẽt euacuationẽ detractione ſanguinis non egent: eorũ enim ſubſtantia ob ingẽtem caliditatem & humiditatem quotidie euaporatur: ſed oportet addere, ętatem ultra. 14. annum. Ideo Gale. in de miſſione ſanguinis cap. 9. dixit hæc tria eſſe cãs contentiuas in miſſione ſanguinis, magnitudo ægritudinis uel præſens uel expectata, ætas ultra. 14. annuȝ. & robur uirtutis, & ꝙ nihil ex toto poteſt ꝓhibere ſanguinis miſſionem, niſi alterum horuȝ defecerit. Debet autem hæc regula intelligi, mõ non fiat euacuatio alia à natura: qm̃ natura non eſt impediẽda: etiam in pueris ob hoc non mittimus ſanguinem, ut dicebat Gale. 4. de ratione uictus cõmen. 19. & 11. Methodi cap. 14: & 9. cap. 5. eorum enim plurimũ corporis ſubſtantię natura quotidie defluit, ac digerit. Ideo Gale. 4. de rõne uictus in morbis acutis cõmen. 117. ait fluente aluo, ſanguineȝ non detrahes: nam ſi poſt detractionẽ perſeuerat fluor, uirtutem ꝓſternit. & inquit. 9. Metho. cap. 5. ſi tempore mittendi ſanguinẽ, menſes moueri contigerit, ſiue etiã ora uenarum ſanguineȝ fundere ſolita ſint recluſa, ſi in ſpecto fluentis ineptu, ipſe ſatis fore uidebitur qui ſolus quod requiris uacuet, naturæ rem pmittas, ſin minus, tantum ipſe detrahes quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod poſtulas. ſed dubium eſt: quouiã uidetur in dictis Gale. cõtradictio: Nam ut dictũ eſt in tractatu de miſſione ſanguinis cap. 9. dicit, ꝙ tantum illæ tres conditiones ſunt quę indicant de miſſione ſangninis facienda, uel nõ facienda. ſ. morbus magnus, uirtus fortis, & ætas ultra 14. annum, & quòd nihil aliud niſi altera iſtarum poteſt ſanguinis miſſionem impedire, & ꝙ alia, utputa aer, tempus ſi ſit æſtas uel hiems, natura, conſuetudo, non indicant de miſſione ſanguinis faciẽda uel ne, ſed tm̃ de quãtitate maiori uel minori mittẽ

da: quoniam ſi ſit aer ualde calidus, aut ualde frigidus, minus ſanguinis mittimus. & tamen 4. de ratione uictus cōmē. 19. in fine ex 11. methodi cap. 14. ait, ꝙ ſi fuerit aer ualde calidus & ſiccus, omnino à ſanguinis miſſione abſtinuendum. ſoluitur contradictio hoc modo. cuꝫ Gal. in tractatu de miſſione ſanguinis dicit, ꝙ nulla alia cā poteſt miſſionem ſanguinis impedire, niſi altera iſtarū triū, intelligit, ꝙ nulla alia per ſe ſola præter illas tres: ſed cum dicit in 4. de ratione uictus, ꝙ diſpoſitio aeris poteſt hoc impedire, per diſpoſitionem aeris tria intelligit, regionem. ſ. tempus anni, & ſtatum cœli: unde. 9. Methodi cap. 5. ait uoco cœli ſtatum ipſam ambientis nos aeris temperiem, ſub qua, & anni tempus, & regio comprehenditur. & ſic multa poſſunt impedire ſanguinis miſſionem, ſi ſimul iungantur: ut Gale. aperte indicauit. 11. Metho. ca. 14. his uerbis: Si enim cuius ſanguis mittitur triginta annos natus ſit, ſed laxus & mollis, & pinguis & albus, ac gracilibus uenis, huic aut planè ſanguinem non mittes, aut parum detrahes. & oīno quidē non mittes in tēpore æſtatis, & regione aſtuoſa, & cœli ſtatu calido ac ſicco parum detrahes in reliquis, tum anni temporibus, tum regione, tum cœli ſtatu. & dixit in primo de febribus ad Glauconem de cura febriū cuꝫ accidentibus. ſi regio & ſtatus cœli in qualitate inuicē conueniant, ut puta ſi ſit regio calida, & ſtatus cœli calidus, non poteſt ſanguinis fieri detractio. ſi autē non cōcurrant hæc ſimul: ut ſi ſit regio calidiſſima, & tempus anni non ſit calidum, ut in hieme, aut regio frigida, & tempus calidum, ut in æſtate. tunc ſanguis poteſt auferri: ſed in minori quātitate, ꝗ̄ ſi omnia eſſent tēperata. Et ideo iſtæ cauſæ non omnino impediunt, niſi ſimul iungantur: & ratio eſt, dicit Galenus, 9. Methodi prope finem, quoniam ſimul iuncta ob nimiam caliditatem & ſiccitatem notabilis per cutim ſit euacuatio. ſunt etiam

multa alia,ut dicit Gale.in tractatu de miſſione ſangui-nis,quæ indicant de minore quãtitate ſanguinis mittẽ da,& non ex toto prohibent, ut complexio cholerica, ꝯſuetudo,habitus reſolubilis, morbi accidentia: ut do lor,uigiliæ,ſpaſmus.qm̃ aliquid ꝓ accidente ſeruandũ ẽſt;nam dolor & uigiliæ corpus reſoluunt. Et ꝓpterea dixit Auic.quarta primi cap. de phlebotomia. ſi febris putrida non fuerit fortis inflãmationis,ꝑ attende decẽ res & ſint repletio.uirtus, complexio, accidentia,figu-ra,ætas,tempus,diſpoſitio aeris & regionis,cõſuetudo euacuandi,⁊ ars.Secundo inſpice urinam.Et dixit in.2. Canticorũ.in omni euacuatione ſanguinis ſunt decem obſeruanda,quę ſi non poſſint ſeruari, reguletur tamẽ quãtitas & mẽſuretur ſm̃ exigentiã eorum. quorũ pri-mũ eſt laudabilis diſpoſitio accidentiũ.& ſcõm ut ſint morbi de repletione.& tertiũ ætas à iuuentute uſq; ad ſenectutem.Et quartum cõſuetudo euacuandi. Et quin-tum conſiſtentia uirtutis;Et ſextum tempus aeris uel au tũni. Et ſeptimum ꝙ locus quẽ inhabitas æqualis ſit in omnibus & temperatus.Octauum ſimiliter tempus prę ſens.Et nonum ꝙ patientis cõplexio ſit calida & humi-da.Et decimum ut corpus bonę habitudinis ſit, & bene carnoſum:nam per decẽ res nominatas ſcies ſi patiens ſit phlebotomiæ capax, & per quãtum. & per eius uri-nam, ſcies ſi in eo ſint humores ꝓpter quos phleboto mia egeat.Et licet multa ſint,quibus cognoſcimus quã do plus & quãdo minus de ſanguine mittendum ſit: tñ quãtus certe ſanguis ſit mittendus:nõ poteſt ad unguẽ ſciri:Certa enim euacuationis quãtitas ſcribi non põt, ut Galẽ.dixit,in de miſſione ſanguinis ca.14.cholerę.n. euacuatiuũ pharmacũ certe ſcimus: quãtum autẽ opor teat dare firmiter neſcimus. Et ideo cap.12. dixit. nihil æquæ artem medicam in agendo coniecturalem efficit uti cuiuſq; remedii quãtitas.etenim cum frequenter cõ

pertum habeamus tẽpus inſtare exhibendi, aut cibi,aut potus,eiuſq; aut calidi,aut frigidi:quãtum tamen dandum ſit certo non nouimus.Idem in purgãtibus medicinis:nã quod laboranti prębendum ſit medicamẽ,aut bilem,tum flauam,tum atram,aut pituitam,aut ſeroſu; excrementum euacuans exacte nouimus: cæterum quãtum pberi debeat neſcimus.& ppterea habet Auic.quarta primi,ꝙ in oĩ febre melius eſt infra ſubſiſtere in phlebotomando. dicẽs ꝙ in febre quæ nõ eſt cum putredine,ut in ſynocha minoratio fiat.ſ.phlebotomiæ ab ea quæ ducit ad ſyncopim, ut ad reſoluendũ febrẽ in corpore de theſauro relinquatur.modo ſi in quo magis uidetur in eſſe & nõ ineſt.ergo nec in quo minus:ſed magis uidetur ꝙ in febre ſine putredine fiat phlebotomia copioſa,& non fit,ut dicit hic Auic.Ergo nec in aliis febribus:ſed erit in omnibus infra ſubſiſtendũ. & ſi opus fuerit partienda eſt phlebotomia, & maxime in quibus uirtus nõ eſt fortis, iuxta illud Gale.in tractatu de miſſione ſanguinis cap.12.Quapropter pſtat niſi quid urgeat priori miſſione minus detrahere iterũq; eam repetere:immo ſi lubet,& tertio.ubi ergo multa euacuatione eſt opus,uerum uires ſunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit:ubi nimirum & me feciſſe uidiſtis in his quibus crudorum inerat humoru; copia. nam pauculo ſanguine detracto protinus melicratum exhibeo probe coctum cum incidentium medicaminũ copia,ueluti hyſopo,origano, & interim etiam nepita, aut pulegio,aut certe ũc melicrato,oximel,oxigiyci,ac ſic rurſum ſanguinem minuo,uel ipſo eodem nonnũq; die:iterum die poſtero,in quo rurſum exhibito ppoſitorum medicamentorum copiã,iterum de ſanguine qd aufero:ac rurſum tertio die ſimil'r bis.& ppterea dixit Auic.prima quarti cap.de curatiõe in uniuerſali putridarum.Conſiliu; meum in phlebotomia eſt, ut dimit-

tatur quãtum eſt poſſibile: ſi aũt non eſt poſſibile, tunc melior eſt multiplicatio nũeri q̃ quãtitatis, i. ſi non eſt poſſibile ſalua ęgri ſalute, & ſaluo recto proceſſu medẽdi dimittere phlebotomiam, tunc tutius eſt diuerſis uicibus, quaqua uice modicum ſanguinẽ minuere, q̃ unica uice magnam eius quãtitatem detrahere: quia ad uirtutis ſuſtentationẽ, oportet ut non multus ſanguis ſubito euacuetur, qui naturæ eſt theſaurus, & unum ex fundamentis ſuę fortitudinis: qm̃ ob euacuationem multi ſanguinis de eo cuius euacuatio nõ eſt neceſſaria. ¶ magna ſpirituũ multitudo, & magna pars ſanguinis non corrupti, ꝛ pcipue in putridis non ſanguineis. Attende etiam ſm Auic. quarta primi. ꝙ uenæ quãdo phlebotomantur, ut ſanguinis fluxus ex naribus, matrice, ano, & pectore, & etiam undecũq; fluat ꝓhibeatur, oportet ut phlebotomus in ſua cuſpite ſit uehementer ſtrictus, ut per foramẽ quod ipſi uenæ infert, paucus ſanguis exeat & pauci ſpiritus, & reſeruetᷣ uirtus, & ꝙ ſint uices multæ non in una die, ſed in die poſt diẽ, ut ſpatio intermedio, quiete, cibo, ꝛ potu conuenientibus corpus reficiatur, & uices phlebotomiæ facilius tolerẽtur: niſi cauſa fuerit magnę neceſſitatis, ut quãdo ſanguis fluxus perſeuerat ſine intermiſſione cũ uehementia. ꝛ quacũq; uice phlobotomia minoretur quãtum fuerit. i. gradatim minorando in ſuis uicibus procedat, ſic ꝙ prima uice maior q̃ ſecũda fiat, & ſcda q̃ tertia, ut per hoc ſeruetᷣ uirtus quæ continue debilitando procedit, & ad ſũmũ, inquit, melius eſt ut uices dictæ phlebotomię ſint multę, q̃ ut ipſius quãtitas ſit multa. Attende tamẽ de ſpaſmo ꝙ quis febrem ſequitur acutam, ut plurimũ ex inanitione fit, ꝛ talis eſt incurabilis, phlebotomia non indigẽs, iuxta illud Gale. 2. aphor. cõmẽ. 26. Si ex febribus adurẽtibus corpus exiccetur, & neruus, deinde ex ſiccitate cõcuſſio accidat, hoc maximum eſt malum, ꝛ pene inſana-

bile.&.12 Metho.in fine.Scire náqȝ licet eiuſmodi affe-ctum curatu perdifficilẽ eſſe,uel potius qui curari omnino non poſſit,ſi febris occaſione eſt ꝯtractus. ⁊ quádoqȝ febris inducit ſpaſmũ de repletiõe qui non tanti ẽ periculi,ut dicit Auic.ſcđa tertij cap.5. qui fit quandò febris facit currere materias in neruis & lacertis, ⁊ proprie quãdo corpus eſt plenum.& de iſto ſpaſmo loqués quarta primi cap.de phlebotomia dicit: in febribus q-bus aduenit ſpaſmus minoreť phlebotomia. ex his patet ꝙ à plenitudine ſeu ſanguinis multitudine,ſumenda non eſt indicatio de ſanguine mittẽdo, ut dicebat Gal. 4.de rõne uictus ĩ morbis acutis ꝯ̃ Menodotũ Empiricũ,q uolebat,ꝙ pletorica ĩ Syndrone indicãt de ſanguinis miſſione:cũ plenitudo nõ ſit ſcopus indicãs de ſanguie mittẽdo uľnõ mittẽdo:ſȝ tm̃ illa tria q̃ dicta ſunt: nã & plenitudine nõ exñte in uehemẽti dolore uenã ſecamus,& cũ ps aliq̃ tracta fuerit, uel os ex loco pulſuũ ſit,uel alius quiſpiã articulus cõtractus & reductus ſit, ne materia illuc fluat,& apoſtema faciat.etiam in morbis frigidis ut peccant humores crudi ⁊ pituitoſi,& nõ ſanguis emittemus in principio,ſanguinẽ, modo morbus ſit magnus,& ætas & uirtus conſentiant,ut.13.Methodi non longe à fine de lethargo dixit Gal.& Paulus de Cathoco . Phlebotomãtur interdum etiam uenæ ex oppoſito in ſuperfluo ſanguinis nariũ fluxu, ut ſanguis ad oppoſitum ſui motus retrahatur. Hæc enim phlebotomia dicit Auicẽ.quarta primi,eſt efficax medicamen in reſtrictione fluxuũ ſanguinis immoderatoruȝ, iuxta illud Gale.in tractatu de emiſſiõe ſanguinis ca.11.Sectę in cubito enim uenę mulierum reuellere purgationem aſſolent.Porrò quæ ex mulieribus albidiores ſunt,ſanguinem aceruare tenuẽ ſolent:quo circa adhibitis malleoloꝝ ſcarificationibus maxime iuuãtur. atqȝ quæ nigriores ſunt,ſecta uena curato:craſſioreȝ enim ſangui-

nem, ac magis melancholicum colligunt, magis uero etiam, ſi magnas habere uenas appareant: quod illis accidit, quæ graciliores ſunt, ac nigriores. carnoſis uero & candidis paruę inſunt uenę: quibus malleolos ſcarificare q̃ uenam ſecare, ꝓſtiterit: quippe cum hę paruas in cruribus uenas habeant. Itaq; etiam ſi probe ſecent quod iuſtum tamen ſit, non profluat. cæterum non cõtẽnenda uenæ ſectio eſt, tãquã non ſit auxilium reuulſionũ, cum me ſæpenumero conſpexeritis in ualida ſanguinis ex naribus eruptione eo uſum repente fluxiones ſedaſſe. Hæc tamen phlobotomia diuerſiua in fluxu ſanguinis exceſſiuo nõ debet fieri uirtute deiecta, ſ; prius q̃ deijciatur, ut ibi notat Gal. & ob hoc. 4 Metho. cap. 6. admiratur Gal. diligentiam Hippoc. cum poſuerit regulam uniuerſalem de quacunq; ſanguinis miſſione in quocũq; morbo fienda uel non fienda. ⁊ ita in morbis frigidis, ſicuti in oĩbus alijs, ut ſubeth, lethargia, ꝯgelatiõe, ſtupore, apoplexia, dolore capitis à mã frida. q̃n adſunt iſtę tres ꝯditiões, ſemp ſanguinẽ emittere debem⁹. & addebat Gale. 4. Methodi ꝙ magnitudo morbi non ſolum indicat de phlebotomia, ſed etiam de pharmacia danda. Et hoc accepit ab Hippo. 4. de ratione uictus in acutis. 21. textu, ubi dicit ꝙ in omni morbo magno præferenda eſt ſectio uenæ, ſi uirtus & ætas conſentiãt: ꝙ ſi non ſufficiat hoc. ~ non curetur morbus ex ſola ſanguinis miſſione, & i .ictus ſit humor aliquis in ipo corpore ꝑdominans. debemus pharmacum dare ꝙ mediocriter ſoluat. Sed dices, materia cruda nõ debet euacuari, neq; moueri niſi turgeat, prima aphor. 22. modo poſt ſanguinis miſſionẽ materia eſt cruda, quia adhuc ſumus iu principio. Item ſi phlebotomia pharmaco ꝑmittatur, loco ſanguinis educti ſuccedent humores mali, partim à uacuo, ꝑtim à natura tracti. & ſic uenæ malis humoribus replebũtur. Tertio, tu dicis ꝙ in lethar-

gia,& in omni morbo magno ſemper eſt indicatio de emiſſione ſanguinis,& aliqñ etiã de pharmaco exhibendo,& ꝙ quãdo ſtat ſimul indicatio de utroq;, ſemp eſt ſanguinis miſſio ꝑferenda:Et tamen oppoſitum uidetur dicere Auic.quarta primi cap.4.ubi dicit.Cu; minutio neceſſaria fuerit,& uētris ſolutio ex aliquo quod ſit ut elleborus & medicinæ uiolentę,à minutione incipiendum eſt:quoniã hoc eſt ex ꝓceptis Hippoc.in lib.Epidi. & eſt ueritas.Et ſimiliter ſi humores fuerint phlegmatici cum ſanguine mixti,ꝙ ſi uiſcoſi & frigidi fuerint,fortaſſe minutio,groſſitudinem & uiſcoſitatem eis augumentabit.Incipiendum ergo erit à ſolutione uentris & ad ſummũ ſi humores fuerint æquales,ꝓmitte minutionem,& ſi poſtea humor ſuperabundauerit,euacua. ꝙ ſi ęquales non fuerint,in primis ſuperabundantē euacua. humorem,donec æquetur,poſtea minue. Quarto dubitatur:qm̃ in his morbis ubi peccant humores crudi multi ſunt qui non mittunt ſanguinem, ut Raſis,Auēzoar, etiam Meſue cap.de cura lethargi non mittit ſanguinem,niſi materia faciens lethargiam fuerit admixta ſanguini,⁊ dominetur ſanguis. Quinto his tribus ſtãtibus,magnitudine morbi uirtute,& ætate cōſentiente, tanta poteſt eē cholerici aut phlegmatici humoris multitudo ꝙ impedit ſanguinis emiſſionem: ob hoc enim Auicē.quarta pri.cap.de miſſione ſanguinis dixit.Caue ne ægrum ad unam duarum perducas rerum.ſ.humoꝝ cholericorum ebullitione;,au t frigidorum cruditatē. Dubitatur.6.Hippo.6.Epidi.particula.3.textu ulti.dicit In expuentibus ſanguinem aliquando ſecamus uenam, aliquando non,& tria ſunt quæ in his ꝓhibent ſanguinis miſſionem,ut hora,pleuritis,& cholera.ergo cholerica ægritudo,& ſi morbus magnus ſit, pōt ſanguinis miſſionem prohibere.non eſt ergo regula iſta uniuerſalis.Septima eſt dubitatio.;Gal.de cura heriſipelatis,lo-

quens.14.Methodi prope principiũ,dicit ꝙ ſtãte plenitudine corporis non eſt tutum repercutere, & quòd uti debemus medicamento quod bilem trahat, & non ſanguinis miſſione: & tamen heriſipela magna eſt morbus magnus.igitur non ſemper ſtantibus illis tribus,eſt ſanguis mittendus,cuius oppoſitũ dictum eſt. Octauo in febribus arſiuis uehentis inflãmationis, ut in cauſonicis phlebotomia eſt uitanda,ut dicit Auic.p̃ma quarti tract.2.cap.de cauſone, & q̃rta primi cap.de phlebotomia:quia inflãmatio uehemens multum de ſpũbus & ſanguine reſoluit,ꝛ phlebotomia addit in reſolutionẽ. Nono ſi phlebotomet̃ baſilica in febre tertiana,cuius antecedẽs cauſa eſt cholera ſanguini in uenis cõmixta, & in parte digeſta,materia minuetur,& natura ſuper reſiduo fiet potentior,ut ipſuʒ reſoluat uel prius maturet & tamen tertiana febris non eſt morbus magnus:ſed toto genere piculo carens.4.apho.apho.53.Decima eſt dubitatio.dicit Auic.cap.de phlebotomia,ꝙ cũ diſpoſiti ad ſciaticam,podagraʒ fortes,& artheticam ſanguineas,epilepſiam,apoplexiam, & melancholiã cum ſanguinis multitudine,& ſcynãtiam , ꝛ ad apoſtemata interiora,in eas inciderint,in earuʒ principio phlebotomia penitus dimittat̃:quia humores ſubtiliat,ꝛ eos per corpus fluere facit.& ſano ſanguini eos admiſcet. Item in eodem cap.dicit.Si tremor in principiis febrium fuerit fortis, tunc tibi à phlebotomia cauere debes. Item prima quarti de cura uniuerſali febriũ. Cum poſt ponit̃ phlebotomia à principio ægritudinis, nõ amplius eſt intentio ad illam.Dubitatur etiam,Hippo.2.de ratione uictus in cura pleuritidis dicit, Si dolor ad clauiculam aſcendit,interna cubiti uena eſt ſecanda:ſi uero deſcendit uerſus ſceptũ tranſuerſum & hypochondriũ,uentrẽ uel nigro ueratro , uel peplio purgare oportet. Idem dicit & Gale.iu cõmento.&.6.aphor. cõmen.5.ergo nõ

ſempe r

ſemper morbus magnus indicat de ſauguinis miſſione. dubitatur.14.in omni putrida ſecanda eſt uena, iuxta illud Gale 11.Methodi cap.15.Saluberimuꝫ eſt in febre uenam incidere,non continuis tantū,uerū & omnibus quas putreſcens humor concitat,ubi pſertim,nec ætas, nec uires prohibēt.& illud Raſis.17.Continētis.ſi in febre putrida uirtus fuerit fortis minutio fiat ſtatim:impoſſibile enim eſt ꝙ in principio uirtus ſit debilis niſi in corporibus extenuatis.Ergo non ſolū in morbo magno fieri debet ſanguinis miſſio:multotiens ſauguineꝫ mittimus uirtute nō conſtante,ut habemus ab Hippoc. & Gale.in.4.de rōne uictus in morbis acutis à.23.textu uſqꝫ ad.25.ubi de apoplexia loquēs dicit.ſi quis obmuteſcat repente ex uenarum repletione,& earū occluſione,ſecanda eſt uena brachii interna auferendus eſt ſanguis,habita ratione ab habitum corporis, & ad ætatē, & non dicit ad uirtuteꝫ:qm̄ in tali caſu nulla eſt uirtus apparens:nam uirtus ex pulſu cognoſcitur ſenſu & motu:ibi autē nullus eſt pulſus,neqꝫ ſenſus & motus, neqꝫ per habitum ibi intellexit uirtutem ipſam,ut dicit Gal. & ſic remanet difficultas,ꝙ etiam non conſtante uirtute mittimus ſanguinem.;Dic ad primū,ꝙ poſt ſectionē uenæ damus pharmacum non ut educat materiam quę facit morbum.ut in lethargo,quæ eſt in capite:quoniā illa eſt cruda ⁊ uiſcoſa:ſed ut materia euacuetur in iecore exiſtens,ſtomacho.uenis,& reliquo corpore,quæ aliquo modo eſt concocta.Nec damus pharmacum quod agitet corpus,ne materiā phlegmonis agitet,& eius cōctionem impediat.& ob hoc dicebat Hippo.pharmacum ſecure,& mediocriter porrigendum.Ad ſecūdum. ſi in indigente phlebotomia & pharmacia repletio humoruꝫ fuerit in ſtomacho,meſaraicis,uel inteſtinis,qui educi ualeāt medicina lenitiua,talis medicina eſt phlebotomiæ,& præſertim magnę pferēda,ne dicti humo-

res trahantnr ad uenas loco ſanguinis ꝑ phlebotomiã educti.& id probat argumentũ.Item ſi inteſtinis repletio fuerit eſt fecibus rẽtentis & induratis,ante phlebotomiaꝫ,feces ſuppoſitorio,cliſteri leui,uel medicina lenitiua educendæ ſunt,ne uenæ inanitæ per phlebotomiam malas humiditates à fecibus retentas ſugant.Iteꝫ ſi uẽtriculus egẽtis phlebotomia & pharmacia faſtidiũ patitur ex recenti cibo,phlebotomia non eſt facienda, donec cibus ille digeſtus fuerit, uel uomitu eiectus, ne crudus in locum ſanguinis trahatur ad hepar & uenas. Et ꝓpterea Auic.quarta primi cap.de phlebotomia ꝓhibet phlebotomiam fieri in repletione ſtomachi ⁊ inteſtinorum ex fece,& in habentibus nauſeatiuaꝫ ſaucei tatem.& hoc accepit à Gal.9.Methodi.cap.5.ita dicẽte, Si præcedat ciborum cruditas:tanto tempore differre uenæ ſectionem iubebis,quãto ſatisfacere,tum ad eorũ concoctionem,tum ut excrementa deſcendant uidebiť. Poſſet tamen tanta eminere neceſſitas, ꝙ phlebotomia illico fieri deberet,ut in eminentibus periculis ſuffocationis,uel uenaruꝫ crepaturæ,uel malignæ putredinis, & in caſibus ab alto,⁊ contuſionibus uehementiſſimis, ne locus contuſus apoſtemetur:in indigentibus autem phlebotomia & pharmacia atthahente ob eductionem humorum in uenis contentorum,phlebotomia p̃ferenda eſt forti pharmaciæ. Pro tertio attẽde quid ſit plenitudo,quã Græci πληϑωρὰν uocant, & quid κακοχυμία. Gal.3.de tuẽda ſanitate uerſus finem,&.13. Methodi nõ lõnge à principio dicit ꝙ pletora eſt humoꝝ ęqualiter ſe habentium redundantia.⁊ cacochymia eſt uitioſi humoris copia.⁊ lib.2.de compoſitione pharmacorũ ſm locos non lõge à principio dicit ſit pletora ex quatuor humoribus ꝓportione auctis,aut ſolo ſanguine:& cuꝫ aliquis aliorum humorum adauctus fuerit,qui ſunt pituita,flaua bilis,& atra,eiuſmodi incrementum,nõ ſim

plicitér plenitudo dicitur,ſed cum adiectione,ut pituitæ plenitudo,aut flauę bilis,aut nigrę.fit ergo pletora, non ex uitio unius humoris:ſed quãdo omnes humores æqualiter augẽtur,uel ferè æqualiter:quia etiam eſt pletora,quãdo cũ humore uno dominãte ſimul eſt ſanguinis abundantia.& ita pletora eſt altero triũ modorum,uel cum ſanguis ſumptus pro quarto humore eſt auctus,uel cum oẽs humores.i.maſſa ſanguinea æqualiter eſt aucta,uel cum non æqual'r,ſed ferè ęq̃liter oẽs humores ſunt aucti.Hanc ſententiam ſcripſit Gal.in tractatu de plenitudine prope finẽ his uerbis. Species plenitudinis,cum in totum corpus æqualiter humoribus diffuſa fuerit,extenſaq;,hoc mõ diſtinguendæ ſunt. Rubicũda ſi qdẽ ſanguinis plenitudo eſt, ſubpallida uero, flauę bilis,albeſcit ſupra nãlẽ habitũ pituitę plenitudo, quẽadmodum nigreſcit atræ bilis. Porro in ſingulis q̃ cõmemorauimus, ſanguinẽ ſimul coauctũ eẽ oportet. Naʒ ſi pallida bilis,& flaua nominata,aliquãdo ſuperauerit,ut in regiõ morbo elaborantibus,non adhuc plenitudo,nec pletorica diſpoſitio,ſed uitioſus humor cacochymia Græce dicit̃,huiuſmodi affectus eſt.Hoc pacto in atra bile & pituita dicendum eſt. Vbi uero ſicut antea diximus uel grauitas uel tumor ſupra naturã fit, pletorica qdem talis diſpoſitio dicetur. Ex colore autẽ præpollentis humoris ſpeciem cognoſcere oportet. uerum ſola bilis,nullã plenitudinis inſeparabile ſymptoma efficere poteſt,neqʒ tumorem certe,neqʒ grauitatẽ. ſcribit & paruʒ poſt ſic:Plenitudo eſt humorũ corporis abundantia,neqʒ particularium tumorum,neqʒ uitioſi humoris ſpecies in hoc ſermone audire deſiderãdũ eſt, ſed cum uniuerſi,uel iuſta priſtinam ꝓportioneʒ increuerint,uel exiguũ quẽdam exceſſuʒ unus inter eos acceperit.Itaqʒ ſanguis in pletoricis diſpoſitionibus uehementer põt præcellere:aliorum humorũ nullus.Eteniʒ

cacochymia nunc,quaꝫ uitioſum humorem interꝑtati ſumus,cuiuſmodi non plenitudo adhuc, neqꝫ pletora nominatur. His ergo declaratis:Dic ꝙ poteſt eſſe ꝙ in corpore ſit ſola cacochymia ſine pletora, ⁊ cum dimi- nutione ſanguinis.& tunc ſola exhibitio pharmaci cõ- uenit:qm̃ ut dicit Auic.Si humores euacuãdi uiſcoſi & craſſi fuerit cum ſanguinis paucitate, & phlebotomia pharmaciæ ꝑmittatur, augumentabit eis craſſitiem & uiſcoſitatem:quia ſanguis qui per phlebotomiam edu- citur erat uelut frenũ crudorum humorũ unà cum ſpi- ritibus ſimul eductis & multum coadiuuans ad calefa- ctionem,ſubtiliationem,& eorum inciſionem,iuxta il- lud cap.de phlebotomia. Et ſũmopere caue ne ægrũ ad unam duarum rerũ perducas etc̃.Etiam poteſt eſſe ꝙ ſit pletora ſine cacochymia,⁊ tũc ſola ſectione uenæ indi gemus.eſt rurſus poſſibile,ꝙ in corpe ſit pletora & ca- cochymia. ⁊ tunc ſm̃ Hippo.4.de rõne uictus in mor- bis acutis textu.21.&.22.&.6.Epidi.particula prima tex- tu.5.in cura doloris renum,& Gal.2.aphor.cõmen.8.& 4.de tuenda ſanitate in cura tenſiuę laxitudinis ſemper debemus prius mittere ſanguinẽ, poſtmodũ dare phar- macum. & ita ſi ſit ſola plenitudo totius.i.ſi humores ſint æq̃liter aucti ſine cacochymia, uel ſi ſit plenitudo cum cacochymia, ſemper debemus incipere à miſſione ſanguinis.Et hoc uoluit etiam Auicẽ.Sed dices,tu non ſoluis:qa dicit Auic.ſi humores fuerint æqual'r aucti, mitte ſanguinem,ſi uero non fuerint ęq̃liter aucti,ęqua eos prius cum pharmaco.Igitur quotieſcũqꝫ fuerit do- minium bilis uel pituitæ,uel ſit plenitudo,uel non:ſem per dãdum eſt prius pharmacum. Certe iſta authoritas Auic.fecit multos errare,non intelligentes, qd per hãc æqualitatem auctorum humorũ intelligat: idem enim intelligit,ꝙ ⁊ Gal.13.Methodi.ſ.plenitudinẽ totius cor poris:nec intelligit ꝙ humores ſint exacte æqual'r au-

cti,ita ut non ſuperabundet nullo mõ unus plus aliis: qm̃ hoc difficile poſſet Medicus cognoſcere: ſed intelligit humores eſſe æqualiter auctos, quãdo adeſt uenaꝝ plenitudo,etiã ꝙ ſit unus illorũ humorũ parum aliis ꝑdominans. & tunc inquit,ſemp mittendus eſt ſanguis. Summa igitur huius rei eſt iſta,ꝙ ſemper ſtante plenitudine totius corporis,etiã ꝙ ſit aliqua cacochymia,ſemper incipiendũ eſt à uenę ſectione: qm̃ ſemp debemus p miſſionem ſanguinis tollere plenitudinē.nam ſi prius pharmacum exhiberemus,nõ poſſet uirtus ipſius pharmaci ad educendum humorem ꝑdominãtem bene penetrare.ſi uero ſit ſola cacochymia ſine plenitudine,& cum diminutione ſanguinis,tunc ſemp prius eſt dandũ pharmacum.& de hoc habetis exemplum à Gale.5.Methodi non longe à fine, ubi in laborante ſputo ſanguinis dat prius pharmacum,deinde nutrit bonis cibis,& demum ſanguinem mittit. Ad quartum Raſis,& alii q in morbis frigidis ſanguinẽ non mittunt Hippo.Gale. & ueritati cõtradicũt: Non enim materia poteſt faciẽs morbũ remoueri,niſi prius p ſanguinis miſſionẽ plenitudo toleratur, ut Gale.3.artis medicinalis ca.95.declarauit.Et ideo in lethargo & apopletico mittẽdus eſt ſanguis,modo uirtus & ætas conſentiant, etiam cum mediocri copia ſanguinis ne humores ad caput trahãtur, ut Hippo.Gale.Alexan.Trallianus,& alij multi uoluerunt.Ad quintũ reſpondet Gale.in de miſſione ſanguinis cap.9: ꝙ in tanta copia humorũ cum ſanguinis paucitate nunq̃ poteſt eſſe uirtus fortis. Vna igitur deficit cõditio.ſ.uirtutis fortitudo.ideo Raſis experimẽtator maximus.17.Cõtinẽtis dicit.ſi minorem feceris in corpore humoribus crudis abundanter repleto,aut interficies,aut nocebis.Ad ſextum Gal.exponẽs illum locũ declarat quomodo illa tria poſſunt ſanguinis miſſionẽ impedire& ꝑ de aere: q̃a ſi aer ſit ualde calidus, corpus

nimis reſoluit,& uirtutem debilitat.etiã cholera quã do multa eſt:quia cum multæ choleræ abundantia nõ ſtat uirtutis fortitudo,ut dictum eſt:etiam pleuritis impedit ſanguinis miſſionem,quãdo parua eſt:qm̃ quando parua eſt ſolis fomitibus tollitur:nam Hippoc 2.de ratione uictus in morbis acutis textu.9.&.10.ubi agit de cura pleuritidis, apponit primo fométa ad uidendũ ſi dolor ceſſat & morbus ſit magnus:nam ſi ex fométis ceſſat dolor nihil ſanguinis mittendum ꝙ ſi non ceſſet oportet,inquit,uidere ſi dolor tendat uerſus mãmas & humeros, an deſcendat uerſus ſeptum tranſuerſum & hipochondrium.Si uidemus ꝙ dolor aſcendat,tunc,inquit,uenam brachij internam ſecare oportet & ſanguinem illico detrahere.ꝙ ſi dolor,inquit, deſcédat uerſus hipochondrium,tunc uentrẽ mollire oportet. Ecce ergo ꝙ Hippoc.etiã in pleuritide ſumit indicationem de miſſione ſanguinis à morbi magnitudine,ꝛ ſi pleuritis non ſit magna,non emittit ſanguinẽ,ſed facit fomenta. & Gale.6.aphor.cõmen.5. declarat quomõ cognoſcere debemus morbum,& dolorem magnũ in pleuritide dicens, conſiderare oportet,non modo locum dolenteꝫ, qualiſnam ſit,ſed & magnitudinem doloris in eo quãta ſit:hoc enim inquit refert ad curationis intentionẽ, demum perſpiciendũ eſt quorſum dolor tẽdat, & ait ꝙ ſi ad clauiculã pertingat,uenæ ſectionẽ indiget.ſi uero uerſus illa tendat,purgatione,queãdmodũ ipſe Hippo. in libro de uictu acutorum edocuit.ſi autem dolor,inquit,ſit mediocris,qui in mẽbrana ſubcingente eſt, tũc non eſt ſanguis mittendus,neqꝫ magnum oportet adhibere auxilium.Ad ſeptimũ litera difficilis eſt,niſi dicas ꝙ Gale.loqtur de heriſipelate parua extrinſeca ſine corporis plenitudine,in qua non eſt indicatio de ſanguinis miſſione.Ad octauum etiam in cauſone ſanguis detrahitur,ſi uirtus eſt fortis, & ætas conſentiat:quia re-

gula Hippoc.uľis eſt omnibus morbis magnis acutis: Nec cholera hac impedit,niſi tanta ſit eius multitudo ꝙ uirtutem debilitet, Ideo in omni repletione magna perſpiciẽdum ſi uirtus ſit fortis: qm̃ ſi non ſit tanta ꝙ uirtutem debilitet, ſanguinem mittimus.Et ita concedẽdu;,ut dicit Auic.ꝙ medicus debet cauere ne ægrũ ad ebullitionẽ cholericorũ humoꝝ ſuperabundantiũ ꝑducat.& ob h̃ dixit.j.4.cap.de cauſone:ꝛ nõ phlebotomeť, fortaſſe.n.inflãmabit eos, ꝛ fortaſſe iuuabit eos,ſi fuerit illic turbiditas aquæ & rubedo: qm̃ tũc ſignificat ſanguinem cum cholera in uenis abundare.& dixit Raſis 17.continentis.ſi febris declinat ad cauſonem uel ad liquefactionem quæ extenuat faciem & ubi eſt uehemens caliditas ꝛ ſiccitas,noli facere minutionem,ſed cura eã cum humectatiuis. Ad nonum,ꝑpter illud dixit Auic. quarta primi phlebotomiã in febribus multotiens cõferre,quãuis non ſit neceſſaria.Ad decimum loquitur ibi Auicẽ.de phlebotomia eradicatiua, q̃ q̃ritur totius materiæ peccantis uel maioris partis eius eradicatio,ꝛ non de minoratiua partem materię peccãtis educente, & de ægritudinibus,quæ à materia mixta ſanguini,& non à puro ſanguine fiũt:in principio enim harũ oĩo talis phlebotomia debet dimitti:qm̃,ut dicit Auic. cu; in principio humor ipſe inobediẽs ſit ad euacuationẽ, ex tali phlebotomia cu; mouebitur abſq; euacuatione ipſius,& motũ ſubtiliabitur,& ſanguini bono admiſcebitur,cui non erat prius admiſtus,& ipſum corrũpet ꝛ ex tali euacuatione non euacuabitur qđ oportet,ſ.humor malus:quia eſt inobediens,ſed illud quod eſt bonum.Et propterea aduerbium hoc penitus componi debet cum hoc nomine,phlebotomia,& non cũ hoc uerbo,dimittatur,ut ſit ſenſus,ꝙ in principio harũ dimittatur phlebotomia penitus.i.ultimata quæ eſt eradicatiua.Ad undecimum,fortis tremor in febribus indicat

de minori quãtitate ſanguinis mittenda: qa eſt ſympto ma ad quod ratione uehementis motus ſequitur humiditatũ corporis euacuatio & diſſolutio. etiam in febribus quandoq; fit fortis tremor à materia multa cruda frigida uirtutem debilitãte. Ideo dicit Auic. diſpoſitionem tremoris conſidera: qm̃ cum tremor fuerit fortis à minutione cauẽdum. Ad duodecimũ loquitur Auic. in febribus peccante ſanguine in quãto ſine putredine, in quibus i principio debet fieri phlebotomia copioſa eradicatiua. & ideo in his ſi poſtponatur & non fiat à principio, non amplius eſt ei intentio. ſ. illa quæ erat in principio: quia peccantũ quãti trãſit in peccatum q̃lis. Ad decimũtertium dixit Gal. morbus magnus indicat tam de miſſione ſanguinis, q̃ de pharmaco exhibendo: ſed aliquãdo eſt prius faciendum unum, aliquãdo alterum, ſecundũ uarias rei diſpoſitiones, non tamẽ ſemp utrũq; eſt faciendum: Nam ſi feceris unũ ⁊ uideas morbum non cedere, ſi uirtus non fuerit debilitata, trãſeas ad aliud, ut ſi prius feceris ſanguinis miſſionẽ, ⁊ uideas morbum non cedere, ſi uirtus non ſit debilis, exhibeas poſt duos uel tres dies etiam pharmacum, & contra. Si autem morbus cedat, cum ſolum feceris unum, tamẽ facies aliud, & ſemp uel cedat uel non cedat morbus, cu; unum feceris ſi uirtus ſit debilis nõ procedas ad aliud. Et ideo ſcđo de rõne uictus dicit Hippoc. dolore deſcendente in pleuritide dãdum eſſe pharmacũ, & nihil dicit de miſſione ſanguinis: quoniam ſupponit dolorẽ ex ſola pharmaci exhibitione remoueri. Ad decimũquartũ intelligit Gal. ſtãte uenarũ plenitudine. Immo etiam in corpore ſano, ſtante plenitudine, debet fieri ſanguinis miſſio, modo ætas conſentiat. & hoc eſt ꝙ uult Auicẽ. prima quarti tract. 2. cap. 7, dicens: ſi uirtus fuerit fortis, & fuerit illud qđ uincit ſanguis, aut ſanguis fuerit cum humore qui uincit, tunc phlebotomia eſt magis conue

niens res,& proprie cum urina eſt rubea craſſa,non ci-
trina ignea,ex qua timeatur uictoria choleræ & acuitas
eius.&.3.can.tract.p̃ cap.Cum materiã euacuare uolue-
rimus dicens.quæcũq; ſit materia incipiemus à phlebo
tomia,ſi ſanguis cum ipſa abundãs ſit, aut in ſanguine
non ſit diminutio.Nullã; igitur inuenies in dictis Gal.
repugnãtiam.Ad ultimum difficultas tollitur à Gale.
ibi in cõmen.23.quia p̃ſupponit Hippo.uirtutem eſſe ua
lidam,licet à multitudine materiæ ſit oppreſſa,& in pe
riculo ne ſuffocet̃.ſed ſi in ęgris uox deſit ex inſtrumen
tis læſis quæ uoci efformandæ ſubſeruiunt,uel his quæ
reſpirationi natura deputauit,uel ex uirtutis reſol'one:
tunc non eſt uena ſecanda:quoniã uirtus non conſtat,
nec tunc ſumus in caſu Hippo.quia dicit Hippoc.ſi ſano
abſq; occaſione,uel alia forti cauſa id ꝯtigerit. Et ideo
quia in caſu ſuo uirtus eſt fortis, qa paulo ante erat for
tis,nec ita cito potuit reſolui.idcirco phlebotomãdus
erat.& cognoſcitur,ex pulſu ſm Gal.2.de cauſis pulſuũ,
quãdo uirtus eſt oppreſſa,aut reſoluta: nam quãdo fa-
cultas eſt oppreſſa aliquos paruos & aliquos magnos
pulſus facit.quãdo uero eſt reſoluta, ſẽp debiles facit
pulſus.Et dat ibi Gal.exemplũ de duobus pedetẽtim in
cedentibus,forti graue põdus portãte,& debili ex mor-
bo aut ſenectute:ille enim fortis.inquit, ob magnitudi-
nem põderis aliquãdo facit greſſus magnos & ueloces,
aliquãdo uero ab omni reſſus paruos & tardos:debi
lis uero ſemper paruos facit & tardos.Poſt hæc dicen-
dum ꝙ indicatio de ſanguinis miſſione faciẽda ab una
uena magis q̃; ab alia ſumitur à particula patiente.ut
Gale.dixit.13.Methodi.diſtinct.3.cap.5.Vnde quatuor
ſunt tempora.quibus medicus diuerſas habet intentio-
nes.Primum eſt,quãdo materia adhuc non fluit. Secũ-
dum eſt,quando fluit,& ſm partem in aliquo membro
firmata eſt.Tertium eſt quãdo fluit,& non aliqua parte

corporis firmatur. Quartnm tempus eſt, quando tota materia fluxa eſt: nam uidemus aliquãdo aliquos homines ob repletionem in hyeme factam ſingulis annis cõſuetos eſſe dolorem capitis, ophtalmiam, uel dolorẽ lateralem, aut articularẽ incurrere. Si Medicus ergo uult iſtos pſeruare, antequã materia incipiat fluere ad locũ ad quẽ conſueta eſt fluere, debet ineunte uere ſanguinẽ mittere: ſed à qua uena: dicit Gale. in tractatu de miſſione ſanguinis cap. 19. Si homo ſolitus eſt ſingulis annis æſtiuo tempore per totum corpus, utputa ſi ſolitus ſit habere dolores in quolibet articulo corpis & non magis in uno q̃ in alio, tunc poteſt quælibet uena ſeccari, mõ uena ſit magna, adeo ut ſufficiat totum corpus euacuare. Q̃m in hoc caſu ſolum medicus repletionem intendit à toto corpore remouere: & ideo à quacũq; pte hoc fiat non refert. ſi uero conſuetus ſit ex plenitudine ægrotare non in toto corpore, ſed in pte, ut puta ſi cõſuetus ſit pati ophtalmiam, uel alium phlegmonẽ in aliqua corporis pte determinata, tunc intentio medici nõ eſt ſolum plenitudinem remouere: ſed etiam humores diuertere conſuetos ad partem illam fluere. & tunc non debet ex qua uis uena magna ſanguinem mittere, ſicuti quãdo totum corpus afficiebaſ. ſed ex uena longinqua de directo ab illa parte conſueta pati, & non eſt ppinqua: quoniã tunc medicus non intendit à loco affecto materiã euacuare; quia nullus eſt adhuc locus affectus: ſed ſolum plenitudinẽ remouere, & humores diuertere: ut ſi ps capitis dextra affici ↄſueta ſit, uena in dextro crure, qui eſt locus ſm rectitudinem ualde diſtans, eſt ſecãda. & hoc intellige quãdo uena iſta inuenitur: quoniã ſi hæc non inueniatur ſecãda eſt ea quæ magis diſtat, ut in cõſueto podagrã in quolibet pede incurrere, erit uena in brachio ſecanda, & non in capite: qa nulla alia magna in maiori diſtãtia inueniſ. Et ideo quia in pleu-

ritide uena magna proxima & remota inuenitur regula obſeruari,mittendo ſanguinem in principio,ex ꝓxima: ante principium uero ex diſtanti. pari pcō,& ſi ſit apoſtema in capite: quia uena magna maxime diſtās eſt in pede,& propterea in brachio eiuſdem lateris. Cū uero materia fluit,& ſcd̄m partem in aliquo mēbro firmata eſt,non ſolum medicus intendit plenitudinem remouere,ꝛ non ſolum materiam diuertere,ſed etiam ipſam à parte læſa euacuare.Et ideo tunc non debet medicus uenam nimis diſtantem ſecare, qm̄ materiaȝ à loco affecto nō euacuaret,ſed propinquā.& ideo quia in caſu iſto ſurrexit tertia intētio, quæ eſt materiam à loco affecto euacuare,debet medicus ſanguinem ex uena magna lateri dolenti propinqua mittere. & hoc eſt inquo multi decipiuntur uolentes intentionem illam exequi morbo incipiente,quā debēt exequi anteq̄ȝ morbus incipiat.nam anteq̄ȝ materia fluxa ſit,debemus ſanguineȝ à loco diſtanti mittere,ut totū corpus euacuetur, & ut materia ad longiores ptes diuertatur: ſed cum iaȝ fluxa eſt materia,& pars incepit affici dolore,materiam debemus à loco ipſo euacuare ex uena eiuſdem lateris & ꝓpinqua.tunc etiam materia diuertitur:quia ad cōtrariū ſui motus trahitur:fluit enim materia phlegmonem factura ex uenis maioribus ad minores, & ex minoribus ad minimas & capillares quæ phlegmoneȝ circūſtant, & demum ad phlegmonem,modo ſi ſanguis mittatur à uena magna ab eodem latere,ut uerbi grā in pleuritide à baſilica, materia retrahitur ad cōtrarium ſui motus: quia materia quæ à uenis magnis ad paruas & à paruis ad minimas ꝛ deinde ad locum phlegmonis mouebat̃, per iſtam uenæ ſectionem è cōtrario mouetur: quoniā à phlegmone retrahit̃ ad uenas minimas,& à minimis ad puas,& à paruis ad magnas. & hoc eſt diuertere. ꝙ aūt humores qui ſunt extra uenas poſſint ad uenas re-

uerti,patet ex Gale.4.de tuenda ſanitate prope finē,ubi loquēs de laxitudine apoſtemoſa,dicit utile eſt poſt priorem ſanguinis detractionem tātiſper intermittere,ut aliqui de eorum humorū qui ſunt in corpore extra uenas remigrēt ad uenas: ⁊ ſic in caſu iſto quādo materia partim eſt fluxa & adhuc fluit,quattor conditiones obſeruātur,de quibus Auic.quarta primi cap.p̊. Prima eſt diuerſitas partis,qm̄ in parte affecta non eſt uena ſecanda.Secunda rectitudo:quia ſecāda eſt uena in oppoſito cū rectitudine,ut in ægritudine hepatis,baſilica dextri brachij:quia directius hepar reſpicit, & in ægritudine ſplenis baſilica brachij ſiniſtri,quæ directius ſplenē reſpicit,licet ambæ ab eodē trunco uenæ aſcēdentis exeant,& inde cum hepate colligatæ ſint.Eſt enim triplex oppoſitio.una eſt quæ ſm lōgitudinem ſumitur,⁊ hæc in potiori eſt ſignificato:qa ex ſurſum in deorſu3,& eſt oppoſitio ſm rectitudinem.Alia eſt quæ ſumitur ſecūdum latutudinem,à dextro in ſiniſtrum. & alia eſt ſm profunditatem,ſecundū ante & retro,& hæc inter iſtas eſt minima.Tertia conditio ſeruanda eſt diſtantia.i.media inter minimā & maximā, ut ſi materia ſit in dextra capitis parte,ſecāda eſt uena, non in ſiniſtra capitis: qa diſtantia non eſt ſufficiens ad diuertendū. Nec in crure dextrū:quia ſecūdum rectitudinē diſtantia eſt maxima, ſed in dextro cubito,& non in ſiniſtro qui non eſt directus.Quarto ſeruanda eſt cōmunicantia:quoniā uena incidēda debet cōmunicari cum parte affecta,ut ſi paſſio ſit in capite,non eſt baſilica ſecanda:ſed humeralis, quæ magis cōmunicat cum partibus capitis,ſi hæc fuit mens Hippoc.6.Epidi.textu.5.dicentis.Dolorū cauſa ꝓximum uentrem purgare,& proximū uentrem ſanguinis.i.proximam uenam magnā incidere,& Gal.ut clare patet in tractatu de miſſione ſanguinis cap.15.&.16.in principio,⁊ in de conſtitutione artis medicinæ cap.17.

ubi docet curare phlegmonem per ſectionem uenæ ma gnæ ſcd̃m rectitudinem lateris dolentis tam in principio q; in ſtatu dicentis. Si materia ad coxã uel ad femur decũbat, uterum euacuabis per ſectionem uenæ in pede ſi ad pectus, per ſectione3 baſilicę in cubito, ſi ad caput & collum, per humeralẽ, ſic enim inqt ex ꝓximioribus ⁊ cõmunioribus patienti particulæ uenis euacuatio fit optima ⁊ facilis. Idẽ uoluerunt Oribaſius in.4.ſuo lib. ca. de phlebotomia, Paulus Aegineta in.2.c. de dolore, & in.6.cap. de ſanguinis detractione, & Aetius libro.3. Sic eni3 ſcribit cap.12. Auerſionis gratia quã antipaſim uocant, in uenæ inciſiõe rectitudo ad eas ptes ad quas materia defluit, utrinq3 ſeruanda eſt, ueluti ſi è nare dextro defluat ſanguis, dextræ manus uenam ſecabis, ſiniſtræ uero, ſi à ſiniſtro defluxerit, at liene affecto, à uena quæ eſt inter minimũ annularemq; digitũ ſiniſtræ manus, aut ab ea quę eſt in interiori cubito, ſangninẽ mittes. Item in pleuritide uena3 eiuſdem affecti lateris, qui interius eſt incides. uehementes ꝓterea oculorum dolores mirum in modum ſedãtur, ſi ſeruata affecti oculi rectitudine uena cubiti ſeccetur, quę humeralis uocatur. Venæ autem interiores inciſæ mẽbris conferunt, quę intra collum iacẽt, exteriores uero capiti, & faciei, ſicut mediæ utriſq3 proſunt. ſed dices. tunc Auic. contradiceret Gal. nam.11.3. tractatu.5. cap.ꝓ. de cura cõmuni apoſtematum partiũ pectoris & pulmonis inquit. ex rebus cõmunibus eſt phlebotomia: ſed in principio ex latere diuerſo. ⁊ magis feſtina de ſaphena oppoſita in longitudine. & poſt ipſam de baſilica oppoſita in latitudine, ⁊ poſt ipſam de nigra oppoſita in latitudine: ſi autem nõ appareat. tunc nõ oportet ut dimittatur phlebotomia cephalicæ, q̃uis ſit eius iuuamẽtũ minus & tardius. Deinde poſt aliquot dies ex latere conueniente in latitudine; uidetur enim hic ſeptem dicere. Primo ꝙ in prin-

cipio dictorum apoſtematum phlebotomia fieri debet de latere oppoſito. Secundo ꝙ phlebotomia quæ his feſtinantius ſuccurrit eſt phlebotomia de ſaphena pedis eiuſdem lateris oppoſita in longitudine. Tertio ꝙ poſt hanc phlebotomiā feſtinantius ſuccurrit phlebotomia de baſilica lateris oppoſiti in latitudine: quia hæc non tantum diuertit quātum ſaphena. Quarto ꝙ poſt phlebotomiā de baſilita lateris oppoſiti ſuccurrit phlebotomia de uena nigra. i. mediana: quia minus diuertit, & ex propinquiori q̄ʒ baſilica. Quinto ꝙ ſi nō appareāt in brachio baſilica & nigra, & inueniatur cephalica, ut interdum accidit in pinguibus carnoſis, quorum uenę in carne ſunt profundæ ſepultæ, non eſt dimittēda phlebotomia cephalicę, quāuis minus iuuat ⁊ tardius aliis, cum non directe pectus ⁊ pulmonē, ſed caput reſpiciat. Septimo ꝙ facta phlebotomia in principio pectoraliū apoſtematum ex oppoſita parte ſecundum longitudinem, aut latitudineʒ per aliquot dies poſt, puta tres aut quatuor fiat phlebotomia eiuſdeʒ lateris in latitudine: ut ſi pleuritis ſit in ſiniſtro latere, phlebotometur uena baſilica in brachio ſiniſtro: quoniā tunc p̄ſumitur iam fluxam eſſe totam morbi materiam, cuius quęritur eradicatio ex parte ꝓpinqua. Scd̄o huic opinioni exp̄ſſe contradicit Auenzoar in p̄ ſuo libro tractatu. 16. cap. 3. de ſcabuſia. i. pleureſi dicēs: Cura pleureſis eſt phlebotomare infirmum ex baſilica brachij oppoſiti; quāuis quibuſdam nouis medicis noſtri temporis uideatur ꝙ ſit minuendus ex eadem parte ægritudinis, inducendo ſuper hæc uerba logicalia & ſophiſtica, qd̄ mihi nullatenus uidetur rōnabile, neqʒ uerum. immo credo certiſſime ꝙ facere illud eſt mors infirmi. & cap. 6. loquens de apoſtematibus quæ fiunt in mediaſtino: qa diuidit pectus ſecundum longitudinē in duo, dicit in horum curatione phlebotomia eſt neceſſaria ualde in principio.

Et non determino in hac ægritudine ex qua parte fieri debeat: quoniã ex quacũq; parte fiat, confert ualde, dũmodo fiat ex baſilica. Item & Raſis cap. de pleuritide dicens: Si dolor ſupra partem coſtarum & furculã tendit, fiat minutio ex baſilica eius partis in qua eſt dolor, niſi totum corpus multo ſanguine repletum fuerit: tunc. n. ex latere contrario ſanguinis detractio facienda eſt. Itẽ & Meſue cap. eodem dicens. Si materia fuerit aſcendẽs uſq; ad furculam & nondum ex toto repſerit, ſed adhuc eſt ut repat phlebotometur baſilica ex latere oppoſito, & extrahatur de ſanguine uſq; dũ alteretur color eius iuxta uirtutis, & ætatis exiſtentiã. & quãdoq; apud pluralitatem repletionis iubemus phlebotomari ex ſaphena partis oppoſitæ: eſt enim eius iuuamentum ſublime feſtinum & proprie apud aſcenſum materiei ad caput. & dicit cap. de ophtalmia. phlebotomia ex cephalica conueniens eſt omnibus ſpeciebus eius. & ꝓprie ſanguineæ ex latere oppoſito prius, deinde ex latere eodem, ſi phlebotomationis iteratio neceſſaria eſt. Aliqui uolentes Auic. cum Galeno cõcordare, dicunt ꝙ Auic. loquitur in ꝓſeruatione, & cum nõdum incepit morbus, dicens: & magis feſtina mittere de ſaphena. i. ſiccius q̃ incipiat morbus: qa cum incepit morbus mittendus eſt ſanguis ex uena magna proxima lateri dolẽti. Multotiẽs enim Auic. in eodem capite, in quo agit de cura, agit & de ꝓſeruatione, ut eſt uidere decima tertij cap. de cura ſputi ſanguinis: ubi in ꝑparato ad ſputũ ſanguinis, anteq̃ incipiat ſanguinem ſpuere dicit: Mitte ſanguinẽ ex ſaphena. Itẽ & .9.3. cap. de cura ſynanchi hoc facit. Item & tertia tertij cap. de cura ophtalmiæ. & dicunt ꝙ cũ poſtea dicit Auicẽ. & poſt ipſam de baſilica oppoſita in latitudine, & poſt ipſam de nigra, intelligit, ꝙ ſi una non reperiatur, altera eſt incidenda, & ſi illa non inueniatur, altera: non enim uult Auic. tres uel quatuor fieri phle-

botomias in pleuritide,ſed unam tantũ.ſi tamen coga mur duas facere,uult ex eadem uena,non ex diuerſis,ut patet cap.ſequẽti de pleuritide in fine: quia facta prima phlebotomia præparat uenam cum ſale & oleo ad ſecũ dá. ⁊ ꝙ poſtea ſubiungit Auic.deinde poſt aliquot dies ex latere cõuenienti in latitudine, ita intelligunt.i.ſi oc curras patienti poſt aliquot dies à principio morbi,& indigeat miſſione ſanguinis,tunc ſecanda eſt uena ex la tere partis affectę & eſt latus conueniens in latitudine. & ꝙ hæc ſit mens Auic.pſuadẽt primo ſic:qm̃ ſi Auic. cum dicit ex rebus cõmunibus eſt phlebotomia,& ꝙ à principio apoſtematum pectoris fieri debet,ex latere di uerſo intelligeret per latus diuerſum latus oppoſitum ẜm latitudinem. idem bis replicaſſet: qm̃ poſtq̃ꝫ dixit, & in principio ex latere diuerſo ſubdit:& poſt ipſuꝫ fiat de baſilica oppoſita in latitudine.& iaꝫ ſuperfluus eſſet, ſi intelligat ꝙ in omne pleuritide mittẽdus ſit ſanguis ex oppoſito latere:qm̃ in principio ſecũdi capituli etiã de ſanguinea dicit ꝙ debet mitti ſanguis ex oppoſito. item ſibimet contradiceret:qa in cap.de cura ſputi ſan guinis,& in ſuſpicione phlegmonis pulmonis cõmitti iubet ſanguinem ex eodem latere in quo credit eẽ ſolu tam continuitatem.modo eadẽ eſt cura in apoſtemate pulmonis ⁊ pectoris.ſecũdo authoritatibus:qm̃ ia fine Canticæ ſuæ cantica.77.ubi ponit curam morborum, qui pendẽt à ſanguine dicit. Fiat ergo phlebotomia in his quæ intellexit Gal.in hoc tractatu, & i morbis illis etiam in quibus ipſe fecit etiam: ſed in his morbis Gal. mittit ſanguinem,ut patet.4.de ratione uictus in mor. acutis có.22.ubi habet ꝙ in omni phlegmõe ꝑmittẽda. eſt phlebotomia ipſi pharmaciæ.⁊ in tractatu de miſſio ne ſanguinis,docet quæ uena ſit incidẽda,& quo tẽpo re in uno quoqꝫ morbo.Et ita duo uult Auic. unum ꝙ in illis morbis uena ſectio fiat in quibus Gale. fecit eaꝫ.

alterum

alterum ꝙ fiat eiſdem modis ſicuti dixit Gale.in tractā tu de miſſione ſanguinis.& hoc exp̄ſſit per illud uerbū, & in his, ſcd̄o quia.4.p̄.cap.p̄. in caſu quādo materia partim fluxa eſt & adhuc fluit,dicit quatuor ſunt obſeruanda.Primo diuerſitas partis:qm̄ à parte læſa non eſt ſanguis mittendus.Secundo obſeruandū eſt,ut ſocietatis curam habeamus.i.ut incidamus uenam quæ cōmunicet cum parte læſa:& ita menſtrua retinemus cum uētoſis mā millis applicatis.Tertio rectitudo,ut in ægritudinibus hepatis in dexra fieri debet minutio à baſilica dextra,⁊ in ægritudinibus ſplenis à baſilica ſiniſtra. Et quarto obſeruanda eſt debita diſtātia, ne nimis de ꝓpinquo,nec nimis à longinquo uenam ſecemus,utputa ſi ſit phlegmon in oculo,non incidenda eſt uena in angulo oculi:quia nimis propinqua eſt,neq; etiam in pedibus:quia nimis eſt remota:ſed ſecāda eſt uena magna in brachio,quæ ſe habet mediocri modo in diſtantia. Tertio Gale.2.de rōne uictus cōmen.11.dicit. Si febris fuerit uehemens ualde,time ſolutiuū pharmacum,& ſis contentus phlebotomia.etiam ſi ad hypochondriū dolor declinet:qm̄ in ipſa non eſt timor,⁊ ſi eſt,eſt minor in pharmaco uero ſolutiuo eſt timor magnus: quoniā pharmacū quandoq; mouet, quādoq; non ſoluit,quādoq; ſuperflue.Dicit.2.Gal.7.de compoſitione pharmacoru; ſcd̄m locos,papauer conuenire in pleuritide.Horum duorum dictorum,primum nō acceptat Auicen. decima.3.cap.2.de cura pleureſis dicens.Si dolor declinat ad partem hypochondriorū.tunc neceſſaria eſt ſolutio ſola,aut ſolutio cū phlebotomia. Et ratio eſt:qm̄ phlebotomia ſola ex baſilica non trahit dolore deſcendente à loco læſo aliquid de quo ſit curandum. Et ſecūdum declarat quomō intelligi debeat, ubi.ſ.uehemētia fuerit uigiliarum,alioquin non conueniret:quoniā cōgelat materiam & prohibet ſputum,modo ſi Auic.uel

let cōtra Gale. ꝙ miſſio ſanguinis fieret in pleuritide ex latere oppoſito, non ita ſilentio pterijſſet. Arguunt & 4. Auic. in eodem loco dicit. Si ſanguis ſuperabundet, cura, eius eſt phlebotomia ſm modum pdictum in cap. præcedenti, & extrahatur ſanguis donec color eius mutetur: quoniam hoc eſt ſignum, ꝙ ſanguis nocibilior iam eſt euacuatus. modo hoc non pōt fieri ex latere oppoſito, qa ęgrū interficeret & ferè totus ſanguis exiret. Quinto in fine eiuſdem capitis dicit Auic. Si neceſſario indiges phlebotomia, rectius eſt ut ſis ptentus quātitate. x x x. ponderum, & ppara ſuper uulnus cum ſale & oleo, ut poſſit fieri ſecūda phlebotomia Ergo uult, ꝙ ſecūda phlebotomia fiat in eadē uena: ſed ſecunda ſemper fit in eodē latere. Sexto ſententia eſt Hippo. & oīum authorū, ꝙ quāto maior eſt fluxus materiæ maiori indiget diuerſione: ſed quādo hūores extra corpus fluunt & non in aliqua parte retinētur, ut quādo ex naribus, uel uenis hæmorrhoidaribus maior eſſet fluxus, q̄ȝ qū nō fluūt extra corpus & in pte retinētur ad faciendum phlegmoneȝ. Non. n. ita uelociter fluūt, ueluti aqua qū liberum habet exituȝ uelocius fluit, q̄ȝ ſi in aliqua parte retineatur: ſed Auicen. 5. 3. cap. 8. in fluxu ſanguinis ex naribus in quo maxime conuenit diuerſio, ſanguinem mittit, non ex oppoſito, ſed ex eadem parte de directo, unde fluit ſanguis. Igitur multo magis ubi eſt fluxus minor debet mitti ex eodē latere, & nō ex oppoſito. Septimo quarta pmi cap. 3. dicit Auic. Cum è lōginquo materiam trahere uolueris, dolorem prius ſedabis. modo non ſedabitur dolor niſi ſanguis à uena ꝓpinqua mittatur. Non enim ubi materia eſt multa, & dolor magnus cum fomentis ſedari poteſt. Vltimo arguūt Auic. 9. 3. cap. 11. poſt uenę ſectionem, quā pcipit in angina, uenas ſub lingua incidit: ſi autem ſecaret in prima ſectione uenam lateris oppoſiti, priuſq̄ȝ ueniret ad ſectioneȝ

uenæ ſub lingua, cephalicam eiuſdem lateris ſecaret. Sed ita tenentes decipiuntur: immo Auicē. alterius eſt opinionis,quēadmodū & alii Arabes: ut patet per quatuor Canones quos ipſe poſuit de phlebotomia in ęgritudinibus capitis p̄ma.3.cap.39.quorum p̄mus eſt.uena cephalica phlebotomanda eſt,ſi ſanguis in toto corpore abundet & humor exuberās,uel ſanguineus,uel ſanguini admixtus in capite fuerit. Secundus eſt ſi ſanguis ſuperabundet,& nondū in capite continetur, ſed eſt in hoc ut contineatur:quia aſcendere incipit ꝛ tendere ad ipſum,nigra phlebotometur. Tertius eſt.ſi timor ſit de cōphenſione ꝛ aſcenſu ſanguinis ad caput ꝛ cerebrū, priusq̄ȝ incipiat aſcendere ad ipſuȝ,& peruenire ad hoc ut illic contineaꝛ,phlebotomanda eſt baſilica & ſaphena,quādo uis, ut extrahatur plus ſanguinis illo qui ex baſilica exit,ꝛ magis ſanguis à capite diuertaꝛ. Quartus Canon eſt.Si phlebotomia eſt neceſſaria ob cōmunitatem cerebricam alio membro, quod ſibi ſanguinē & humores tranſmittit,phlebotomāda eſt uena utriſqȝ cōmunis,ut ſimul auferaꝛ amborū repletio, & utriuſqȝ ſaluti conſuleꝛ:ut ſi hepar aut ſplen ægrotans prius cōmunicauerit cerebro ſanguinē & malos humores,phlebotomanda eſt nigra,quæ cerebro & hepati eſt cōmunis ſimul hęc euacuans,ſi ex duobus ſimul euacuare uis & in utriſqȝ materia quieſcit,non amplius fluens de altero in alterum.& ſi uis trahere ad partem cerebro contrariam cum euacuatione illius membri quod cerebro cōmunicat,phlebotomāda eſt uena conueniens euacuationi illius membri quod primo infirmatur & cerebrū mittit,ꝛ in ꝯtrario partis ægrę capitis:ut ſi caput ęgrotet hepate mandāte, phlebotomāda eſt baſilica dextra, quæ proprie ſanguinem ab hepate educit, & contraria eſt penes ſitum cerebro contrarietate quę eſt inferioris ad ſuperius:& ratio primi Canonis eſt:q̄m̄ hæc phlebo

tomia cephalicæ materiam capitis peccantem euacuat, & aliam ad ipſu3 ex repleto corpore fluere prohibet deducendo ſanguinem ex ſuperiobus uerſus brachia. Et ſecundi ratio eſt: quia phlebotomia nigræ prompte educit ſanguinem nimium qui ſurſum tēdit, & illum qui in inferioribus abundat, cum ſit facta ex ramis cephalicæ & baſilicæ. Ratio tertij Canonis eſt. qm̄ ſic à fonte. ſ. hepate ſanguis educitur, & à ſupiori diametro maiori diuertitur. & clarius apparet, ꝙ hæc non eſt mens Auic. Qm̄ quarta primi cap. 3. declarās modum diuerſionis & eradicatiōis materiæ de ſuo loco dicit. Et ſcias ꝙ materiei euacuatio & ipſius de ſuo loco eradicatio eſt ſm̄ unum duoru3 modorum, quorū unus eſt ob attractionem quæ fit ad longinquā diuerſitatem, & alter ob eā quæ eſt ad ꝓpinquam. Et declarans parū infra, quomō hæc attractio fieri debeat ad diuerſitatem lōginquam dicit. Et non oportet ut in duas diametros ꝓlongationem facias. ſed in una tm̄ quæ ſit diameter magis lōginqua: qm̄ ſi materia fuerit in ſupmo dextræ partis, non erit trahenda ad infimū ſiniſtræ: ſed ad infimum ipſius dextræ, aut à ſupremo ad ſiniſtram. i. à ſupremo partis dextri lateris ad ſiniſtra3 partem: dūmodo fuerit tantū longinqua, quātum eſt ab humero ad humerum, ⁊ non fuerit diſpoſitio eius ſicut diſpoſitio duorum laterum capitis. Item decima tertij tractatu. 3. ca. 6. ubi loquitur tantùm de cura ſputi ſanguinis & non de pſeruatione dicit: Quotienſcūq3 in ſpuente ſanguinē ſentitur repletio, ſuccurratur cum phlebotomia, ⁊ ꝓprie cum pectus eius in curatione fuerit ſtrictū, & fuerit tuſſis in eo uiolenta. & rectius eſt ut inclinetur ſanguis eorum ad partem inferiorem cum phlebotomia ſaphenę, & poſt ipa3 cum phlebotomia baſilicæ. Attende tamē ꝓpter dicta Arabum, quæ uidētur repugnare. ꝙ oportet diſtinguere de materia faciente morbum de diametro, ⁊ de cor-

poris diſpoſitione: quoniaȝ materia aut iam ad locum fluxit, aut eſt in fluxu. & ſi eſt in fluxu, aut eſt multa, aut eſt pauca. item diameter, aut eſt ualde longinqua, ſicuti de capite ad pedes, aut non, ſicuti de humero ad humerum, de pectore ad brachium, aut de capite ad brachiũ. ſimiliter de diſpoſitione corporis: quoniã aut eſt repletio in toto, aut non, modo dicendum ꝙ ſi iam materia fluxit, ⁊ eſt in membro contenta. tunc debet per partem affectam euacuari uel ei propinquã: quoniam tunc Medici eſt intentio ſolum euacuare, & nõ diuertere. Si aũt materia eſt in fluxu, tunc aut materia illa q̃ fluit eſt modica ſine totius corporis repletiõe, aut eſt multa. ſi modica, tunc ſufficit euacuare per unam diametrum & propinque: ut ſi ægritudo eſſet in oculo dextro, per cephalicam in manu dextra. Si autẽ materia quæ fluit eſt multa, tunc aut eſt cum repletione corporis, aut non. ſi non debet euacuari per partem diſtantem, & non ꝓpinquã: qm̃ fluxui multo multa debeť diuerſio, & ſolũ per unã diametrum, & non ꝑ duas: qm̃ ſi fieret per duas diametros integras: aut non detraheretť materia ꝓpter diſtantiam: aut ſi detraheretur, detraheretur cũ maxima euacuatione & uirtutis ꝓſternatione. ſimiliter dicẽdum ſi materia multa iuncta ſit repletioni, ut ſi fuerit in ſupremo dextræ partis in aure dextra uel ꝑte dextra cerebri. tunc trahenda non eſt ad pedem ſiniſtrũ, ſed ad dexrũ phlebotomando ſaphenam, aut trahenda eſt ad mediuȝ partis ſiniſtræ phlebotomando cephalicam ſiniſtram: quia quaſi tanta eſt diſtantia dextræ partis capitis à cephalica ſiniſtra quãta eſt à dextra capitis ad ſaphenam dextram. Hoc uoluit Auic. quarta primi cap. 3. dicens. & non oportet ut in duas diametros ꝓlongationẽ facias, ſed in unam tm̃, quæ ſit diameter magis longinqua. & hoc eſt magis neceſſarium. i. magis utile in hoc caſu ob aſpectum directũ ſupremæ partis ad infimã partẽ eiuſ-

dem lateris,& ꝓnitatem deſcenſus humoris directe ad infima,aut trahenda eſt à ſupremo ad ſiniſtram. i. à ſup̃ma parte dextri lateris ad ſiniſtrã partem, dũmodo dia meter tantæ ſit longitudinis,quãta eſt lõgitudo humeri uel brachij unius ad brachium uel humerũ alterum, ubi eſt integra diameter. Et ꝓpterea Raſis in.9.lib. de pleuritide dicit. Fiat minutio ex baſilica eius partis in qua eſt dolor:niſi totum corpus multo ſanguine repletum fuerit:tunc enim ex latere contrario detractio facienda eſt. Si uero non poſſit haberi diameter multo diſtans,tũc neceſſario debet fieri euacuatio per partẽ diſtantem ſm plures diametros:quoniã ſi fieret ſecundũ unam tantum quæ non eſſet ualde longinqua,tunc ob totius repletionem,& fluxus materiæ multitudinem timor erit ne materia plus fluat ad locuꝫ ægritudinis, q̃ detrahaƭ ab ipſo. Et ꝓpterea debet p̃ euacuari repletio ex parte quę diſtet per duas diametros.demũ debet fieri euacuatio per partem diſtantem per unam diametrum. q̃ non ſit ualde longinqua.& in hoc caſu intelligit Meſue cap.de pleureſi dicens:Quãdoqꝫ apud pluralitateꝫ repletionis iubemus phlebotomari ex ſaphena ꝑtis oppoſitæ etc.Et ſecundũ hæc patet ꝙ Auicẽ.10.3.tracta.5. cap.p̃ loquitur quãdo materia eſt in fluxuꝫ cum totius corporis repletione,& non de ꝓſeruatione,cum nõduꝫ incepit morbus:ut etiã ſignificauit in principio ſequẽtis capituli dicens:Dicamus ergo ꝙ cura eius eſt phlebotomia,ſi ſanguis fuerit uincens ſecũdum modum p̃dictum in cap.quod eſt ante ipſum.ꝛ ad id de ſputo ſanguinis,dictum eſt ꝙ intelligit quando materia non eſt multa, & quãdo in toto non eſt repletio: quoniã tunc ex oppoſita parte fieri debet,ut patet per Canonem uniuerſalem in hoc de quo in principio capituli. Ad aliud dicendũ ẽ ꝙ illius literæ ſenſus non eſt ille,ſed iſte,fiat phlebotomia in his.ſ.corporibus quæ intellexit Gale.

In hoc tractatu & in morbis illis in quibus ipſe fecit eã. & Auer. ibi eſt contra eos dicens. In hoc canone Auic. canticauit & ſuaſit, ꝙ incedatur in his rebus ipſa phlebotomia aliter q̃ ſecundũ intentionem Gale. ad aliud, quod eſt de quatuor conditionibus obſeruandis, non ſic dicit in quarta: ſed dicit: Cum ſolicitudine elõgationis, ne mẽbrum ad quod attrahitur ualde ſit ꝓpinquũ ei à quo extrahitur: quoniã quando materia eſt pauca, & non eſt in toto repletio, diſtãtia debet eẽ mediocris: ſed quãdo materia eſt multa: aut in toto eſt repletio, debet eſſe magna. Ad tertium patet ꝙ conſequentia non ualet. Ad quartum natura bonum ſanguinem retinet, tãquã theſaurum uitæ, & malum relinquit. Et ideo ſiue ex eodem latere fiat phlebotomia, ſiue ex cõtrario, ſemper primo exit ſanguis malus, & pſertim cum ſanguis corporis uehementioris nigredinis ſit ille qui eſt ꝓpinquus huiuſmodi apoſtemati, ut ibi dicit Auic. Ad ſextũ Iacobus de partibus exponens illam literã dicit niſi fuerit corporis pletoria: quoniã tunc in principio conuenit de oppoſito latere, ut expreſſe uoluit Auicẽ. quarta primi cap. 3. dicens. Et ſuarum quidẽ horaꝝ dignior eſt cum in corpore nullo modo eſt alterius materiei repletio. i conueniẽtius & aptius tempus diuerſionis ad partem propinquã eſt tẽpus in quo nullo modo eſt repletio materiæ in corpore. Ad ſeptimum intelligit Auic. ut ibi notat Speculator ſi dolor ſit cauſa fluxus mãæ ad locum: ſed ſi materia quã diuertere uis eſt cauſa doloris, non oportet prius dolorem ſedare: quoniã diuertendo ſedatur. Ad ultimum Auic. ibi non præcipit uenas ſub lingua incidi poſt alterius uenæ ſectionem: ſed ſolum quãdo ſcynantia ſit cum ſola guturis repletiõe. Tunc enim phlebotomia iſta uenarũ quæ ſunt ſub lingua nõ eſt ꝓponenda, imo ab hac cura, eſt inchoãda, & nõ ab aliq̃ ex uenis magnis: qm̃ tunc nãæ auferret pro-

prium theſaurum.ſ.ſanguiné ſine neceſſitate, quod forte æger non poſſet tolerare ſine uehementi eius conturbatione & debilitate. Sed de tertio tépore quãdo.ſ.materia fluit & nõ firmatur in aliqua parte corporis, ut in fluxu ſanguinis è naribus, matrice uel aliunde: dicendũ ſecundum Gal. ꝙ ſi fluat quãtum conuenit, ⁊ non ultra Medici intentionem, nihil eſt faciendũ: ſed ſi fluat ultra id quod conuenit & ſuperflue non debet medicus uenã nimis diſtanté ſecare: quoniã tunc non eſt intentio euacuandi totum corpus, cum non adſit amplius plenitudo, ſed ꝓpinquã ut in fluxu ſanguinis è naribus, cephalicam, quam Gal. uocat humeralem, & de directo naris unde fluit ſanguis. Per nimiã etiam diſtantiã nõ poſſet ſanguis diuerti niſi in longo tempore, & niſi fiat ſuperflua & magna euacuatio, quæ non conuenit ſuperfluo ſanguinis fluxui: nam ſi ſeces uenã in pede, antequã uenias ad retrahendum materiã quæ fluit ad nares ad oppoſitum ſui motus, prius euacuabis ferè dimidium ſanguinis qui eſt in corpe illo. & ꝓpterea recte iubet Gal. uenam humeralé ſecari è directo illius naris à qua ſanguis fluit, quæ non eſt ualde diſtãs. De quarto uero tépore quando materia non amplius eſt in fluxu, ſed tota iam eſt fluxa & in aliquo membro firmata: diſtinguendum eſt, aut morbus eſt diuturnus, aut recens, aut totũ corpus eſt purgatũ aut non. Si morbus ſit nouus ⁊ corpus non ſit purgatum: tunc ſecãda eſt uena magna proxima loco affecto: quoniã ſemper ſiue tota materia fluxa ſit, ſiue non, eadem uena eſt incidenda: quoniã ſemp eſt eadem intentio.ſ. euacuandi totum corpus & facere ne materia quæ eſt in toto fluat ad locũ phlegmonis. Si uero morbus ſit diuturnus, & corpus purgatum: tũc non debet Medicus totum corpus euacuare: ſed ſolum membrum affectum, & mittere ſanguiné, ſi fieri poteſt, in loco læſo, ⁊ ſi non poteſt in loco læſo, ſicuti in pleu-

ritide,& in phlegmone hepatis,loco huius debet cucur bitas cum ſcarificatione applicare.Cum his etiam intelligendum quid ſit reuellere,ſeu diuertere,& quid deriuare.Gal.4.methodi cap.6.inquit, Diuerſionis & deriuationis diſcrimẽ dedit Hippo.in lib.de ſuccis, ſeu de humoribus ubi ait,quòd diuertere eſt mãm ad contrariũ ſui motus trahere.deriuare uero,ad latus.Et ita quãdo trahimus mãm ad contrariũ ſui motus,ut ſi fluat deorſum,& trahatur ſurſum,hoc erit diuertere,quaſi retrouertere,uel retrahere:ſed cum materiã trahimus extra uiam ſuam & ad latus, hoc eſt deriuare exẽpli gratia in fluxu uentris,ſi trahes materiã per uomitũ, hoc erit diuertere: quia trahis materiã ſurſum quæ fluit deorſuꝫ: ſi autem per urinã,hoc erit deriuauere: quia tũc trahis ipſam ad latus. ſimiliter ut dicit Gale.2. de febribus ad Glauconẽ in mulieribus matrice patiente, ſi ſeces uenã n cubito,aut mamillis cucurbitas appones. tunc diuertes: quoniam materiã ad contrariũ ſui motus trahes.i. à deorſum in ſurſum.ſi uero uenã ſeces in cruribus, aut cucurbitas coxi appones, tunc deriuabis: quoniam ipſam non ad contrarium ſui motus trahis: cum ipſa etiã deorſum moueatur,ſed ad latus.

De intellectu quorundã dictorũ Gal.Cap.21.

POST hæc uidendum,quomodo intelliguntur dicta quædã Galeni,quę uidentur inuicem contraria.Primum eſt 2.artis medicinalis capite de oculis,ubi dicit,diſtemperantiam lædi à ſimilibus ſuę craſi,& iuuari à modico cõtrariorum uſu.Secũdum eſt in 3.cap. 3.cum dicit,Calidiora corpora uictu indigent calidiori,frigidiora frigidiori,humidiora humidiori,ſicciora ſicciori.Tertium eſt 7.de methodo meden.iuxta principium,ubi dicit; Cuſtodiet autem id quod ad calidius

eſt conuerſum,ſi refrigerabit,quod ad frigidius inclinatum eſt ſi calefaciet.Pari modo,ſi quod ad ſiccius eſt alteratum,humectabit:& quod ad humidius uerſum,ſiccabit.Item & 7.cap.10.Calida intemperies refrigerãda eſt,frigida uero calefacienda, Similiter humida ſiccanda,& ſicca humectanda. Aliud. eſt 6.de ſanitate tuenda non longe à principio, ubi dicit. Si ſeruare temperamentum ſtudes,humidis naturis humectante cibo maxime quadrante,ſiccis uero eo qui ſiccet,ſin alterare placet contrarijs.In eo autem qui eſt in calido,frigidòue ad intemperantiam lapſu,cõtraria dare ſemper expedit, cum & efficaciſſime eiuſmodi intemperies ſint.Habetis aliud dictum tertia aphor.cõ.3.ubi dicit, ꝙ temperatæ ætates bene ſe habent in temperatis regionibus, intemperatæ uero in contrarijs, ut calidiores in frigidioribus,frigidiores in calidioribus,ſicciores in humidioribus,& humidiores in ſiccioribus.ut ſenes in æſtate, & iuuenes in hyeme.

Pro primo diſtinguendũ eſt de ſimili,quod excedit, quod deficit,& quod æquat,ut calido ſimile, id quod plus calidum,⁊ id quod minus,id quod æque. Quod eſt minus calidum,non eſt lædens,cuꝫ ſit retemperans & reducens,nec quod æque,cum ſit conſeruans, quod aũt plus,ſimpliciter eſt lædens,quia diſtemperantiã in caliditate coaugens. Dixit autem Gale. non abſolute, à ſimilibus lædi,ſed facile lædi,non ob aliud, niſi quia calido facilius eſt trãſmutari ad calidius.q̃ꝫ ad frigidũ, ⁊ frigido ad frgidius,q̃ꝫ ad calidũ,maior eniꝫ eſt cõtrarietas calidi ad frigidũ,& contra,q̃ꝫ calidi ad calidius. Omnis ergo immoderata diſcraſia lęditur à ſimili continuato uſu. Ideo debemus aliquando contraria concedere, ut prohibeamus ulteriorem lapſum, ne lapſus maior fiat, ſi continuo uſu illis uteremur. Pro quo inquit Auerroes. ſexto, colliget. cap.11. Cibi debent

eſſe ſm ſimilitudinem in ſanitate præſentis cóſeruationis,ut in cholericis cibi debent eſſe calidi,aut calidi,& ſicci,Et ſi medici uolũt eorum complexiones alterare, debent fieri per contrarium,tamen paulatim ad hoc regimen accedant.Sed dico, ꝙ iſtæ complexiones, quæ exeunt à temperamento ad unam extremitatum, ipſæ ſunt proximæ illi parti,ut incidant ægritudines ex genere illius complexionis,& hoc fit,cum ſuperuenit aliqua cauſa extrinſeca,& propter hanc aptitudinem,quę in eis eſt inuenta.Dico,ꝙ eorum regimen per ſimile ex toto fieri non debet propterea,quòd tales complexiones,quales iſtæ ſunt ſm unum modũ non perſeuerant, immo ſunt mobiles uerſus ęgritudinem complexionalem.Et propter hanc cauſam intelligere non debemus in regimento ſuorum ciborum cóſeruationem, immo & pręſeruationem ad reſiſtendum ei,quod accidere eis poſſet ex parte ſuarum præparationũ malarum.Et propter hoc totum eſt neceſſe, ut in cibis ſit aliquod cótrarium complexionibus eorum.Et hoc eſt propter timorem occaſionũ extrinſecarum, Nam ex parte cóplexionis non eſt timendum uti ſimilibus in toto.Et hæc eſt ſẽtẽtia illorum,qui ſententiã iſtam ſeruant, quamuis ex toto hoc non declarent.

Quãdo autem dicit Gal.3.artis medicinalis cap.3. Calidiora calidioribus &c̃.Intelligit,ꝙ corpa ꝯſeruãtur cibis calidioribus,cibis temperatis,& non cibis calidioribus corporibus,quia tunc nocerent.Nam ſicut cauſa temperata conſeruat temperatum,ſic & diſtemperata diſtemperatum.Quandoquidem cauſa tãtundem habitur à cauſa,quantũ corpus à corpore,& uerſus eandem qualitatem,quia id uere eſt ſimile in natura,ã quo res non patitur,neq; mutatur:corpus enim calidũ tribus numeris ſupra temperatum corpus,non pariter & cauſa,quæ tribus numeris lapſa eſt à temperata cauſa,

quæ ſicut uidet tribus numeris poteſt calefacere ipſum temperatum,ſed bene pateretur ab ea,quę poſſet ipſum diſtemperatū calefacere uno numero tantum, ſed talis cauſa calefaceret temperatū quaruor numeris.

In alijs authoritatibus loquitur Gal.de reductione, quā uult fieri ſemper contrarijs,ut & primo.de alimentis cap.primo, & 3.artis medicinalis cap.3 ibi quòd ſi permutare,atq; ad melius traducere &c.Et de corporibus reuocandis ex diſpoſitiōe acquiſita præter naturā ad naturalem ut & quarto de methodo medendi circa principium,cum inquit,imbecillitatem affectam curabis calidam refrigerando,ſiccam humectando,frigidā calefaciendo,humidā ſiccando, ꝙ ſi frigidior pariter, humidiorq; locus ſit calefaciendo,pariter ac ſiccādo, & in alijs eundem modum,uincentem uidelicet qualitatē; cōtraria ſemꝑ oppugnās &c.Et pro ultima authoritate tertiæ apho.cō.3.Sciendum ſecūdum Gal.in de ratione uictus priuatorum cō.7.quòd quinq; ſunt ætates: Puerorum,quæ calida,& humida eſt, Florentium ſeu adultorum,quæ eſt calida,ꝛ ſicca,Declinātium,quę eſt ſicca,& frigida,Senum,quæ eſt frigida, & humida propter indigeſtionem,frigida uero,& ſicca,quantum ad membra,& quæ inter pueros,& florentes media cōſiſtit,ut puberum,& adoleſcentium,quæ temperata eſt. Pueri ergo qui ſuperflue humidi,egerent ſiccis, tamen quia humidi ſunt materia augmenti,humiditatem eorum conſeruamus. Aetas uero adoleſcentiæ eget temperatis,quia temperata eſt.Iuuenes aūt,ſunt conſeruādi ſimilibus in qualitate,ꝛ gradu ꝛ interdū egent frigidis, cum ſint apti ad lapſum in ægritudines cholericas.Senes quia labuntur ad mortem per ſiccitatem, & frigiditatem, indigent præſeruatione. Ideo utimur contrarijs in eis,ſcilicet, calidis, & humidis,ęſtas non eſt ſimilis iuuenibus, ideo non gaudent ea, calor enim

æſtatis excedit eorum caliditatem, & ideo melius ſe habent in hyeme. Nam quando non habemus ſimilia eo modo, quo eſſe debent, utimur contrarijs, præſertim quando egemus aliquali præſeruatione. Pueritiæ ætas durat à principio natiuitatis uſq; ad.14. annum, adoleſcentiæ à.14.uſq; ad.25. iuuentutis, & dicitur flos ætatis, à.25.uſq; ad.35. conſiſtentiæ à.35.uſq; ad quadrageſimũ nonũ. Poſtea eſt ætas ſenectutis, quæ in primam diuiditur & ſecũdã. Prima durat à.49.uſq; ad 60. ſecunda à.60.uſq; ad finem uitæ. Diſtinctionem habetis ab Hippo. & Gal.1.aphor.13.&.3.à.24. aphor.uſq; ad finem. & ibi diuidit Hippo. pueritiã in quatuor ætates: in infantiam, quæ tendit uſq; ad.2.annum, & dentium plantatiuam uſq; ad.5.annũ. Et mediam quæ uſq; ad.12.aut.13.annum aut.14.ꝑgreditur, & appellat̃ ætas cõcuſſionis. Poſtea ẽ ætas pubeſcẽtiæ emiſſionis ſeminis. & dicit Gale.ibi comen.27 ꝙ pubertatis ætatis nõ eſt unus certiſſimus terminus ob caliditatem ⁊ frigiditatem temperaturæ: nam calidi citius, frigidi uero tardius pubeſcunt. Et.6. de tuẽda ſanitate prope principiũ inquit: Has ętates annorũ numero circũſcribere, quẽadmodum nõnulli fecerũt, niſi forte in latitudine quadã: pubeſcere enim incipiũt aliqui ubi.14.annũ expleuerũt, quidam uno anno poſt, aut etiam amplius. Initiũ uero declinationis nõnulli habent ſtatim à.30.anno. nõnulli poſt.5.⁊.30. & robur omnibus minuitur poſt ipſam ſummi uigoris ętatem: non tñ, inquit, hi ſanitatem amittũt quãuis minus hanc, q̃ ante laudabilem habeant. ⁊ hãc habent non ſolum uſq; ad initium ſenectutis: uerũ etiã in ipſa ſenectute tota. q̃ ipſa quoq; quibuſdã naturalis morbus eſſe uidetur. & uocat Gal. ætatẽ à.35.anno uſq; ad.49. ætatem conſiſtentiæ: non quia in ea non ſit caloris declinatio: ſed qa parua & inſenſibilis. Medicus aũt non iudicat rem ſm quod eſt, ſed ſm quod ſenſui appa

ret.hoc aũt cognoſcitur:quia hi in hac ætate non æq̃ bene reſiſtunt cauſis ægrotare facié tibus ſicuti iuuenes. Et propterea Phi ſolum diuidunt ætaté in duas,in æta tem augendi,uſq; ad.35.annũ,⁊ diminuendi,à.35.infra. ſed aliter diuiſit has ætates Auic.prima primi.

De intẽtione curatiua à nãli tpamẽto. Cap.22.

NVNC de ſecundo à quo ſumiť intentio curatiua,ſcilicet, naturali ipſius infirmi complexione, dicendũ.Hanc enim debet medicus cognoſcere,ne calefaciendo,uel frigefaciẽdo corpus extra ſuam naturalé complexionem reduceretur,Ex morbo enim, & cauſa habemus,quid agendum ſit, ex naturali uero cõplexio ne quantum ſit agendum,id eſt,uſq; ad quem terminũ ſit agendum.Propoſito enim infirmo febre cholerica laborante,ſcio,ꝙ ipſum debeo infrigidare,& humecta re ex morbo,uſq; ad quem gradum uero ſciam,ex natu rali eius complexione.Ideo Gal.loquens de indicatiõe cõducentium 7.de metho.meden.cap.13.inquit:Prima quidem indicatio à laborantis loci temperie ſumitur, quæ calefaciendi,refrigerandi,ſiccandi,uel humectan di,uel aliquid horum coniuncte cum alio faciendi mẽ ſuram perſcribit,Nam cognitio naturalis temperamen ti corporis facit coniecturari quantitaté diſceſſus eius à tẽperamento ſuo,ut ſi corpus ſit calidum,& morbus frigidus,innuit magnitudinem diſceſſus à diſpoſitione naturali.Si autem ſit morbus calidus,innuit paruitaté diſceſſus.Et ex hoc dat cognitionem electionis quanti tatis,& graduum medicinę.Ideo.Gal.primo de metho do medendi cap.2.Morbi non commode curantur, ſi corporis uniuerſi natura ignoretur.Et 12.cap.4.Ante omnia conſiderandum eſt,qualis nam ægrotantis na tura ſit. Dicamus etiam, quòd licet intentio curatio

nis ab eſſentia morbi ſit principalis,tamē plurima pars intentionis curę ſumitur à natura membrorum patientium 3.artis medic.cap.11.ibi.Plurimum uero ex ipſis affectis particulis ſumuntur: ut in morbis de oppilatiōe manifeſtum eſt, ꝙuis enim in eis omnibus una ſit intentio cōmunis, quæ eſt exoppilatio,tamen modus, & ingenium exoppilandi diuerſificatur ſm diuerſitatē mēbrorū,in quibus eſt. Alijs enim medicinis exoppilat̄ neruus,& alijs uenę,alijs pulmo,alijs ueſica,& aliis inteſtinū,Et aliunde educatur,quod oppilat in eis,& aliunde in illis,V.g.auferimus lapidē à collo ueſicę, aut per inciſionem factam circa collum,aut per medicinas cōuenientes,& educētes paulatim. Et cataractam ſtantem in pupilla auferimus medicinis abſterſiuis,& reſolutiuis & ſiccatiuis.Et ſaniem contentā in pectore,uel alio loco,educimus per modos ſibi conuenientes, & medicinas ad illud pręparantes &c̄.Propter quod Auic.4. primi cap.primo.Cognitio naturæ membri continet quatuor rerum cognitiones. Primo.ſ. complexionis eius,qua ſcita ſcietur per menſurā exiſtimatiuam, quantus ſit diſceſſus à complexione naturali,Et ex hoc pendet menſuratio contrarij ad morbū.Secūdo plaſmatis & creaturæ mēbri,qua ſcita ſcitur,an mēbrū ſit rarū uel ſpiſſum,hn̄s ꝯcauitates in ſe, & poros magnos,aut paruos, ex quo mēſurat̄ debilitas,aut fortitudo medicinę ſubtilitas,& groſſities,qbus hn̄t reſolui mā̄æ,& ſcit̄ uia eductionis earum.Tertio cognitionem ſitus.i.loci, & ſocietatis commenſurat electionem medicinę euacuantis ad debitam partem.Cognitio autē loci,unde oportet facere medicinam pertranſire ad ægritudinem, Et quid ſit admiſcendum, ut facilius perueniat & utrum oporteat augere uirtutem medicinæ propter longitudinem uiæ,aut non.Quarto uirtutis membri.Si enim uirtus fuerit principalis,aut aſſociata principali, cau-

bimus à medicinis fortis reſolutiõis, & admiſcebimus ſtiptica reſolutiuis,& aromatica,ne toti corpori nocumentum inferamus,& à medicinis fortis calefactionis, & infrigidationis, uel ſubito fortiter euacuantibus.Itẽ ſi fuerit acuti ſenſus,ut membra neruoſa, cauebimus,à mordicatiuis,& medicinis malarum qualitatũ.Eſt autem(inquit Gal.primo de ſanitate tuenda)optima corporis conſtitutio ea,cuius ſi ſubſtantiam ſpectes, quæ figuram partium egregie ad functiones comparatam habet: adhæc, quæ omnem tum magnitudinem, tum omnium earũ inter ſe contextũ ad actiones idoneum exhibet,cuius corpus carnis mediocritatẽ præfert,medium inter gracile,& obeſum.Idem reliquorum quoq; exceſſuum in medio plane eſt ſitum,ita ut ne hirſutum id merito dixeris,nec glabrũ,ſed nec molle, nec durũ nec nigrũ,nec candidũ,nec uenis amplis,nec obſcuris, nec iracũdũ,nec ignauũ,nec ſomnolẽtũ,nec peruigilẽ, nec hebetem nec calidum, nec in uenerem pronum, nec à uenere alienum.Quod ſi in omnibus quoq; corporis partibus plane medium omnis exceſſus teneat, pulcherrimũ id uiſu nimirũ fuerit,utpote ſymmetron. Erit nõ minus ad labores omnes plane idoneum, nec reliquis boni temperamenti cuiuſq; membri notis, quas in ſecundo de tẽperamentis retulimus deſtitutũ.

Si ergo corporis naturalis complexio fuerit diſtemperata,ut cholerica à prædominio cognoſcet.Primo ex colore,quia brunus,ſeu ruffus,Nam 4.de regimine ſanitatis,indicatio ſumpta à coloribus, dummodo nõ fuerint uiolenter facti,nunq; eſt fallax.Secundo ex corporis habitudine,quia macer & gracilis. Tertio tactu, quia eius corpus calidũ ſentitur cũ aſperitate,& duritie. Quarto ex operationibus naturalibus,& animalibus quia pulſus uelox & fortis,uigilia multa, ſenſus perfecti ingenioſus

cti,ingenioſus,multũ rixabilis,audax,uox acuta,loquela multa, ſomniat res citrinas igneas. Quinto, quia facile à calidis paſſibilis eſt. Sexto, quia exeuntia citrina, capilli criſpi, multi, nigri. Cognoſcitur enim naturalis complexio, ut ex 2. artis medicinalis, aut à ſubſtantia liter inhęrétibus, aut ex effectibus, id eſt, operationibus, aut caſibus q ſunt aut q̃litas mutata, aut exiens mutatũ. Sed qa cognoſcédo uniuſcuiuſq; mẽbrorũ principaliũ cóplexionem. & eis ſeruiétium, & comparando unũ ad aliud, totius corporis cóplexio cognoſcitur, ut inquit Auerroes 4. coll'3. cap. 8. Et elicitur ex Galeno 2. artis medicinalis, Et Auic. prima ꝑmi doc. 3. cap. primo. Ideo de ſignis complexionis membroꝝ, & præſertim principalium dicendum.

A q̃bus cognoſcit̃ naturalis ꝯplexio.

De propriis ſignis quæ naturam cerebri oſtendunt. Cap. 23.

INQVIT Galenus 2. artis medicinalis: Propria genera ſignorum, quę cerebri naturam oſtendũt, ſunt quinq;. Primum eſt totius capitis diſpoſitio, quæ ex quantitate, & figura ſumitur, atq; capillis: numero autẽ & ſitu nó contingit, niſi raro caput peccare. Secũdum uirtus ⁊ uitiũ. i. bonitas, & malitia ſenſibiliũ operationũ. Tertium motiuarum. Quartũ principalium, ut imaginationis, cogitationis & memoriæ. Et quintũ naturalium, quæ per uirtutes naturales complentur, Etiam colore, calore, & frigore exteriorum capitis partium, ſomno, uigilia, ⁊ moribus quibuſdã naturalibus, cerebri complexio cognoſcitur, ut infra. Et in prędictis generibus comprehendunt̃, nam color, calor, & frigus ad totius capitis diſpoſitionem reducuntur, ſomnus & uigilia ad ſenſibiles operationes, mores ad principales. Præter hęc quinq;, eſt aliud ſignorum genus, ut altera.

tio,quæ ei extrinſecus aduenit,ſed hoc non proprium dicitur, cum accidens ſit à foris,ut à rebus nõ naturalibus, in quarum natura eſt ipſum alterare, ſicut & reliquũ corpus.Propter quod nõ eſt ex hoc genere ſemp cognoſcere cerebri cõplexionẽ,ſicut ex alijs.Itẽ ꝓpria genera ſignorum aut ſumuntur à ſubſtantialiter inhærentibus,aut effectibus,aut caſibus,ut totius capitis diſpoſitio,in magnitudine & figura, eſt ſignum à ſubſtantialiter inhærentibus,æqualitas enim uel inæqualitas, ſm magnitudinem,& figuram,definitionẽ cerebri uel capitis ingreditur ſani,uel ęgri,ſm autem ꝙ diſpoſitio eius attenditur in capillis,& in colore ipſius capitis, & capillorum,eſt ſignum ſumptum à caſibus,bonitas aũt ⁊ malitia ſenſibiliũ operationũ,& motiuarũ,principaliũ,& nãliũ,ſunt ſumpta ab effectibus. Sed alteratio ab his,quę ſibi accidũt extrinſecus, nec ſubſtantiale eſt ſignũ,nec accidẽtale,ſcilicet effectus,uel caſus.

Dicit Gal.paruitas capitis,ſemper uitioſæ conſtitutionis cerebri ſignum eſt.Nam eius paruitas eſt ex materiæ ſpermaticæ creatione prima paucitate,ſicut magnitudo ex illius multitudine.Igitur ſi caput paruum eſt,ſequitur cerebrum paruum eſſe.ad paruitatem autẽ cerebri,& totius capitis,ſequitur,uentriculos eius paruos eſſe,quia ſecũdum quantitatẽ cerebri fiunt cõcauitates in eo.Ad paruitatẽ autem cellularum ſequitur operationum imperfectio, qm̃ bonitas operationum interiorum ſenſuum, multitudinẽ ſpirituum requirit. Item hi ſpiritus per loca ita anguſta tranſeuntes adinuicem cõfunderentur.Item non poſſent moueri,& libere trãſire,& ita tarditas eſſet in eoꝝ motibus,& in adeundo,& redeuudo ſe impedirẽt.Item ſi ij ſpiritus deferant imagines rerũ à ſenſibilibus acceptas(ut aliqui uolũt) ipſis ſe ad inuicem cõfundentibus, etiam imagines cõfunderentur, & iudicij ſequeretur peruerſio.Etiam ad

paruitatē cerebri ſequitur tenuitas ſenſibilium neruo-rum, & per hoc,omnis ſenſus debilitas.Sequitur etiam nucham, ⁊ dorſum,coſtas,neruos,⁊ collū.quæ ab ipſo oriunť,ſtricta,& parua eſſe.Vbi enim radix eſt parua, illud quod naſciť ex ea,paruū eſſe neceſſe eſt. Ad parui tatem aūt nuchę,ſequiť paruitas,& tenuitas motiuorū neruorū,⁊ debilitas motus.Adhuc ⁊ paruitas coſtarū, ad quā ſequiť ſtrictura pectoris,⁊ in anhelitu nocumē-tū.Et ſi cū paucitate materię cōiungitur fortitudo uir-tutis informatiuæ eſt minus malum , ſicut minus ma-lū eſt paruitas capitis in corpore paruo , q̄ȝ in magno. Nec ſi de paruitate capitis repugnat ei qđ dixit Ariſto. 30.problematuȝ ꝓblemate.3.uidelicet,ꝙ homo anima liū prudentiſſimū eſt: quia inæqualiter minimū habet caput,& inter homines qui minori ſunt capite pruden tiores naſcuntur,q̄ȝ qui ſunt grandiori: quoniam cōpa rat caput ad partes corporis iferiores. Et uult id quod dixit.4.de ptibus animaliū cap.10.ꝙ in homine faciat ad prudentiam habere partes ſuperiores minores & le uiores:quia partes ſuperiores non debent eſſe adeo gra ues,ut ſenſum & intellectū obtundant:Cōtrarium autē eſt in brutis:quia bruta habēt partem ſuperiorem infe-riori maiorē.Ideo dicit Ariſto.Homo inæqualiter mi-nimo eſt capite:quia habet ptes ſuperiores minores in-æqualiter cum brutis:quia bruta habent partes inferio res minores: homo uero ſuperiores:⁊ inter homines q ſunt minoris capitis prudentiores ſunt:nam pueri quia hn̄t partes ſupiores grauiores & maiores inferioribus, ideo etiā ſunt minus prudentes, q̄ȝ adulti, qui hn̄t ptes inferiores maiores ſupioribus.Ideo melius ſentiunt,& ſapiunt,q̄ȝ pueri.& inter hoīes ſi reperiātur aliq qui ha beāt partes inferiores minores, ut paruas tibias, adeo ꝙ membra ſint diſproportionata, hi imprudētes ſunt. Magnum uero caput nō eſt ſemper ſignū bonæ conſti-

tutionis cebri. Nam ſi magnitudo capitis fortitudinē uirtutis conſequatur, circa multam & bonam materiā operantis, eſt cerebri bonę cōſtitutionis ſignū. Si uero ſolum materiæ multitudinē conſequatur, erit nō bonę conſtitutionis cerebri ſignum. Per uirtutem intellige formatiuam, ſemini à principio creationis inhærentē, cuius operationes ſunt membrorū generatio, & lineatio, figuratio, cauatio, perforatio, lenitio, ꝛ exaſperatio & huiuſmodi. Dicitur autē hæc uirtus fortis, ex multa ſpirituum quantitate, & per habere organum ſibi contemperatum, ſcilicet, ſemen, & ſpiritum in illo. Per materiam intellige ſanguinem menſtruum mulieris, quæ bona erit, cum bonam habuerit temperaturam. Hæc uero diſtingues, & ex figura ipſius capitis, & ex his, quæ ab ipſo ortum habent. à figura, quoniam ſi caput magnum bonæ figuræ fuerit, ſemper erit hoc ſignum bonæ cerebri compoſitionis, quia magnitudo capitis cum bonitate figuræ conſequitur informatiuæ uirtutis fortitudinē, circa multam, ꝛ bonam materiam operantis. Nunquā enim uirtute formatiua cerebri debili exiſtente, poteſt caput eſſe bene figuratum. Si uero caput non fuerit bonæ figuræ, prauæ cōpoſitionis cerebri erit ſignum, quoniam malitia figuræ eius comitatur, aut uirtutis informatiuæ debilitatē, aut ſuſceptiui ineptitudinem. Et dicit Gal. ꝙ propria capitis figura eſt ueluti, ſi excogitares ſphæram exquiſite rotundam ex cera cōſtructam, paulatim utrinq; depreſſam, in qua neceſſe eſt, ut priores, & poſteriores partes plus gibboſæ fiant, ꝙ̄ ſphæræ cōueniat, & latera magis recta, quoniam figura, quæ ei ſm naturam debetur, eſt ſphærica in longitudine facta, duas eminentias ante & retro habens, ut origines neruorum à cerebro deriuatæ in longitudine poſitæ non coanguſtentur, & ut per longitudinem melius cellularum cerebri locus diſponatur, &

ut duæ eminentiæ neruos,qui ad frontem deſcendunt & nucham defendant.Sunt autem tres aliæ figuræ capitis,ſed nó naturales. Vna eſt,quando eminentia anterior minuitur.Secunda eſt,quando poſterior minuit. Tertia,quando utraq; perditur, ut ſi ſit caput perfecte ſphæricum longitudinem,& latitudinem æqualiter habens.Figuram autem,in qua longitudo minor eſt latitudine,nó eſt reperire,niſi de corpore cerebri,& ipſius uentriculis aliquid minueretur,quod uitæ eſt contrarium,ut 10.de iuuamentis membrorũ cap.ultimo.Sed de paruitate partium capitis anterioris,quæ ſinciput dicitur, & poſterioris,quæ dicitur occiput,aliter eſt.Nó enim ſi pars capitis poſterior parua fuerit,erit abſolute ſignum prauæ cópoſitionis partis poſterioris cerebri, ſicut eſt paruitas totius,ſed deſtinguibilis eſt,in bonitate,& malitia,per figuram eius,& per ea,quæ ab ipſa parte oriuntur,ut collum,neruos,una cũ oſſibus aliis.Ná ſi iſta ſe habuerint ſm naturam, cóuenientia in figura, ſitu,& operatione, non erit occipitii paruitas ſignum prauæ compoſitionis partis poſterioris cerebri, ſed ſi ſm deteriorem diſpoſitionem naturali diſpoſitione ſe habuerint,ſignum erit prauæ cópoſitionis poſterioris partis.Aliter ergo eſt de paruitate occipitij, & totius capitis, nam toto exiſtente paruo, impoſſibile eſt non eſſe parua,& debilia,quæ oriuntur ab illo: quoniam ſi natura circa digniora in neceſſariis deficit,nó poteſt in uilioribus abundare,ſed ſolo occipitio exiſtente paruo non poterit dici omnino naturam deficere circa dignius,ſcilicet,circa cerebrum,quare nec erit neceſſariũ defeciſſe circa exorta.Similiter & de parte anteriori capitis dicendum, & per conſiderationem ortorum ab ipſa,ſicut oculorum,linguæ,naris &c.Omnes ita Galenum in hac parte intelligunt,quibus minime aſſentiendum,quoniã ſi pars capitis anterior,ſeu poſterior par-

ua erit, pars cerebri in quantitate deficiet, & ſic prauæ compoſitionis erit. Eſt enim æqualitas in compoſitione organorũ penes quatuor naturas, quæ ſunt forma, quantitas, numerus, & poſitio. Et ſic paruitas occipitij, uel ſincipitij eſt ꝓprium ſignum prauæ compoſitionis partis cerebri, ſicut paruitas totius capitis, eſt propriũ ſignum prauæ compoſitionis totius cerebri. Propter quod Gal. inquit, quòd magna ex parte imbecillitas neruorum, colli, nuchæ, & dorſi, comitatur defectus occipitij, quia paucitatem materiæ eius. Et rariſſime aliter accidit, id eſt, ꝙ occipitium paruum ſit, ad quod nõ ſequatur debilitas eorum, eſt rarum ualde, & hoc ideo, quia à parua radice, parua ſunt, quæ inde oriunt. quòd ſi occiput paruum ſit, & orta ab ipſo ſe habuerint ſm naturam, ſignum eſt tale factum eſſe paruum, materiæ defectu, nõ uirtutis imbecillitate, qm̃ ſi uirtus informatiua fuiſſet imbecillis comitans ſeminum diſtemperantiam, remanſiſſet pars hæc poſterior ineptæ figuræ, & omnino debilis in ſuis operationibus, ⁊ ſimiliter orta ab ea. Et ſic uides, quomodo uerba Galeni, eorum ſententiæ non quadrant.

De magnitudine uero poſterioris, & anterioris partis cerebri conſimiliter dicendum, ſicut & de toto dicebatur, ut quod nõ eſt ex neceſſitate ſignum bonæ compoſitionis illius partis cerebri, ſed ſolum, quando comitatur fortitudinem uirtutis informatiuæ circa multam, ⁊ bonã materiam operantis, quod per figuram decernendũ, & per ea quæ ab ipſa oriuntur. Eſt uero pars poſterior cerebri principium ſpinalis medullę, ratione cuius principium eſt omninum actiuorũ, ſeu motiuorum neruorũ in toto animali, ab ipſa medulla uenientiũ. Eſt enim medulla ipſius cerebri uicaria in emiſſione neruorũ à ſe ipſa, per quam deſcendit à cerebro uirtus motiua in neruos, quia ab ipſa originem trahunt.

Si enim nerui omnes à cerebro naſcerentur,neceſſariū fuiſſet caput eſſe multo maius,q̃ ſit, quod eſſet onus corpori:neruo quoq; neceſſarium eſſet longam uiam pertranſire,anteq̃ ad extrema corporis perueniret, & eius longitudo,eius fortitudinem ad mouendū membra grauia debilitaret.Pars poſterior per ſui naturam in omnibus,non ſolum hominibus,ſed reliquis animalibus,eſt principium paucorum ſenſibilium, & multorum motiuorū,ſicut pars anterior,plurium ſenſibiliū, & paucorum motiuorum.Definitur enim anterius,per eſſe id in quo fit nobis ſenſus,2.cœli textu cō.8.Et in libro de progreſſu animalium.Propter quod fuit cerebrum anterius, habens principiare rem paſſiuam ab altero magis molle,ut quod ab ipſo oritur,ſit facilius paſſibile,et cerebrum,poſterius habēs principiare rem actiuam in alterum,fuit magis durum,ut quod ab ipſo ſoritur,ſit forte in retentione,& expulſione,quę motui unt neceſſaria.

Oſtēditur cerebrum ſm medicos eſſe principium ſenſus & motus.Cap.24.

EST AVTEM hic ſciendum,ꝙ Ariſt. 2.de partibus animalium uult cerebrum non eſſe principium ſenſus,quia quod eſt inſenſibile, nullius ſenſus eſſe poteſt principium.Eſt autem cerebrum inſenſibile. Monachus 2.artis medicinalis cō.15.reflectit rationem contra Ariſtotelem,dicens:Si enim nō poteſt eſſe principium ſenſus,quod inſenſibile,non poterit pari ratione principium uiſus eſſe,quod inuiſibile eſt.Et tūc cor non erit principium uiſus,cum ipſum nō uideat,quod contra ipſum eſt, uolentem uniuerſaliter principium omnis ſenſus eſſe cor:Dicendum,omnes ſenſus præſupponere tactum,tanq̃ primam radicem ſenſuum exterio

rum uoluit Ariſto.& ita à quocunq; negatur tactus, negantur ab illo omnes alij ſenſus exteri.Ideo de hoc inquit Ariſto.quod eſt inſenſibile, nullius ſenſus eſt cauſa, ſed à cerebro relegatus eſt tactus, ergo &c̃.Sed argumentum de uiſu non procedit,quia uiſus eſt ſenſus particularis,non prius origine,ut tactus, & ita poteſt, quod non eſt actu uiſiuum eſſe cauſa uiſionis.Sed ad argumentum Ariſtotelis, Galenus negaret minorem, ſcilicet, ꝙ à cerebro relegatus ſit tactus: nec cerebrum caret inſtrumẽto ſenſus,cum ipſum in ſubſtantia ſimillimum ſit neruis,quorum eſt principium, & nõ differt ab eis,niſi ꝙ eis mollius exiſtit, ut dixit 8.de uſu partiũ cap.6.in principio.Etiã inquit,ci hoc ꝯuenit, ꝙ omnes ſenſus recipit.Et de tactu etiã oſtenditur,nã 2.Miamir. cap.primo,de dolore capitis lonquẽs inquit: aliquãdo enim extra craneum eſt paſſio,aliquando intra,aliquãdo omnium earum quæ extra, aliquando quidem non omnium, ſed unius generis corporũ,uel arterioſi,uel uenoſi aut neruoſi aut membranoſi aut cutis,aut ipſius cerebri.Hæc enim uera eſt tranſlatio,nõ antiqua, dicens,aut tenantoſi,ut uideri poteſt ex codice græco. Nec hic de cauſa doloris intelligit,ut quidam uolunt, ac ſi dixiſſet,cauſa doloris aliquãdo eſt in uenis,aliquãdo in arterijs,aliquando in ſubſtantia cerebri,ut mala qualitas,quia Gal.dicit,ꝙ paſſio aliquando eſt in ſubſtantia cerebri,Modo paſſio non poteſt accommodarĩ qualitatibus,ſiue cauſis facientibus dolorem,quia ipſæ ſunt diſpoſitiones,non paſſiones.Præterea ſi intelligit Galenus de cauſis,quare nõ numerauit oſſa, ſicut alias partes capitis?Cauſa enim ut puta calidi:as,quando eſt in oſſibus poteſt alijs ſenſitiuis partibus cõmunicare,& facere dolorẽ.Item Gal.7.de dogmatibus circa finem ꝓbans ꝯ Ariſt.principiũ ſenſus,& motus eẽ in cerebro & ꝙ facultas à cerebro trãſmittitur ad neruos ꝑ ſenſu,

:c̃m Gal. :erebrum ntit.

& motu,dicit,non eſſe dicendum, ꝙ animæ principiũ ſit in membranis circuẽtibus ipſum,ſed anima ipſa,ſeu facultas ipſa ſenſitiua,eſt in ſubſtantia cerebri medullari,non in membranis.Et cerebrum nõ caret inſtrumento ſenſus,ut dictum eſt.Ergo cerebrum ſentit.Vnde ibi Gal.8.de uſu partium nõ dicit ita ſentire cerebrũ, ſicut nerui,ſed cum ſubſtantia ſimillimum ſit neruis non differens ab eis,niſi ꝙ eis mollius exiſtit,omnes ſenſus recipit,omnes phantaſias phantaſiatur,omnes intelligentias intelligit,quod enim eſt facile alterabile in omnibus hmõi opationibus,& paſſionibus maxĩe idoneum eſt,facilius autẽ alterabile eſt qđ mollius,q̃ꝫ qđ durius. Propter hoc igitur mollius neruis eſt cerebrum.Ecce ergo ꝙ Gal.hoc in loco uult cerebrũ exactius ſentire, q̃ꝫ neruos,quia eſt factum eiuſdem ſubſtãtiæ cũ neruis, & cum hoc mollius.Sed dices, oppoſitum patet, quia uidemus in uulneribus cerebri,ꝙ ſi recidatur ipſa cerebri ſubſtantia,aut pungatur,ægri non ſentiunt,& hoc fundamento,Ariſtot.dixit,cerebrum non ſentire.Item contrarium huius dixit Gal.in libello de uirtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus,ubi dicit,ꝙ omnes partes habent ſenſum,& motũ à cerebro,mediantibus neruis ſenſitiuis,& motiuis, ſubiungit cerebrum nõ ſenſibile organum à natura,ſed ſenſuum organum factum eſt. Item 4.de accidenti cap.ultimo ait,ꝙ cerebrum à natura eſt inſtitutum,nõ ut ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed ut ſenſuum inſtrumentis uim ſentiendi præſtet.Dic ad primum, ꝙ in uulneribus pars cerebri ſuperficialis nõ ſentit quia eius uirtus exhalatur,ꝛ à frigido extrinſeco corrumpit̃. Ad alia dic,ꝙ Gal oſtẽdit ibi, ꝙ cerebrum ſit prima origo ſenſuum, & organum organorum, & ꝙ non eſt ita organum,ſicut cætera particularia,ſed ꝙ ſit organum omnium aliorum organorum & eorum principium.Ideo dicens,ꝙ à natura eſt inſtitutum cere

brum, non ut ſit ſentiendi inſtrumentum, ſed ut ſenſuum inſtrumẽtis, uim ſentiendi præſtet. Non uult dicere, ꝙ cerebrum nõ poſſit eſſe inſtrumentum ſenſus, ſed intendit ꝙ nõ eſt inſtrumentũ ſenſus, ut ſunt alia particularia inſtrumenta. Et ubi litera Copi habet, cerebrum eſt primũ ſentiendi promptuarium: litera Græca habet, eſt organum organorũ. Idem uult authoritas adducta in libello de uirtutibus noſtrũ corpus diſpenſantibus. Principium autem ſenſus & motus eſſe cerebrum ſic ꝓbatur ſm Gal. à cerebro uel à nucha, quæ à cerebro oritur, nerui omnes oriuntur, ut ex anatomia oſtẽditur, & per neruos tranſit uirtus ſenſitiua & motiua, ut patet experimẽto: quoniã ſi liget̃ neruus, uidemus ſtatim deperdi ſenſus & motus. ergo cerebrũ & nõ cor eſt principium ſenſus & motus. & deceptus fuit Ariſto. ex pauca anatomiæ exercitatione: ipſe enim non diſtinxit chordam à neruo & ligamẽto: ſed omnia iſta neruos appellabat. Et ideo dixit in corde eſſe plures neruos. ſed ſolũ in pãniculo cordis eſt neruus reuerſiuus, quo ligato ſola uox deperditur: Non autem ſenſus & motus aliarum partium. uult Gal. ꝙ membra principalia noſtri corporis ſint cor, cerebrũ, hepar, & teſticuli. & ꝙ iſta habeant uirtutem ſibi propriam quã non aliũde ſuſcipiunt: ſed ipſam aliis dant corporis partibus, ut cerebrum, animalem: cor, uitalem: hepar, naturalem: & teſticuli, genitalẽ. Ariſto. uero inter iſta principalia uoluit unũ eſſe principaliſſimũ à quo omnia alia in ſua uirtute dependent, vz cor: uult enim cerebrũ habere uirtutem ſentiendi & mouendi, nõ quidem ex ſe, ſed acceptam corde. Ita etiam hepar, & teſticuli: ſed Gal. uult cerebrum eſſe principalius: quia concurrit ad uitam conſeruandã ut cor, & ad ſenſum & motum principalius ipſo corde: nam ad conſeruandum calorem innatum, & uitam ipſam, neceſſarius eſt motus anhelitus, q motus uolũtarius factus

à cerebro ex motu thoracis:bñ uerũ eſt,ꝙ ablato anhelitu non moritur homo niſi cor lædatur:nec moreretᷣ ſi cum priuatione anhelitus ſtaret cordis temperies.attende ꝙ Gal.uidetur innuere tres eſſe animas, unam in cerebro,aliam in hepate,& aliam in corde.9. Methodĩ cap.9.ubi inqt.Gubernãt aíal (ut in libro de Hippo.& Plat.dogmatis eſt mõſtratum)tres diuerſi inter ſe generis facultates, toti corpori ex ſuo quodam ueluti fonte quæque diſtributæ.Eas Plato animas uocat,propriam cuiuſq; ſubſtantiã inueniens.Eſt enim earum quędã ad nutriendũ aíal neceſſaria,ac ſtirpibus cõmunis q̃ iecur ueluti pro fonte habetur; canales uero ab hoc in totuʒ corpus ſparſos,ipſas uenas hanc ſeu appetitricẽ,ſeu naturalem,ſeu altricẽ uoces,nihil intereſt,ueluti nec ſi anĩmam,aut facultatẽ appelles. Altera eſt quæ non modo ut ſtirpibus,aut uita ꝑditis:ſed etiam ut animalibus nobis eſt inſita:hæc ſedẽ in corde habet, ipſo quoq; inſiti caloris quodaʒ ceu fonte: ab hoc fonte canales arteriæ ſunt:uocatur hæc multis ſanè nominibus: nam & hæc facultas, ſiue uirtus uitalis,& facultas,ſiue uirtus animoſa,⁊ anima animoſa dicitur.Tertia ratiocinatrix in cerebro domiciliũ habet.ea uolũtarijs actionibus una cum ſenſibus ꝑſidet.Vtitur & hæc particulis quibuſdã ceu canalibus,nempe ipſis neruis, ſenſum motumq; per os in totũ aíal tranſmittens. Sed hoc reprobatũ eſt ab Ariſto.& Auer.p̊ de anima.90. qm̃ omne quod unum & continuũ non eſt unum per unam materiam:ſed per unam formam.Dicunt aliqui ꝙ à cerebro non ſola uirtus ſenſitiua & motiua ad alia mẽbra defertur:ſed etiã cum ea ſimul ſpiritus animalis in quo eſt uirtus aíalis ꝑ neruos ipſos.Ita etiam dicunt de hepate,quòd.ſ.non ſola eius uirtus ab eo per uenas tranſmititur ad alias corporis partes:ſed etiam ſpiritus in quo eſt uirtus nutritĩua:Ita etiam de teſticulis dicunt,ita & de corde,ꝙ non

ſolum ab eo tranſmittitur uirtus uitalis ad mẽbra per arterias: ſed etiã cum ea ſpiritus in quo eſt ipſa uita: ſed hoc eſt contra Gal. qui uult ſpiritum aĩalem non poſſe tranſmitti una cũ uirtute niſi ꝑ neruos uiſiuos. Vnde ꝑ de locis affectis ca.ult.ubi ponit differẽtiã inter inſtrumenta naturalia & aĩalia,inquit naturalia habẽt ſibi inſitã ꝛ cognatã uirtutem: animalia uero aliũde influxã, ueluti lumen à ſole.Hoc idem dixit ꝑ de ſemine circa finem,etiã de uirtute uitali q̃ à corde ꝑ arterias trãſmittitur.Ita etiaꝫ dicit de uirtute genitali,quæ ex teſticulis per totum corpus ſola ſine aliquo ſpiritu uel ſubſtãtiã tranſmittitur:nam ſicuti uidemus,ꝙ una minima quãtitas ueneni totũ corpus alterat:ut puta ſi ſcorpio mordet hominẽ in aliqua eius corporis parte ſubito totũ alterat:neqꝫ tñ eius ſubſtantia eſt illa q̃ ſtatim tranſmittitur per totum corpus:ſed ſola eius uirtus & qualitas, ita eſt de uirtutibus iſtis,quæ ſolæ ſubito tranſmittunẽ per totum corpus,ut lumen ſolis in aere & aqua. Idem primo de ſymptomatum cauſis circa mediuꝫ ubi dicit. Si in neruo ſit meatus pes quem uelut per uiam uirtus & ſpiritus tranſit, clauſo meatu trãſitus uirtutis impeditur.ſi autẽ nullum habet meatũ trãſitus impeditur ex humiditate & craſſitudine: nam queadmodum nebula uel fumus aut nubes in aere,ꝛ cenum aut limus in aqua impediunt & prohibent quo minus Solis ſplendor per tranſeat,ita neruus ſi modice craſſus durusq; fuerit delationem uirtutis offendet.Hoc clarius habes in tractatu de oculis ꝑticula.2.ca.5.ubi dicit. Animalis ſpiritus in cerebri uentriculis exñs ſenſum & uoluntarium mãdat motũ:uirtus.n.ipſius ꝑ neruos penetrat ad cætera membra.Eſſentia uero in proprio permanet loco,ſicut Sol totũ aerem illuminat in uno ſtans loco:ſed ad oculos non ſolum uirtus uiſibilis,ſed ipſe ſpiritus eſſentialiter dirigitur, & tanta eius q̃titas, quãta eſt neceſſaria

illuc quod utriuſque nerui teſtificatur. Et.7.de placitis Hippoc.& Plat.circa medium ubi q̃rit.nũquid tranſeat ſpiritus per neruos ad dandum ſenſum & motum,& nũquid uirtus ipſa ſentiendi & mouẽdi ibi inſita ſit ex nã, uel influxa: & dicit ꝙ per ſolos neruos uiſiuos tranſit uirtus & ſpiritus.Et ideo iſti ſoli à natura ↄcaui & manifeſto cum foramine facti fuere. Sed nũquid etiam per alios?Reſpondet Gal.ꝙ ſi per alios ab opticis deberẽt ſpiritus pertrãſire:oporteret ꝙ ibi eẽnt meatus:ſed iſti ibi non ſunt,uel ſi ibi ſunt,ſunt ualde parui & ſubtiliſſimi,ſicuti in aranea tela,qui facile diſrumperẽtur, ſi per eos tranſirent etiam ſpiritus:igitur melius ſola uirtus, q̃; uirtus cum ſpiritu p illos tranſit,ſicuti radij ſolares per aerem & aquã.Et ſi quęras cur facti ſunt nerui uiſorii à natura perforati,& non alij?Reſpondet Gal.ut ſpiritus poſſit una cum uirtute uenire uſq; ad extremũ & prope ſuperficiẽ oculi,ut facilius & ſubito ab ipſo poſſit per aerem uirtus uiſiua tranſmitti, qđ non ita fieret, ſi non apropinquaretur & ſtaret in cerebro:eadem rõne uirtutes comitantur à ſpiritibus uſq; ad principiũ nuchæ in quo eſt concaua,ut ꝓpinquius ſpiritus demãdẽtur ad membra,& in eis fortius uirtutes imprimanť. Et ſcđo de oculis loco citato inquit: Oculorum nerui neceſſario cõcaui fuerũt,ut ſpiritus ſubſtantialiter per ipſos tranſire poſſit:cæteri autem non ſunt concaui,ne per corpus diuiſi à ſuo fundamento remoti leuiter erũperentur:uel quia tanta ſpiritus quãtitas ſenſui motui uoluntario non eſt neceſſaria,quãta uiſui: nullus enim ſenſus ꝑter uiſum ſenſit rem ſentiendã niſi ei coniungatur:uiſus autem pupillã egrediens longe remota ſentit. Et ideo nerui neceſſario facti ſunt concaui. ſed dices ex hac authoritate uidetur Gal.ꝓſupponere aliquos ſpiritus,etiam per neruos non uiſorios tranſire.Dicendũ ꝙ Gal.non negat ſpiritus eſſe in neruis, neq; poſſe p ner-

uos trāſire,ſʒ dicit,ꝙ ſola uirtus eſt illa q̄ per alios ner
uos ſubito tranſmittitur & ſubito deperditur: ſpiritus
enim quia ſunt ſubſtātia, non poſſunt ita ſubito tranſ-
mitti.& ideo in neruis uiſoriis eſt concauitas: qa debet
ꝑ illos maior quātitas uirtutis una cū ſpiritu & ſubito
tranſire.Et ſic ſm Gale. licet ſpiritus ipſi ſint in mēbro
niſi ꝯtinuo trāſmitteret uirtus à cerebro ſicut lumē à
Sole,non fieret ſenſatio uel motus.& ſic uult ꝙ ex cere
bro ꝑ neruos trāſmittat ſubito uirtus q̄dā ad dādū no
bis ſenſum & motum,ſicut lumen à Sole,⁊ ſicuti uirtus
magnetis ſtatim tranſmittitur ad ferruʒ attrahendum.
Et hoc probatur argumento de lumine Solis:quia ſi lu
men Solis ab obſtaculo impediat non tranſibit per ae-
rem & aquam,⁊ ſtatim eo poſito corrūpitur.Et ideo lu
men ille continuo generatur ⁊ à Sole tranſmittitur:ita
etiam ſi incidas uel alliges neruū,ſtatim deperditur uir
tus illa quę mēbrum ſentire & moueri faciebat:ꝙ ſi ibi
ultra uirtutem eſſet ſpiritus,nō ſtatim inciſo neruo de-
perderetur:ſicut caliditas in aere quā habet à Sole,quę
amoto aliquāto tempore ſeruatur: quia non dependet
in eſſe & in conſeruari ab ipſo Sole,ſicuti lumen:ſed ſo
lum in conuerſari.& ita uirtus ſenſitiua & motiua non
eſt neruis innata & fixa: ſed continue à cerebro fluit &
ab eo dependet in eē ⁊ in ꝯſeruari,⁊ ſine ſpiritu trāſmit
titur queadmodum lumen à Sole. Idem dicendū & de
uirtute uitali,dilatationis, & conſtrictionis,q̄ per arte
rias tranſmittitur quod ita ſubito acquiritur uel deper
ditur,ſicuti illa à cerebro,& ſicuti à Sole lumen, & eo-
dem modo ꝓbatur,quo de neruo: qa ſicuti inciſo ner-
uo ſtatim ceſſat motus ſenſus & motus,ita inciſa uel li-
gata uena,illico ceſſat uirtus dilatationis ⁊ cōſtrictio-
nis ab illa,ſalteʒ in parte unde fit ligatura ad extra.etiā
dicit Gal.in tractatu de ſemine loco citato, quòd ſimi-
liter à teſtibus ad totum corpus tranſmittitur quędam

uirtus quæ eſt cauſa maſculinitatis & fœmineitatis,fortitudinis,& debilitatis:ſed dubitatur de hepate:nũquid uirtus eius ab ipſo ꝑ uenas inflatur,ſicuti uirtus & motiua & ſenſitiua à cerebro,& uitalis à corde: Hoc.n.nõ poſſumus certe experiri ſicuti in aliis: nã ſi ligemus uenam,non poſſumus uidere an ſtatim perdat uirtutem illam ſanguificam,an ſi adhuc ſanguificet,quẽadmodum uidebamus ĩ aliis,alligato neruo uel arteria:& hinc eſt ꝙ Gale.in tractatu de ſemine loco citato dixit de cerebro & corde & de teſtibus,ꝙ ipſorum uirtus tranſmittebatur per uniuerſum corpus ⁊ continue,& ab illis dependebat in eſſe & in cõſeruari, & tacuit de hepate,quaſi uolens eius uirtutem non continue ad partes corporis fluere:ſed põſt acquiſitionem eſſe in eis fixam & dependere ab hepate in facto eſſe, & nõ in continuo fieri, ⁊ de ſpiritu naturali non inuenies Gal. affirmare eũ eſſe in hepate,ſicuti de aĩali in cerebro,⁊ de uitali in corde: nam.12.Methodi cap.5.ait aĩalis ſpiritus cerebrum ueluti fontem eſſe clare oſtendimus:qui partim ex inſpirato, partim ex eo quod reticularis plexus ſuupeditat, irrigatur atq; alitur, uitalis ſpiritus non æq̃ euidens demõſtratio erat:ſed tñ in corde eũ,⁊ arteriis ꝯtineri exiſtimare,alienũ à rõne nõ eſt,eũdẽq; nutritũ maxĩe qdeq; ex inſpirãdo:ſed tñ ⁊ ex ſanguine.ꝙ ſi nãlis quoq; aliqs ſpũs eſt,utiq; his quoq; in iecinore & uenis ꝯtinebit̃.

De cognitione temperamenti cerebri per uirtutem & uitium principalium operationum. Cap.25.

POST HAEC dicẽduʒ de cognitione cõplexionis cerebri per uirtutem, & uitium operationũ principalium, Hæc enim ſunt indicia ipſius cerebri,⁊ non alterius membri,ſicut indicia à ſenſu, & motu ſumpta,

quæ non ſolum ipſius cerebri ſunt indicia, ſed & membrorum, quibus exercentur ſenſus & motus. Sunt autē operationes principales, q̄ à ſolo cerebro proueniunt, tres ſm Gal. de ſymptomatum differentijs cap. 3 ut imaginatiuæ, ſeu phantaſiæ, cogitatiuæ, & memoratiuæ. Hæ enim per uirtutes fiunt, quas cerebrum in ſe habet, non ad aliud emittens, ſicut ſenſum, & motum, qui ab eo fiunt, ſicut à principiante, & ab alio ſicut exercente.

Quid ſenſus cōis.

Dicit Monachus. Senſus cōmunis eſt uirtus prima cui omnes ſenſus exteriores redunt cuius operatio eſt diſcernere inter ſenſibilia diuerſorum ſenſuum, ut quòd dulcia alia ſunt ab albis. Et apud Ariſtotelem, hæc uirtus eſt idem, quod phantaſia, ut patet per definitionem phantaſiæ 2. de anima tex. cō. 161. Nam ſenſus à ſenſibili ſigillatus cū ſuper ipſum ſenſibile, quod apud ſe habet, mouetur detinendo, & cōſiderando ipſum, dicitur phantaſia, & uirtus phantaſtica. Cum uero hæc ipſa cōponit, & diuidit formas, quas apud ſe habet, dicens hoc eſſe, uel nō eſſe, dicitur hæc cogitatio, uel uirtus cogitatiua eadem ſubiecto cū prima, ſed differens ſm modum. Eſt & tertia uirtus rememoratiua, quæ nō eſt uirtus receptiua, ſed reuocatiua formæ in phantaſia impreſſæ poſt eius obliuionem, Si enim eſſet uirtus receptiua, nō eſſet præteritorum, & oblitorum, ſed præſentium, quæ ſigillarent illam, quod cōſtat eſſe falſum. quia talium nō eſt, niſi ſenſus, & phantaſia, nec etiam eſt conſeruatiua, ut tenent Arabes, Quoniam conſeruare non eſt niſi detinere phantaſmata, & cōtinuo aſpicere, quod quidem eſt phantaſiæ. Quia ergo memoria non eſt niſi eorum, quæ nobis obtulit phantaſia, erit memoria eiuſdem partis animæ, cuius eſt phantaſia, Cum phantaſia ſit, cuius eſt & ſenſus, memorabile erit, quod eſt phantaſiabile, & phantaſiabile, quod eſt ſenſibile. Auic. prima primi doct. 6. cap. 5. quinq; ponit uirtutes

Quid phātaſia & cogitatiua.

Quid rememoratiua.

interiores

interiores,ſenſum cõmunem,cuius officium eſt omnia obiecta ſenſibiliuꝫ exteriorũ percipere: imagnatiuã ſeu phantaſiam,cuius eſt ſpecies obiectorũ ſenſuũ exteriorum reſeruare.Tetrio uirtutem aliã cuius eſt componere,& diuidere ſenſata abinuicem.Quarto ponit aliam uirtutem,quæ componit ſpecies inſenſatas & elicit ſenſatas ab inſenſatis:& hęc dicitur cogitatiua in homine, in brutis uero extimatiua.Quinto imaginatiuã,cuius eſt oïa iſta in ſe reſeruare.Albertus pari pacto quinque ponit uirtutes,ut Auicẽ.ſolum ab eo differt in hoc:qm̃ ubi Auicẽ.tertio loco ponit uirtutem,quæ cõponit & diuidit ſenſata abinuicem,Albertus iſtã non ponit hic ſed in loco huius ponit illam quã ponit Auicẽ. quarto loco,quæ componit ſpecies inſenſatas & elicit ſenſatas ab inſenſatis.Poſtea quarto loco ponit illã quæ Auic. poſuit in tertio loco,ſed certe hæc opinio uidetur ſuperflua:nam ſi cogitatiua ex ſe componit ſpecies ſenſatas ⁊ inſenſatas,iſtas diuidit,& ſenſatas elicit & alias relinqt. Ad quid ponere uirtutẽ illaꝫ quã ponit Auic. in tertio loco,quæ.ſ.componit & diuidit ſenſata abinuicem.ſimiliter ad quid ponere illam,quę in hoc loco ponitur ab Alberto,quæ habet ſpecies inſenſatas cõponere:qm̃ omnia hęc facit ipſa cogitatiua.Et propterea Ariſto.in paruis naturalibus uirtutes diſtinxit ſolum in quatuor ordinibus,ut Auer.dixit.3.de anima cõmẽ.6. In primo ordine poſuit ſenſum cõmunem,in ſecundo imaginatiuam,deinde cogitatiuam,& poſtea rememoratiuam.& in de memoria & reminiſcẽtia ait Auer. Manifeſti ſunt quinque ordines,quoruꝫ primus eſt corporalis magni corticis:& eſt forma ſenſibilis extra aiam:ſenſus autem eſt eſſe iſtius formæ in ſenſu cõmuni,& eſt primus ordinum ſpiritualium.Tertius eſt eſſe eius in uirtute imaginatiua.Quartus eſt in uirtute diſtinctiua.Quintus ãt eſt eẽ eius in uirtute rememoratiua,⁊ eſt magis ſpũalis;

recipit enim medullã eius quòd diſtinguũt tres uirtu-
tes à cortice: ſed.3.colliget cap.40.ſolum tres ponit uir
tutes interiores,imaginatiuã,cogitatiuam,& memora
tiuam.Similiter & Gale.in de differentijs ſymptomatũ
loco citato,ubi primo dicit de Theophilo Medico la-
borante cui uidebatur ꝙ in angulo ſui cubiculi canto-
res & ſibillatores ipſum turbantes & aſſidue clamans
iuſſit eos in cubiculo expelli.Iſte,inquit,Gal.habebat lę
ſam ſolum imaginatiuã: quia recte iudicabat illos ex-
pelli,diſcurrebat,amicos & p̃ſentes cognoſcebat,etiam
poſtea de omnibus recte recordabatur. Narrat deinde
de alio phrenetico,cuius lęſa erat cogitatiua,qui obſe-
ratis ianuis omnia uaſa ex feneſtra proijciebat.iſte opti
me cognoſcebat oẽs ſuos amicos, recte imaginabatur,
& reminiſcebatur de omnibus nominibus uaſorum,deę
ficiebat,tamẽ in iudicio & diſcurſu. Narrat & tertio de
aliquibus quibus adeo in peſte læſa fuit eorum memo-
ratiua,ꝙ nedum de amicis, ſed neq; ſui ꝓprij nominis
recordabantur.Ecce quomodo uult Gal. has eſſe uirtu
tes tres diſtinctas,& unam poſſe lædi,alijs nõ læſis.ſed
difficile eſt uidere in qua parte cerebri hæ uirtutes col-
locanť.Auer.3.colliget cap.40.dicit: Si cauſa paſſionis
cerebri erit in toto cerebro,erunt tunc læſæ omnes uir
tutes: & ſi in loco ꝓprio,erit tunc læſa uirtus illius lo-
ci proprii.& quando fuerit cauſa in prora cerebri tunc
erit læſa imaginatio: & quãdo fuerit in p̃te media,tũc
erit læſa ratio & cogitatio: & quãdo fuerit in parte po
ſteriori,tunc erit læſa memoria & conſeruatio, &.3.de
anima cõmen.6.ait.Virtus imaginatiua eſt in anteriori
cerebri cogitatiua in medio: & rememoratiua in poſte
riori: & hoc nõ tantũ dictum eſt à Medicis: ſed et in de
ſenſu & ſenſato: Galenus autem & alii Medici rõcinanť
ſuper hoc,ꝙ iſtæ uirtutes ſunt in iſtis locis per locũ cõ
comitantię: & eſt locus faciẽs exiſtimare non uerus: ſed

declaratum eſt in libro de ſenſu & ſenſato ideſt in paruis naturalibus, ꝙ talis eſt ordo iſtarum uirtutum in cerebro per demõſtrationem dantem cauſam & eſſe. Ratio Medicorum per locum concomitantiæ: eodem modo locantur uirtutes, ueluti una eſt dignior altera, ſed indignius debet antecedere & dignius ſequi. ergo in pte anteriori eſt imaginatiua & eam ſequitur cogitatiua & rememoratiua: uel ratio fuit iſta, ſi lędatur pars anterior cerebri, læditur imaginatiua: ſi pars media, lęditur cogitatiua. ſi pars poſterior lędit̃ memoratiua: ergo imaginatiua locat̃ in parte anteriori, cogitatiua in medio, & memoratiua in poſteriori. Ratio uero Auer. taliter debet formari. ita debent ordinari uirtutes, ueluti illaꝝ operationes expoſcũt: Sed prima eſt ſenſatio cõmunis, & ſecunda imaginatio. & ita deinceps & quia operationes ſunt cauſa ordinis uirtutum, conſtat ꝙ eſt demonſtratio cauſæ & eſſe. Et concludit Auer. aduerſus Gale. intellectum non eſſe uirtutem cogitatiuam, cum intellectus uľr, & cogitatiua particulariter comprehendat. Sed certe iſte modus arguendi Medicorum habet difficultatem: nam ſi quis uiderit in anatomia capitis quomodo locati ſint uentriculi in cerebro, iudicabit, quòd non eſt poſſibile quòd lædatur anterior uentriculus, quin lædat̃ & medius: neqȝ uidetur poſſe applicari remedia uentriculo anteriori quin medio applicentur, & uidebit ꝙ non eſt poſſibile lædi pars anterior, quin lędatur & media. nec iſta fuit opinio Galeni, ut ſibi aſcribit Auer. Etiam dato ꝙ lædi poſſit pars una ſine alia: tamen modus arguendi nõ ualet. Hic læditur operatio una & non alia. igitur uirtus alia hic non eſt: nã in ſtomacho quatuor ſunt uirtutes naturales, attractiua, retẽtiua, digeſtiua, & expulſiua, & in eodem loco: tamẽ una pót lædi, ut expulſiua, ex nimio calore & non alia. non igitur ſequitur, alia operatio non læditur: igitur ibi nõ

eſt.Et ideo dicit Auer.ꝙ ratio iſta per locú cócomitantiæ facit exiſtimare & non eſt uera.Et ideo Gal.locú ꝑciſe harum uirtutum non determinauit.Vnde.4.de locis affectis ca.2.ait,ꝙ ſi tota pars cerebri anterior lędatur, neceſſe eſt uentrem medium qui eſt ſupra anteriores & cogitatiuam lædi.& libro.3.cap.5.ſedem animæ eſſe in cerebro & in ipſo rónis uim, & ſenſibilium imaginum reſidere,ac primnm ipſius inſtrumétum,tum in ſenſibilibus actionibus omnibus:tum in his quæ à conſilio ⁊ uoluntate ꝓdeunt ſpiritum eẽ,qui in ipſius uentriculis medio maximeq; poſteremo continetur. ⁊ ideo multis rationibus inducimur ut húc amplectamur,duos uero anteriores deſeramus.clarius de hoc loquutus eſt in.7. de placitis Hippoc.& Platonis non multú longe à principio ubi dicit.Si incidať dura mater,non læditur aial in ſenſu & motu:ſimiliter ſi incidatur cerebri ſubſtátia modo non perueniat ſectio ad aliquem uentriculú: qa ſi uentriculus poſterior læditur,maxime animal offendit,deinde medius,& minus ſi lędatur duo anteriores. Videtur igiť uelle,ꝙ uétriculus poſtremus ſit dignior medio,⁊ medius anteriori:quoniá ipſo lęſo maius nocumentum in operationibus principalibus ſequitur,q̃ ſi anteriores lædantur.& dicit Gale.ex his forſitan ſeqtur ꝙ anima uel eſt in ſpiritu animali,uel ſpiritus aialis eſt anima:quia perforato uentriculo cerebri,ubi eſt ſpiritus animalis,⁊ exhalato ſpiritu,ꝑditur uita & animal recedit.& ſic nihil plus habemus à Galeno de locis iſtarum uirtutum,q̃ ꝙ anima habet ſedé in cerebro,⁊ utiť ſpiritu ut inſtrumēto primo: in qua uero,parte cerebri determinata locentur uirtutes iſtę non habemus.

Dicunt aliqui quòd ſicut tres ſunt in genere uirtutes,ita tres ſunt in cerebro diſtincti uentriculi,quorum primus ſenſui communi, & phantaſiæ attribuitur, ſecundus cogitatiuæ, uel compoſitiuæ, & tertius reme-

moratiuæ, cuius ſignum eſt, has operationes lædi per læſionem harum partium cerebri, ſicut manifeſta ſanatio, & reſtitutio harum operationum per medica- minum in his locis appoſitionem. Et ſic apprehenſio, ꝛ inſpectio erit in ſpiritu partis anterioris cerebri, ſicut in proprio organo ſenſus communis, ꝛ phanſiæ, com- poſitio autem, & diuiſio, & collectio, quæ cogitatio di citur, in ſpiritu mediæ partis cerebri, in eo uero qui in poſteriori eſt parte, fit obliti reuocatio, & rememora- tio, ſicut in loco, ubi maior eſt quies ſpiritus. Sed quia Gal. non docet per has uirtutes cognoſcere ſuper deter minatarum cerebri partium complexione, ſed ſuper to tius complexione in communi, uidetur innuere totum ſpiritum cerebri eſſe illarum proprium organum, ꝛ nõ partem partis. Ideo ſunt & alij dicentes, ꝙ operationes earum poſſunt per idem organum exerceri, quoniam cuius eſt recipere formas ſenſibiles, illius eſt detinere in ſe ipſo, & conſiderare, abſentibus ſenſibilibus extrinſe- cis, quæ eas imprimunt, eſt etiam componere illius, & diuidere eas ab inuicem, eiuſdem quoq; reuocare obli tas propter factum fuiſſe habitum de illis apud conſi- derantem eas, & componentem, & diuidenté, nam ſicut tactus plures exiſtens ſenſus, propter eſſe plurium con- trarietatum uno, & eodé organo percipere poteſt ſuas diuerſas opationes, & diuerſe opationes nutritiue uno & eodé cõplenť organo, ita ꝛ ſenſitiui cõpleri uidenť, cuius ſignũ uideť, ꝙ uelociter diſcétes ſ͞m Philoſophũ immemores ſunt, & bene memores male diſcentes, diſcentes enim oportet humidos eſſe, & bene memores ſiccos. Modo ſi organũ ſenſus cõmunis, ꝛ phantaſię, & memoriæ eſſet diuerſum, nõ oporteret ſic accidere. Et ſic immediatũ harũ uirtutũ organũ erit ſpiritus unus, & cõtinuus. & mẽbrũ in quo ſpiritus redditur.

Dicit Gal. facilis intellectus eſſe, ſubtilem cerebri ſub

ſtantiam indicat, tarditas uero eius craſſam, maxime medij uentriculi, cui attribuit hęc operatio. Vult enim intellectum corruptibilem eſſe, & organicum. Facilitatem intellectus intellige, facilitatem diſcurrendi. Intelligit etiam per intellectum, operationem uirtutis cogitatiuæ, ſcilicet. componere, ⁊ diuidere, & cõferre. Per ſubſtantiam ſubtilẽ uult Gal. (dicit Haly) peruiam ⁊ clarã, nam ex peruietate ſequitur facilem uirtutis, & ſpiritus formas porrigentis penetrationem, ex claritate autem diſtinctiuam formarũ apparitionẽ. Et ſubtilitas hęc (dicit Monachus) eſt effectus humidi, non intelligas humidi aquei, quia tale obtundit, ſed humidi aerei, quod humanæ uitæ eſt decentius. Subtile etiam ſequitur ſiccitatem ignis, quæ ſubtilis eſt, ſed non ſiccitatem terræ, quæ groſſa eſt. Dicit 2. Facilitas diſcendi indicium eſt mollis ſubſtantiæ cerebri. Eſt autem mollities effectus humidi, facilitatẽ diſcendi, intellige bonitatem ſenſus communis phantaſię, uel informatiuæ operationis, Eſt enim facile diſcere, facile imprimi ab obiectis, ſeu facile informari, Et hæc facilitas cauſatur à mollitie cerebri, maxime partis anterioris, ſed difficultas diſcendi eſt inditium duræ & ſiccæ propter cauſas contrarias. Dicit tertio, ꝙ memoriæ bonitas indicat ſubſtãtiam ſtabilẽ & firmam, talis autem eſt, quæ eſt ſicca, nõ adeo tamẽ, ꝙ omnem impreſſionem fugiat, & à nullo ſigilletur, ſed cum temperamento. Et obliuio eſt ſignum fluentis ſubſtantiæ, talis autem eſt, quę eſt multũ humida, nullũ tenens idolum. Eſt enim obliuio quædam impotentia reuocationis formę amiſſę. Dicitur enim quis oblitus, quum reuocare non poteſt, & talis impotentia accidit propter non eſſe factum habitũ de phantaſmate, quod accidit ex fluenti ſubſtantia organi phantaſiæ. Dicit quarto, mobilitas in opinionibus eſt ſignũ calidæ ſubſtantiæ cerebri. Calidum enim bene mobile ab omni

Intell'ꝫ corruptibilẽ ⁊ organicuꝫ ꝫm Gal.

appetibili, facile perſuaſibile à quocunq;, & maxime ſi fuerit humiditati cõiunctum, ſicut in infantibus. Frigidum uero contra, Si ergo phantaſia in organo fuerit calidiori erit bene tranſmutabilis ab uno in alterum, & proinde intellectus, fit autem hæc tranſmutatio per uelocem compoſitionem, & diuiſionem formarum, & intentionũ, cauſatas à cerebri, & ſpiritus caliditate.

De cognitione temperamenti cerebri per uirtutem & uitium naturalium operationum. Cap. 26.

COGNOSCITVR uero cerebri complexio per uirtutem, & uitium naturalium operationũ ex ſuperfluitatibus, quæ expurgantur per palatum, oculos, & nares. Nam ſi cerebrũ ſit bene tẽperatum ex quatuor q̃litatibus primis, hæc habebit moderate in quãtitate, & qualitate. Q̃m ſi à natura cerebrũ ſortitum ſit optimum temperamentum, erit habens uirtutes naturales, quæ temperantia complexionis ut inſtrumento utuntur optimarum operationum, quæ ſunt attractiua digeſtiua, retentiua, & expulſiua. Per oppoſitum intelligendum, ſi cerebrum non fuerit bene temperatum, quod aut per diminutionẽ concoctionis in eo abundabunt ſuperfluitates immoderatæ ſm qualitatem & quantitatem, aut per ſuperexceſſum eius diminuentur, & qualitate mutabuntur. Cerebrũ propter habere nutritiuã debiliorẽ alijs ex caloris diminutione, & propter totũ corpus in ipſum uaporare, fuit habens & ipſum ſuperfluitates plures quocunq; alio mẽbro, unde & plures ei canales, unde ipſas excernãt, nã cõtribuit, phlegmaticas magis ꝑ palatũ, & nares, cholericas uero ꝑ aures expellit, melancholicũ aũt nõ habet aliqđ, de quo ſit curãdũ propter nutrimentũ cerebri eſſe ſubtile ualde.

De cognitione temperaméti cerebri per alterationem ab his quæ ſibi accidunt extrinſecus. Cap. 27.

COGNOSCITVR cerebi cóplexio per alterationé ab his, quæ ſibi accidunt extrinſecus, quoniam ſi cerebrum fuerit bene temperatum, minime lędetur ab his quæ extrinſecus calefaciunt, infrigidant, humectant, & exiccant, quia temperamentum in medio extremorum exiſtens, nó eſt facile deducibile in aliquo illorum propter diſtare ab eis, niſi à forti cauſa, calidũ autem facilius à calefacientibus calefit, & frigidum ab infrigidantibus, infigidatur, & humidum ab humectantibus &c. Talibus uero bene temperatum cerebrum habentibus, dum ſunt infantes, capilli ſunt ſubruffi, quando autem pueri, fiunt ſubrubei, quando uero perfecti, ſcilicet, poſt finem augmenti, quæ dicitur ætatis iuuentutis tunc capilli fiunt rubei, & capilli eorum ſunt medij inter criſpos & rectos, propter euaporationem ex qua generantur, mediam eſſe in eis inter humidam & ſiccam, & tales de facili non fiunt calui, ſecũdo de complexionibus capite quinto dicit Galenus: Criſpi fiunt capilli, uel propter ſiccitatem temperaméti, uel propter meatum in quo radicantur à ſiccitate, ſicut uidemus de corigijs, quas ignis uehementer deſiccauit, & de ipſis capillis igni appropinquatis protinus intorqueri, propter materiam uero meatuũ in quibus radicantur, aut quia euaporatio, propter eius debilitatem nó procedit ſecundum rectitudinem, ſed flectitur, & meatum ſuum figurat, aut ſi ſatis fortis ſit, accidit cutim durioré eſſe, & inde prohibetur in rectum ferri. Quare in latus flectitur, & ſic pilum fieri ſm figuram, qua radix eius figurata eſt. Et dicit Philoſophus quito dę Generatióe ani-

Quare capilli fiunt criſpi.

malium capite tertio. Quòd ſi euaporatio fuerit fumoſa calida exiſtens, & ſicca, aliquid terreſtreitatis habens, facit pilum criſpum, eo quòd flectitur, propter ferri duobus motibus, terreſtre quidē deorſum, calidum autem ſurſum. Generatur pili in poris cutis ex uapore, qui ex corpore reſoluitur, quorum cauſa efficiens eſt caliditas, quæ corporis humiditatem in fumum reſoluit, & ſiccitas cutis non penitus rore priuata, adiuuans ad cōdenſandum ipſum, ut Gal. oſtendit 2. de cōplex. cap. 5. Multiplicantur aūt in capite ex multis ſuperfluitatibus fumoſis ad ipſum uenientibus propter caliditatem mouere uaporem in ſurſum magis, & ꝓpter membrum in quo fit ipſorum productio eſſe ſiccū ualde ſcilicet craneum, cuius cutis, quæ ipſum circundat in ſiccitate, & duritie ſuperfluit. Comitatur ergo color capillorum diſpoſitionem materiei, & uirtutem efficientis. Nam ſi caliditas cerebri, & totius capitis fuerit fortis, ut adurat illum uaporem, & fiat fumoſus, tunc capillus ab eo generatus erit niger. Et cum caliditas fuerit debilis, & aduſtio uaporis ab ea minor, tūc capillus erit attinens albedini. Habentes ergo cerebrum temperatum, cū fuerint infantes habebūt capillos ſubruffos, quia cū color ſubruffus, ſeu flauus ſit cōmixtus ex albo, & nigro, non poterit comitari, niſi uaporē minimæ aduſtionis, qualis fit ex calore modicę actiuitatis, talis autem eſt maximè qui infantis, propter cerebri ipſius temperiem, & propter obtundi ſub humido ex natiuitate ad huc uicina poſſeſſo. Cum autem fuerint pueri, habebūt capillos ſubrubeos, quia color ſubrubeus comitatur uaporem paulo maioris aduſtionis, qualis fit in calore maioris actiuitatis, q̄ ſit in infante, talis autem eſt in puero propter ipſum ab humido minus ſuffocari. Cum uero fuerint in ætate perfectionis, quæ dicitur ætas iuuentutis, tunc habet capillos rubeos, quia hic color comitatur

De cā coloris capillorum.

uaporē multę aduſtionis.Non poteſt igitur in talibus fieri color capillorũ albus aut niger,q ſunt extremi colores comitantes cerebri frigidam complexionem,⁊ calidam,cum ſint habentes cerebrum temperatum, licet fiant in eis colores medij permutabiles, & ipſi ſm aliquam permutationem complexionis ab ætatis uariationem,ut ſit ab initio augmenti color capillorum uicinior albo, in fine autem uicinior nigro.De caluitio Gal.eodem in loco 2.de complexionibus dicit accidere propter cutim fieri ſuperflue ſiccam,cuius rei ſignũ, ꝙ interiora manuum,& pedum inferiora pilis priuata ſunt,propter ſiccitatem,& ſpiſſitudinem cutis, quæ in interioribus eorum eſt.Et in parte caluarię tãtum, quę eſt ſiccior omnibus capitis partibus accidit.Et Philo. 5.de generatione animalium cap.3.dicit, ꝙ caluitium accidit,propter defectum humiditatis calidæ pinguis. Propter quod pingues plantę ſunt ſemper foliatę,ſicut oliuæ.Dicit enim ꝙ caluitium eſt cõmunis quædã paſſio animalium,& plantarum,Sed inter animalia homines maxīe decaluantur.Hæc indicia ſumpta à capillis ſuper cerebro temperato,& diſtemperato,intellige in regionibus temperatis.Et cum proportione humorum ad cerebri complexionē.Nam ſicut dicit Gal.2.de temperamẽtis, capilli Aegyptiorum,Arabum, & Indorũ, omniumq; calidas, & ſiccas regiones inhabitantium ferè indifferẽter ſunt nigri tardi augmenti,duri,groſſi, criſpi,aſperi,⁊ ueIociter ſciſſibiles.Inhabitantium uero regiones oppoſitas,ſcilicet,frigidas ⁊ humidas,ut Turcarum,Scytharum,Sclauorum,Germanicorũ, indifferenter ferè omnium capilli ſunt flaui,uelocis augmẽti, ſubtiles,recti,& molles.Inhabitantium uero regiones medias inter prædictas, ſunt medij inter prædicta extrema.Habentes ergo cerebrum temperatum, nõ habebunt in extremis regionibus capillos, quales dictum

De caluitio.

eſt habere eos. Nec habentes cerebrum frigidum, habebunt in regione Indorum capillos ſibi proprios, uel quales Sclaui habent. Nec habẽtes cerebrum calidum, habebũt in regione Sclauorum capillos ſibi proprios, uel quales habẽt Indi. Nec eſſet neceſſarium cerebrum temperatũ habere capillos, quales dicti ſunt, quantum cunq; regio ſit tẽperata, niſi proportionentur ſibi humores, Cum enim pilus fiat ex humore reſoluto in uaporem, accidit uaporem atteſtari naturæ humorum. Nec ſemper corporis cõplexio generat ſibi proportionales humores, licet ut plurimum illud faciat. Aliquãdo enim ex diuerſitate dietę continetur in corpore calido humor frigidus, & ẽ conuerſo, & in temperato diſtemperatus & ẽ conuerſo. Aliquando autem & ex altero accidente, ſicut in ſenibus, qui frigidæ & ſiccæ ſunt complexionis, accidit ex malitia digerendi, abundare humorem frigidum, & humidum.

Habentes cerebrum calidum, habent omnia, quæ circa caput, ſcilicet, ſuperficiem totã capitis, faciei, & colli rubicundiora, & calidiora. Et uenæ in eorũ oculis ſunt manifeſtæ, quia magnæ, latæ, & ſanguine plenæ. Et poſt eorum natiuitatem, capilli citius producuntur, q̃; in alijs. Et ſi plurimum in caliditate ã mediocri temperatura receſſerint, capilli erunt nigri, fortes, & criſpi. Nigri propter uaporem aduri plurimo exceſſu caloris, Criſpi, propter contrahi ipſos humiditatis indigentia, quæ ab aduſtione fit, Fortes autem propter duros eſſe magis, eadem cauſa. Cum uero nõ multum in caliditate receſſerint, capilli primo fiunt ſubflaui, propter non ſic fortiter aduri uaporem, ut denigretur. Deinde poſtea cum iuueneſcunt, nigreſcent, propter calorem magis acuti dominante iam ſiccitate. & procedente ętate caleſcunt, & magis, qui plurimum caloris exceſſum habent. Et excrementa, quæ per palatum, nares, oculos, & au-

res pauca,& concocta ſunt,cum habuerint ſibi cõnatu ralem ſanitatem nõ impeditam ab inconuenienti uſu ſex rerum non naturalium.Implentur,& grauantur eo rum capita ab omnibus calefacientibus,cibis, potibus odoribus,& alijs extrinſecus accidentibus,ex quorum numero eſt aer,ſicut potentius,exercitium,balneum,ui gilia,& reliqua id genus.Et magis repletur,& grauatur caput ab his omnibus,ſi calida & humida ſint,ut ſi aer ſit calidus,& nubiloſus,cibus,& potus humidi & calidi,talia enim pluris uaporis exiſtentia,amplius repleti ua ſunt.Et per huiuſmodi diſtemperamentum cerebri uerſus calorẽ,ſomni breues ſunt,& nõ profundi Dicũt, Fit ſomnus ex uaporatione per actionem caloris circa nutrimentum,uapor enim ſui leuitate fertur ad caput, qui cum ibi fuerit multus,iterum fertur deorſum, & in frigidatus per cerebrũ,calorem infrigidat ingroſſat,& propellit ad principium,ſcilicet cor, & pigrum reddit ad expanſionem,& ſic coarctatus calor non tranſit ad organa ſenſus.Et cũ nõ ſit ſentire ſine calore & ſpiritu, ferẽtibus ad illa uirtutẽ,accidit uinciri ſenſus,ꝛ animal ſic dormire.Itẽ pars uaporis ibi loci frigiditate denſatur oppilãs uiam caloris naturalis,& ſpiritus in uenis, & uniuerſaliter in uijs medijs inter cor & cerebrum, Quare prohibet ſpiritũ ferentẽ ſenſus ad cerebrũ,ſicut nubes ꝓhibet tranſitũ lucis ſolis ad terrã.Sunt ergo ſomni amatores,quicunq; habẽt cerebrũ frigidius tẽperato, & quicunq; anguſtas uenas,& de facili obſtructibiles à uapore prædicto.Habentes aũt calidius tẽperato, & uenas,q̃ ad cerebrũ latas,ualde breuibus ſomnis dominanẽ,pp cauſas cõtrarias.Adhuc etiã nec habẽt eos ꝓfundos,eſt enim ꝓfundus,q difficulter excitabilis eſt, pp calorẽ multũ obtũdi,ꝛ cõprimi,& obſtructiões fortes fieri in meatibus,q ſunt à corde ad cerebrũ,hoc aũt in habẽtibus cerebrũ calidũ impoſſibile eſt fieri.

De cauſa ſomni. Cap.28.

SCIAS quòd Ariſto.tenens cor eſſe principium omnium uirtutum uult ſomnũ fieri grauato capite,& ob obſtructionẽ arteriarum charotidarum à uaporibus à cerebro deſcendentibus.Conueniũt Ariſto.& Gal.in hoc,ꝙ ſomnus fiat infrigidato, uel humectato uel grauato capite.Differunt uero:quia Gale.ponẽs ſenſum cõmuneꝫ in cerebro,dicit ſomnũ fieri: quia ex iſtis infrigidantibus & humectãtibus fit obſtructio in principijs neruorũ,ex qua impeditur tranſitus uirtutis ſenſitiuæ à cerebro ad organa ſenſus. Ariſto.auteꝫ dicit,ꝙ nõ ſufficit infrigidari uel grauari caput:ſed oportet ꝙ à nutrimẽto uel humoribus eleuent uapores ad caput,q poſtea à cerebri frigiditate facti graues ad cor deſcendunt,inuehit contra Ariſto.Gale.ꝑ de cauſis ſymptomatum circa finem & ſcdo de placitis Hippo. & Platonis dicens:aut iſti uapores cauſant ſomnum: quia uias obſtruũt ꝑ quas ſenſus ⁊ motus ab ipſo corde tranſmittitur:aut quia deſcendunt uſqꝫ ad cor & ipſum infrigidant, quo infrigidato ſenſus ligantur. Primum non poteſt dici:nam tantum tres ſunt uiæ ſeu uaſa qbus cor cum cerebro colligantiã habet,arteriæ,uenæ,& nerui. Modo ſi à corde uirtus ſenſitiua ad cerebrũ tanquã ad ſuum uicarium trãſmittitur:aut per arterias,uel uenas: aut neruos:ſed nullum horum poteſt dici quia experiẽtia repertum eſt ꝙ ligatis arterijs anima non ſtatim ſenſum perdit & motum,ſicuti nec ligatis uenis,nec etiam neruis.Ergo ſequitur ꝙ ex ipſis uaporibus non põt uirtus tranſitus ſenſitiuæ à corde ad cerebrũ impediri nec ex ꝯſequẽti ſomnus cauſari: & ita deceptus fuit Ariſto. dicit Gal.ex pauca anatomiæ exercitatione,& alij ita dicentes;ipſi enim arterias charotides,& cum ipſis etiam

neruos reuerſiuos maxime eis adhęrentes ex quibus de pédet uox: & quia ſtatim animal reſtabat ſine uoce, credebant ſenſus & motus deperdi. nec ſecúdum dicit pōt, ꝙ uapores deſcendétes uſq; ad cor cauſent ſomnum qa cor infrigidát: quoniam ſi ita eſſet, dicit Galenus, tunc melius eēt applicare frigida pectori ꝛ pulmoni ad ſomnum cauſandum, q̄; capiti: nullus tamē eſt Medicus ita ſtupidus ꝛ ita ignorans qui non applicet ea capiti. Huic argumento reſpōdet Auer. 2. colliget cap. 25. dicens ꝙ uapores illi cum cerebri frigiditate cor infrigidant, & ꝙ Medicus debet naturam imitari: natura autem fecit cerebrum ad infrigidādum cor. Ideo etiam ipſe quādo uult cor infrigidare cerebrum prius infrigidat, quod poſtea cor infrigidabit & faciet ſomnum: ſed cerebrum non eſſe à natura factum ad infrigidandū ipſum cor ꝓbauit Gale. contra Ariſto. pluribus argumētis. 8. de uſu partium cap. 2. & 3. Præterea certū eſt quod natura ordinauit pulmonem pro corde, ut. ſ. attraheret aerem frigidum ad infrigidandū cor. Ergo æque bene & melius deberemus (quia magis propinque) remedia pectori & pulmoni applicare ad infrigidandum ipſum pulmoné, qui poſtea cor infrigidaret. Item ſi ad cauſandum ſomnum cor debeat infrigidari. Cur igiť eſt, ꝙ cum pulmo repletur phlegmate & ipſum cor infrigidat, non cauſat ſomnum? certe non poteſt Phus reſpondere: ſed Medici bñ poſſunt ſaluare, cur grauato capite fit ſomnus: qa hoc accidit, eo quia uirtus ſenſitiua quæ eſt in cerebro non demandatur ad inſtrumenta ſenſus. Ita ſcribit Gal. 2. de Hippo. & Plat. placitis non longe à fine. Cōnectunt autem cor cerebro tria uaſorum genera, quæ ſanè etiā totius corporis ſunt cōmunia, uenæ, arteriæ, & nerui. uenæ quidem iugulares Græce σφαγίτιδες dictæ, arteriæ charotides, nerui his arteriis adnati. ſanè iugulares uenas, aut charotidas arterias non ſimpliciter diuidere

oportet.queadmodum neruos,moreretur enim proti- nus animal larga ſanguinis profuſione debilitatu3,ſed præſtat funiculis ualidis intercipiendo primum in ſu- periore & inferiore ceruicis regione mediũ uinculorũ diſſecare,ut nulla ſequatur ſanguinis profuſio: neruos autem ſiue contendere,ſiue funiculis quibuſdam cōp hēdere,uel tuis ipſius digitis,ſiue ſecare: ob hoc omnes affectus unum & idem accidens animanti ſuperueniet. quippe ſtatim obmuteſcet,reliquaꝝ uero actionum nul la,neq3 in pſenti tēpore læſa,neq3 in poſterũ apparebit. Arteriis aũt fune interceptis,uel ut dixi diſſectis, mutũ ſanè aut ſoporoſum,ut pleriq3 poſt Hippoc.diſſectoru3 perperam ſcripſerũt,non erit aial,ſed omnes quæ ſupra uulneratas habentur in totũ pulſum amittent.at uenas neque funibus intercipiens,neq3 ut dictum eſt ſecans, aliquam manifeſto actionem aboleri uidebis:ex his ap parentibus prōptum eſt colligere,neq3 cor ad pulſuum motum cerebro indigere,neq3 cerebrum corde,ut ſen- tiat animal,iuſtaq; arbitrium operetur.quod enim cor nihil ad proprium motũ cerebro opus habet,inde cla- rum eſt,ꝙ uenis,arteriis,neruiſq; prædictis fune cōp henſis, ſimiliter ipſum adhuc pulſet,& totius animātis arteriæ.nam ſolæ ſupra funes ſitæ oīno pulſum ammit tunt,dum continua ipſarum pars,quæ ad cor uſq3 pro tendit, aliis ſimiliter pulſet. quòd autem nō ex cerebri facultatibus cor primā habet originem,licet condiſce- re ide, ꝙ omnibus cōmemoratis neruis,ſiue ſectis, ſiue laqueo cōphenſis,animal ſolum obmuteſcit,inſpirat tamē & expirat ſine impedimēto, iuxta utrāq3 ſuperius dictarum inſpirationũ & expirationũ differentiam,ita uero & q̃tuor artubus etiānum operatᷣ, ſicuti & prius auditq; & uidet,omniq; ſenſu percipit: nam ſola,ut cō- prehenſum eſt,uox animalis aboletur neruis iuxta arte rias diſſectis.Porrò qui tum Medici,tũ Phi ob enume-

ratas arterias ſiue cõſectas,ſiue,ut dixi, interceptas aĩal ſoporari putauerũt,deinde hinc collegerunt cor ſenſuꝫ motumq́; cerebro ſuppeditare, hos nimirum falſos eſſe in eius quod apparet experientia putandum eſt: ꝙ autẽ ex hypothaſi ſequitur diligenter diſce. Si enim uere ſoporoſum animal euaderet,ꝙ ipſis nomen ſignificat ſenſus motusq; expers,neceſſario ſequeretur cor primã & ſenſus & motus originem cerebro immittere,q̃; ipſum toti corpori per neruos ſuggerit. quapropter ſecũdum quoddam principium ipſum erit,non exquiſite primũ, magni Regis Legato dignitate reſpondens. Demõſtratum enim eſt antea ꝙ cor arteriarum, cerebrum neruorum ſit principium.concluderetur,ſi uerum eſſet quod dicitur,cor per arterias uim animalem cerebro ſuppeditare:non tamen uerum eſt,ſed ementitæ ſunt cõtra id quod in ſectionibus apparet.ſoporoſum enim neqꝫ ob neruos ꝑciſos animal efficitur,neqꝫ ob arterias,uerum neruis oblæſis mutum quidẽ euadit, arteriis autem nõ ita, multoq́; minus uenis:ſed pleriq; Medici Philoſophiq́;ſimul cum arteriis neruos funibus comprehendẽtes,deinde multũ ꝓtinus animal fieri conſpicientes,arteriarum affectionem eſſe crediderũt,quã ſoporem nominarunt:non recte meo iudicio, niſi uocis amiſſionẽ ſoporẽ appellent.ſic.n.noĩe ſolũ hallucinant̃ in hoc: at in re ipſa aberrant ſi ob arterias aĩal mutũ euadere exiſtiment.Oſtendit poſtea Ariſt.à ſigno ſomnum fieri ex infrigidatione & aggrauatione capitis: qm̃ uidemus ꝙ papauer opium,mandragora ſomnum inducunt: quia caput infrigidant & grauãt.idem dicit de uino ⁊ lolio. &.3.ꝓblematum q̃rit quare uinum modo calefacere uidetur modo frigeſacere.& ꝓblemate.26.cur eſt ꝙ ebrij tremunt,& uinum rigorem cauſat, ⁊ alios morbos frigidas,cum uinum ſit calidũ.& Gale.ꝑ de cauſis ſymptomatum prope finem dicit ꝙ uinum facit ſomnum.& in

ſcdo de locis affectis in fine dicit ꝙ īducit uigilias: modo iſta contradicunt. Attende Ariſt. dicit tripl'r extingui poteſt calor īnatus, primo ex defectu humidi & materiæ ſicuti flāma lucernę ex defectu olei extinguitur. ſecundo à ſuo contrario: ut à frigido. tertio à ſuperexcedenti calore. Et ita dicit uinum ob ſuperabundātem ſui calorē infrigidat. Gal. 2. de cauſis morborum non longe à principio, ubi de cauſis morborum frigidorum loquitur dicit ꝙ multitudo nutrimenti extinguendo calorem innatum infrigidat, & ita uini multitudo infrigīdat: quia calorem naturalem extinguit, ſicuti multitudo olei flāmam lucernæ extinguit, & ſicuti multitudo lignorum paruū ignem. Et ita uult Gal. ꝙ uinum extinguat calorem innatum ſui multitudine, ⁊ non ob ſui intenſam caliditatem, ut dicit Ariſto. & hæc opinio Gal. uidetur uerior: nam uidemus in his qui febre ardentiſſima, q̄ dicitur cauſon, corripiuntur, ubi eſt intēſiſſimus calor, quòd non reſoluitur calor naturalis, adeo ut fiat ſomnolentia, uel morbus alius frigidus. Dicendū ergo ꝙ uinum diuerſimode ſumptum poteſt diuerſos & contrarios effectus cauſare: nam ſi quis bibat uinum moderate, & non multæ potentię, ſed potius aquoſum, ab eo fiet ſomnus: quia ab illo eleuabuntur uapores mites & non multum calidi, & pauci, qui facile à cerebri frigidītate uincentur: ſi uero uinum bibat antiquū & potens ſed in pauca quātitate, ita ut paucitas uaporum calidorum uinci poſſit à cerebri frigiditate, tunc etiam uinus, faciet ſomnum: ſed ſi illud bibat tam magna quātitate, ꝙ frigiditas cerebri non poſſit uincere ⁊ illos uapores infrigidare, faciet uigiliam. ſi autem adhuc bibat in maiori quātitate, ita ut non poſſit uinci à calore naturalī nec regulari poterit tot generare humores crudos ꝙ faciet morbos frigidos. De lolio dicit Gale. cap. proprio, ꝙ eſt calidū in principio tertij gradus, Auic. 2. can. cap.

de ſceilen dicit ꝙ inebriat & facit ſcotomiam, & ſicuti uinũ ſui euaporatione caput uaporibus implet & facit ſomnum,& ita lolium euaporando ad caput. Aliud ſignum ponit Ariſto. qm̃ uidemus ꝙ animal poſt forte exercitium incurrit grauem ſomnũ:& hoc quia exercitiuȝ ſuperfluũ humores facit colliquare,à quibus eleuãtur uapores caput implentes: ſed Gal.locis adductis.& Auer.2.colliget.21.dicunt non ex illa cauſa fieri ſomnũ poſt longum exercitium:ſed quia ex nimio labore ſpiritus & calor innatus diminuũtur calor ipſe ut reſtaure͛ ad locuȝ ſui principij reuertitur. Aliud eſt ſignum: qm̃ uidemus ꝙ materiæ humidæ pituitoſæ faciũt ſomnum grauem & lethargiam,ꝛ hoc nõ ob aliud niſi quia grauant caput.Et dicit Gale.non ſolum lethargiam,ſed ſoporem,& catalepſes. Ponit Ariſto.aliud ſignũ quia uidemus ꝙ plus dormiunt pueri:quia in eis rõne proprie ætatis nutrimentum ſm maiorem ſui partem fertur ad ſuperiora, cum in hac ætate partes ſuperiores ſint maiores inferioribus.Sed Gal.diceret hoc eſſe: quia pueri multas in cerebro hñt humiditates,ſicuti etiam in toto corpore:uult enim Gale.ſomnum profundũ poſſe fieri à ſolo humido.ſubiungebat deinde Ariſt. dicens & ob hoc uidemus ꝙ pueri ſępe incurrunt epilepſiã:cuȝ etiaȝ ipſa fiat grauato capite. Aliud ſignum ponebat Ariſto. quia uidemus ꝙ illi qui habẽt magnum caput,ut Nani & Pumiliones grauem ſomnum incurrunt,& ſunt ferè ſomnolenti ſemper:quia uenas habẽt ſtrictas,quæ à uaporibus poſſunt facilius obſtrui:ſed hanc rõnẽ nõ aſſignat Gale.quia non uult Gal.ꝙ fiat ſomnus ob obſtructionem uenarũ:quoniã uirtus ſenſitiua tranſit per neruos & non per uenas.& ideo tam illi qui habent uenas latas,q̃ȝ illi qui habent uenas ſtrictas poſſunt multũ & grauem ſomnum incurrere:bene tamen concedit Gal. ꝙ iſti pumiliones plus dormiũt q̃ȝ alii:ſed hoc fieri di-

ceret ob multam ꝛ continuã euaporationem ad caput: nam omnes ferè uapores nutriméti ob corporis parui-tatẽ,ꝛ propinquitatẽ q̃ in illis eſt à ſtomacho ad caput, ad caput ferũtur, ꝛ ipſum grauant.& hæc ſunt q̄bus in-dicat Ariſto.ſomnum fieri infrigidato atq; grauato ca pite. Addit Gale.& alia ſigna: quoniã uidemus,inquit, multa animalia quæ in hyeme latitãt in cauernis edor miunt per menſes quatuor uſq; ad æſtatẽ ſomno ꝓfun-diſſimo.Item uidemus ꝙ refrigerato uel humectato ca pite ex balneo uel re aliqua alia frigida cauſatur ſom-nus.Item uigiliæ fiunt à calido,ergo ſignum eſt quòd ſomnus qui opponitur uigiliæ fit à frigido,& concedẽ dum eſt ẜm Gale.ꝑ de cauſis ſymptomatum uerſus finẽ, ꝙ ſomnus longus cum profunditate aliqua poteſt fieri à ſolo humido:ſed ſomnus ægritudinalis cum difficili excitatione,ut in ſopore & lethargo non pōt fieri à ſo-la humiditate,ſed requirit frigiditas.contingit ſomnũ eſſe longum & leuem,longum & profundum, breuẽ & leuem,breuem & profundum.ſi lõgus ſit & leuis,ſigni-ficatur ꝙ materia eſt multa & ſubtilis:ſi ſit longus & ꝓ fundus ſignificat ꝙ multa eſt & craſſa:ſi autẽ ſit breuis ꝛ leuis,qđ eſt pauca & ſubtilis. ꝙ ſi ſit breuis & profun dus,iudicamus ipſam eſſe paucam,ſed craſſam. Auicẽ. prima tertij cap.de ſubeth definiens ſomnum uniuerſa liter ẜm totum ipſius ambitum dicit,ꝙ eſt redditus ſpi ritus animalis ab inſtrumentis ſenſuũ exteriorũ & mo-tus uerſus ſuum principium,ſ.cerebrum in quo reditu priuantur inſtrumenta & membra ſenſuum operationi bus ſuis propriis,ut oculi uiſu, aures auditu,nares olfa ctu,&c̃.Et definiens ſomnum naturalem dicit ꝙ eſt re-ditus ſpũs uitalis ad interiora,ut ad cor:cum quo etiã redeunt ſpiritus aliqui animales uacui neceſſitate. facit ergo Auic.differentiam inter ſomnum naturalem tm̃, & ſomnũ in uniuerſali: quia in ſomno in cõmuni ſatis

eſt ꝙ ſpiritus animales redeant ad cerebrum: nam quã do fit ſomnus ꝑternaturalis à cauſa præter naturam, ut à materia multa pituitoſa in cerebro exiſtente, tunc ſolum ſpiritus animales retrahunt, & uitalis ſtat ſpanſus per totum corpus: ſed in ſomno naturali ſemper redit ſpiritus uitalis ad cor, ⁊ animalis ad cerebrũ: & quia cũ ſpiritu uitali ſunt permixti etiã ſpiritus animales. ideo uacui neceſſitate ſemper cum illis, etiam redeunt aliqui ſpiritus animales ad ip̄m cor, ſicuti cõmoto aere ſimul cõmouentur uapores & atomi qui ſibi immiſcentur, ut uacuũ repleant: maior tamẽ portio ſpiritus aı̃alis redit ad cerebrum: quoniam hoc eſt quod tollit ſenſum. Diuidit etiam Auicẽ. ſomnũ in naturalem, non naturalẽ, & p̄ter naturam: de naturali dictum eſt, ⁊ eſt ſomnus ſanorum, qui ob caloris nãlis reſtauratiõe fit: ſomnus non naturalis eſt ſomnus qui fit à cauſa nõ naturali, ut à cibo puta à lactuca, à ſup̄fluo motu uel labore, à multa euacuatione. ſomnus autem præternaturalis eſt qui fit à cauſa pręter naturã, ut morbo uel cauſa eius, ſicuti fit in lethargia & ſopore: ſed cõmuniter dubitatur: qm̃ non uidetur ꝙ ſomnus fit reditus ſpiritus ad intra: naꝫ Gal. 3. de cauſis pulſuũ cap. 9. & Auic. ſc̃da primi ſumma de pulſibus omni cap. 12. dicunt ꝙ in principio ſomni fiunt pulſus tardi, parui, rari, & debiles. In ſecũda uero parte ſomni fiunt maiores & fortiores. & reddens cãm huius Auic. dicit quia in principio ſomni calor concẽtratur, & ſuffocatur aliquo modo à nutrimento, ſicuti paruus ignis à multitudine lignorum: ſed in ſc̃da parte ſomni calor eſt iam fortificatus: & tunc exterius redit ad regendum nutrimẽtum. Modo ſic arguitur. in ſc̃da parte ſomni eſt ſomnus, ut patet, & tamen calor naturalis expanditur ad extra. ergo non ſemper ſomnus eſt retractio caloris ad intra. dicendum eſt, ꝙ ſemper quãdo eſt ſomnus, ſtant ſenſus & ſpiritus retracti intra, & nũꝙ

expanduntur, niſi cum animal expergeſit. Bene uerū eſt ꝙ in principio ſomni calor eſt magis retractus, & in ſecunda parte partim expanditur: tamē ſatis eſt ꝙ tam in prima, q̃ in ſecunda parte ſomni ſemper ſtat intra. Attēde ergo ꝙ Auic. uult ꝙ in ſomno naturali ſpiritus animalis & ſenſus redeūt ad cerebrum, & ſpiritus uitalis ad cor: cum quibus tamen uacui neceſſitate retrahūtur etiam aliqui ſpiritus animales: maior tamē portio iſtorum redit ad cerebrum. Ariſt. autem & Auer. qui tenēt cor eſſe fons & principium omnium ſenſuum, uolunt ꝙ tota iſta retractio fiat uerſus cor, tam. ſ. ſpirituū animalium, q̃ uitalium: ſed Gal. 3. de cauſis pulſuū cap. 9. loquens de retractione iſta in ſomno naturali, nō dicit ꝙ calor naturalis i ſomno magis retrahatur ad cor q̃ ad cerebrum: ſed dicit ꝙ redit ad uiſcera. Idem dicit. 6. Epidimiaꝝ particula. 4. textu. 3. Vult enim ibi Gal. ꝙ in ſomno fiat melior concoctio, non tantū in ſtomacho & hepate, ſed etiam in uenis & omnibus cōcauitatibus: quia calor naturalis in ſomno retractus eſt fortior: ſed ſi calor iſte retraheretur ſolum ad cor, non bene coq̃retur nutrimentum in brachio ꝛ cerebro: immo peius q̃ in uigilia. Et ꝑpterea uult Galenus ꝙ in ſomno fiat retractio caloris naturalis ad omnia uiſcera, ꝛ ad omnes corporis concauitates in quibus fit concoctio: bene uerum eſt ꝙ maior pars iſtius caloris redit uerſus cor. & hæc opinio uidetur uerior. Sed dices Galenus. 2. de locis affectis cap. ulti. declarās cur eſt, ꝙ aliquādo in principio paroxiſmi tanto fit ſomnus dicit: q͛a in principio paroxiſmi aliquando fit tanta retractio caloris naturalis intra, ꝙ cerebrum uehementer fit frigidum: modo ſi in ſomno remanet cerebrum frigidius, non erit uerum ꝙ in ſomno fiat retractio caloris ad ipſum, imo potius ab illo ad pectus & ad cor. Item ꝑ de rōne uictus com. penult. ubi Hippo. in textu & Gal. in cōmen. uolētes do-

cere quomodo debeamus ægrotantes in acceſſionibus cibare, dicit ꝙ nunquã dari debet cibus donec extrema ſunt frigida: ſed cum caliditas ad pedes deſcenderit tũc eſt dandus cibus: quia tunc calor relinquit pectus. quo modo igitur ſtant iſta ſimul, ꝙ in ſomno fiat refrigeratio cerebri & extremorũ, & ꝙ in ſomno fiant meliores concoctiones oẽs in toto corpore? dic ꝙ hęc nõ repugnant. nam cum dicit Gale. ꝙ in ſomno fiunt meliores oẽs concoctiones in toto corpore, loquitur de ſomno naturali, in q̃ fit moderata & menſurata retractio: ſed in prinpiis acceſſionũ: quia retractio eſt præternaturalis & immoderata ⁊ uiſcera nimis incenduntur. Ideo tunc non eſt uerum ꝙ fiat melior concoctio: quia concoctio fit à moderato, & non ab immodico calore. & ideo non damus cibum in principio acceſſionum: quia non fit bona ꝯcoctio, neq; in ſtomacho, neq; in uenis. Et ob hoc non eſt mirum ſi ex iſta retractione immodica cerebrũ refrigeretur magis q̃; oportet ⁊ fiat ſomnus ille præternaturalis. Ex quibus igitur patet ꝙ cauſa efficiens ſomni eſt duplex: una eſt omne infrigidans, humectans & aggrauans cerebrũ. ſecunda eſt omne reſoluẽs uirtutem ⁊ calorem innatum diminuẽs: cum enim uirtus eſt debilitata calorem ad ſe retrahit, & ſpiritus cum ſunt ex laboribus ⁊ uigiliis exiccati, ad ſuum principiũ retrahuntur, & humectentur ⁊ reſtaurentur, ſicuti, inq̃t Auer. 2. colliget. 21. Satellites cum ſunt in grãde periculum, recurrunt ad ſuum ducẽ. de cauſa finali dicit Ariſt. in de ſomno ⁊ uigilia, Somnum eſſe factum ꝑpter bene eſſe animalis, ut propter uigilare, ſapere, & intelligere: nam ſi nõ eſſet ſomnus nimis defatigaremur ac reſolueremur. Et ideo ut poſſimus reſtaurari & has oṗationes exercere cum lętitia & non cum triſtitia, factus eſt ſomnus: ſed Gal. & Auicẽ. reſpicientes ad ſanitatem quæ eſt finis, Medici dicunt ꝙ cauſa finalis ſomni eſt ut fiat bo

na concoctio & reſtauratio ſpiritus ꝛ caloris innati ex laboribus & uigiliis reſoluti: fiunt.n.hęc ob ſanitatem, ſanitas poſtea ꝓpter uigilare & ſapere. Et ſic finis Gale. eſt ordinatus in finem Ariſto.quia Ariſto.ultra ſanitatem quæ eſt finis Medici quærebat alium finem,qui facit ad bene eſſe animalis.de cauſa materiali oẽs dicunt ꝙ ſunt uapores qui eleuantur à nutrimẽto & petunt cerebrum & uias obſtruũt,quibus mediantibus tranſitus uirtutis animalis ad organa ſenſus impeditur. Et dicit Auer.ꝙ eſt in paruo mundo,quẽadmodum in magno: nam ſicuti in magno mundo eleuãtur uapores à terra & tendunt ad regionem mediam aeris,& ibi infrigidantur & humectantur,& in pluuiam conuertuntur,& demum deſcendunt:Ita etiam in homine eleuanť uapores à nutrimento, & petunt caput,& ibi frigiditate cerebri condenſantur,& demum deſcendunt, & tranſitum uirtutis ſenſitiuæ impediũt.De cã formali uero,cum nihil aliud ſit ſomnus formalr̃,q̃ꝫ priuatio uigiliæ.Ideo nulla alia reddetur cã formalis,q̃ꝫ ipſius definitio.

De cerebri frigiditate, humiditate & ſiccitate. Cap.29.

CEREBRI frigidioris temperato indicia ſunt,plura excrementa ex proprijs meatibus,& male digeſta,& capilli recti,ꝛ rufi,& manentes per priuationem caluitij,ꝛ longo tẽpore poſt natiuitateꝫ naſcuntur, exiles,& tenues in ſubſtantia,facile à frigidis cauſis læduntur,ſicut frigido aere,cibis,ꝛ potibus frigidis,quia inclinata in frigidum,facile cõuertuntur per cauſas frigidas ad frigidius,quorum enim maius eſt ſymbolum, facilior eſt tranſitus.Neqꝫ ſi tetigeris partes ad caput attinentes,admodum calidæ ſentiuntur,neqꝫ ſi inſpexeris,rubicundæ apparent,& oculorum uenæ non uiden

tur,& ſomnolenti quodammodo ſunt, & hæc omnia propter cauſas contrarias his,quæ de cerebro calido dictæ ſunt.De canitie ſcias,ꝙ cũ digerens uniuſcuiuſq; alimentum ſit propria,& innata caliditas,extranea autem putrefaciens,ⲋ corrumpens,accidet dominante frigiditate,nutrimentum fieri aquoſum,ⲋ phlegmaticum, & putreſcibile ab ea,quę in cõtinente caliditate. Vapor ergo,qui eſt materia pili à tali aliméto ſurgens,propter ſui uiſcoſitaté,ⲋ caloris pellentis debilitaté,non de facili pertrãſit,& ex longitudine morę in poro à caliditate cõtinentis putrefit,dealbat̃,ꝑpter plurimum habere aeris interclusũm ex ſui uiſcoſitate,ſicut dicit Phs 5. de generat.animal. Quare accidit ab eo capillus canus.

De cã canitiei.

Voluit Ariſto.cerebrum natura factum eſſe frigidum, ut cordis caliditatem cõtemperet, non in hoc ſenſu:qa ab illo ſpiritus uitales aſcendétes refrigerentur: ut nonnulli uolunt ipm̃ intelligere:qm̃ hoc modo etiam concederet ipſe Galenus cerebum cor refrigerare: ſed quia eius frigiditas peruenit uſq; ad ipſum cor.& hunc modum reprobat Gale.8.de uſu partium cap.2.&.3.ſic eni; inquit Ariſt.2.de partibus animalium cap.7.Cum auté omnia momentum requirát, quo mediocritaté ac medium aſſequantur,idcirco aduerſus cordis ſedem & calorem cerebrum natura mollita eſt. & ea de cauſa pars iſta animalibus iuncta eſt natura obtinens aquæ & terræ cõmunem:atq; ob eam rem cerebrũ omnia ſanguine ꝑdita habét ex cæteris nullum ferè niſi per ꝓportionem,ut Polypos.Parum enim caloris obtinet omne id genus ob ſanguinis priuationem cerebrum igitur calorem feruoremq́; cordis moderatur ⲋ temperiem affert. &.8.de uſu cap.6 dixit Gale.factum eſſe cerebrũ à natura frigidũ,ut poſſint ĩ ipſo ex ſua frigiditate ſpũs aíales ex uitalibus generari: eſt uero factũ humidũ & non ſiccum,ut facile poſſint in ipſo phantaſmata imprimi.

Cerebri ſiccioris tẽperato indicia ſunt,carere excrementis ꝛ ſenſuum perfectio ex claritate ſpirituũ in illo, & humiditatum perturbantium priuatione, promptitudo ad uigilias,capilli fortiſſimi ex eorum duritie,ſiccitatem uaporis,qui eſt materia capillorum,& cutis capitis comitante,qui celerrime genitis naſcuntur ex moderata ſiccitate cutis capitis eorum circa natiuitatem, hæc enim ut prius dictum eſt,coadiuuat ad pili generationem,et criſpi potius ſunt,q̃ꝫ recti,propter ipſos contrahi circa radices eorum humiditatis indigentia,cito calui fiunt,propter eis ſiccius finiri pingue humidũ.

Cerebri humidioris tẽperato ſigna ſunt capilli plani,ſeu recti,nequaquam calui fiunt,ſenſus turbulẽti, id eſt,obſcure diſcernentes,excrementorũ multitudo, ſomni multi,atqꝫ profundi, Horum omnium cauſa perſpicua eſt,ex iam dictis in cauſa cõtrarij.Prędicta ſigna intemperaturæ cerebri,intellige in regionibus temperatis,& in proportionali diſtemperantia humorũ.

Signa autem intemperaturę compoſitę cerebri,ut calidæ,& ſiccæ,calidæ & humidæ,frigidæ,& ſiccæ,frigidæ, & humidæ ex ſignis ſimplicium intemperaturarũ potes colligere.An auteꝫ diſtemperata complexio cerebri calida,& ſicca, ſit peſſima diſtemperantiarum naturalium?Dixit in cõmentario noſtro artis medicinalis. Et Gal.7.de methodo medendi,de complexione totius loquens,dixit intemperiẽ peſſimã eſſe inter ſimplices, ſiccã,ꝛ in cõpoſitis frigidã & ſiccam.

De oculorum temperamento. Cap 30.

SED EX his ſignis, quibus cerebri complexiones cognoſcimus, poteris trãsferre ad cognoſcendũ unumquodqꝫ organum ſenſus,quæ colligata ſunt cerebro per neruos ortos ab ipſo: ſicut ſunt oculi ipſius

uiſus, aures auditns, nares odoratus, lingua guſtus, & uniuerſi corporis muſculi tactus. Sed hic breuitatis cau ſa ſufficiat nobis mentionē facere de oculis tantū, ſicut de ijs, quæ cerebro certius ſunt proportionata, propter ei magis uicinos eſſe, propter horum temperamentum declinans ad frigiditatem, & humiditatem, ſicut etiam cerebri.

Quicunq; igitur oculi tactu, manifeſte calidi ſunt & facile, & frequenter mouentur, & uenas latas habent, calidi ſunt, ſed oculi frigidi ſunt, quicunq; ſigna habēt ſupradictis contraria, humidi uero, qui molles, & multa humiditate pleni. Et ſicci ſunt, qui duri, & ſimul aridi, id eſt, humiditate priuati. Motus debetur oculis ex ſex muſculis eorum. 4. de interioribus cap. 2. Et 10. de uſu part. cap. 8. Sunt enim oculorum muſculi ſeptem, quorum unus mouet oculum ſurſum, alter deorſum, unus ad angulum domeſticū ſiue lachrymalem, alius ad ſiniſtrum, & duo incidentes ex tranſuerſo, circulariter mouent, eſt & quidam alter poſterius prope neruum opticum, quem ſubſtinet, & eleuat, & tuetur ipſum à laxitate dum oculi in continuo intuitu firmantur, & hic ſolus firmat oculum. Hi omnes muſculi habent ſuos neruos à ſecūdo pari neruorum cerebri, fuit autem hic motus oculis accōmodatus, ut poſſent ſine motu, & cōuerſione colli ad dexteram, & ſiniſtram, ſurſum, & deorſum, ſub rectis lineis ſpectare uiſibile. Et eſt hoc ſignum à facilitate, & frequentia motus, ſumptum ab effectibus uirtutis motiuæ muſculorum, quibus oculi mouentur. Latitudinem uenarum operatur caliditas, apud primā informationē habēs ſingula dilatare, quuq; naturalior motus ipſius magis ſit à centro, q̄ ad centrum, etiam adiuuantur ex membrorum caliditate, per quæ earum ſit tranſitus, & à ſimilibus cauſis ſuæ temperaturæ facile læduntur, ut oculus calidæ complexionis à calidis,

Muſculi oculorum ſeptem.

rigidis,humidæ ab humidis,ſiccæ à ſiccis,& iuuantur à,cõtrarijs moderato uſu,ſicut calidę à frigidis,frigidę à calidis, & ſic de reliquis.Hoc enim cõmune eſt ſignũ in cognitione diſtemperatæ cõplexionis omnis mem bri,ꝙ memoria tenendum.Sola enim temperata complexio eſt,quæ ſuis ſimilibus bene diſponitur.

Diſtingue tñ de ſimili,ut ſupra in ſimile, qđ excedit qđ deficit,& quod æquat.Cognoſcitur etiam oculorũ tẽperatura,à magnitudine & colore. Nam ſi fuerit eorum magnitudo cum proportione debita ad uiſibile, quæ ex figura,ſitu,& diaphaneitate perfecta conſequitur,& cum uirtute operationum,id eſt,bonitate uiſus, & aliarũ naturalium omnium,oſtendit eos factos eſſe in prima ſui creatione ex multa & bene temperata materia,& ſic uidetur proportionari magnitudo oculorum magnitudini capitis in ſignificando. Sicut enim magnitudo capitis non oſtendit bonam cerebri complexionem,& ipſius bonam temperaturã, niſi quando figura eius decens exiſtit, & operationum bonitas in ortis ab ipſo, ſignificans tunc fortitudinem uirtutis in formatiuæ operantis circa multam,⁊ bonam materiã, ita magnitudo oculorum quando nõ eſt cum proportione prædicta, non oſtendit bonam temperaturam. Paruitas oculoꝝ,ſimilr̃ diſtinguẽda eſt,ſicut & magnitudo.Non enim hęc capitis paruitati proportionatur, Nam ſi fuerit cum proportione prædicta & operationum bonitate,ſignificabit materiam ex qua facti ſunt, fuiſſe bene temperatam,ſed cum corruptela proportionis,& cum defectu operationum,cum hoc ꝙ ſignificat materię paucitatẽ ex qua facti ſunt,ſignificat eam fuiſſe non bene temperatã. Temperaturã oculorũ intellige, non qualem conſecuta eſt caro,uel cutis,ſed declinantem ad frigiditatẽ,⁊ humiditatem,ſicut ea quæ cerebri. Nec neceſſarium eſt tunicas oculi eſſe ſiccas.Nam exte

rior pinguedinem habet,qua flectitur calor ad intus,& cornea ſm parté, nó eſt ſimpliciter humiditate carens, cú peruia,& lenis,Aranea quoq; lenis, & frigida.Sunt autem oculi pelliculæ,quæ membranæ, & tunicæ nominantur,realiter quatuor,coniunctiua,cornea,uuea, aranea.Ponuntur autem cómuniter ſeptem,ut ante incipiendo coniunctiua,cornea,ſclirotica,uuea,ſecundina,poſt iſtas,ſunt duæ aliæ tunicæ,& ſimul continuæ, una anterius,altera poſterius, maior anteriore,Prima uocatur aranea,poſterior retina,differunt hæ,ſubſtantia,ſitu,colore,figura,quantitate, complexione, & in iuuamentis.

Tres húores oculi. Componitur etiam oculus ex tribus humoribus,uitreo,cryſtallino,& albugineo.Coniunctiua ſic dicta,qa coniungit oculum capiti,aut quia comprehendit,& circundat omnes oculorum tunicas,& humores,tam anteriores,q̃; poſterio res,& mediú criſtallinú,oritur(dicit Gal.10.de uſu part.cap.2.in fine)à pericraneo panniculo,qui craneú ab extra tegit,& circúdat,quod perioſium,& circumoſſale nominatur,& Arabice almocatim Et hec tunica eſt craſſior cæteris.Hæc coiunctiua,ut dicit,non tegit ante totú oculú, ſed habet foramen, per quod apparet nigredo, ſeu corona oculi, quæ pupilla appellatur,quæ neceſſario debet eſſe diſcoperta,ut ſpecies rerum uiſibilium tranſire poſſint ad humorem criſtallinú.Et hæc eſt alba,& groſſa habens uenullas multum ſubtiles, à quibus ſuum ſuſcipit nutrimentum.Et dicit Auic.ꝙ totus iſte panniculus implet̃ carne alba, & pingui,ut liniat oculum ſimul cum palpebris.& prohibeat oculum,& palpebras exiccari, ut ab aſſiduitate motuú,& occurſum calorum ſuper excellentium. Cornea ſic dicta quia eſt in colore,& modo ſubſtantiæ uelut cornu ſubtiliatum,terſum,& politum, & peruia, ne prohibeat ſpecies rerum uiſibiliú per pupillam ad cry

ſtalloidem tranſire,& ex conſequenti uidere,cuius pars anterior ſupermiſſa pupillæ clarior eſt, & ambit totam uueam,& non eſt perforata in medio ſui,ſicut uuea tunica,ut ſua duritie, & fortitudine defendat pupillam ſimul cum hnmoribus,& tunicis alijs pupillam ſequentibus. De hac tunica loquitur Galenus.10.de uſu part. cap 3.& 6.huic corneę uerſus poſterius,continua eſt tunica dura,ſeu ſclirotica,dicta ἀπὸ τοῦ σκληροῦ quod eſt durum.Et hæc interius circundat totũ oculũ.Et ſicut in cerebro dura mater piæ ſuperpoſita eſt,ne pia mater craneo lædatur,ſic hæc ſecundina oculo fuit ſuperpoſita,ne ipſa offendatur ab oſſibus orbitę,& etiam ut ſingulas partes, quas continet,præſeruet, & prohibeat à uehementibus motibus rumpi,10.de uſu part.2.Et iſtæ duæ,cornea, & ſclirotica,oriuntur à dura matre.Et ab aliquibus ponuntur pro una.Poſt iſtas,eſt tunica dicta uuea,quia eſt perforata,ſicut granũ uuæ,quando à ſuo ſuſpenſorio,ſeu racemo remouetur, Et ſuum foramen uocatur pupilla.Secundo quia lenis eſt intus,ut ſuo tactu non noceat partibus ſibi iuxta poſitis,& dura ab extra uerſus corneam, ſicut tunica huius grani.Tertio, quia rugoſa eſt uerſus albugineum,ut granũ hoc ab intra uerſus medullam.Hæc tunica habet colorem cœleſtem,ſiue lazuleum inter albedinem,& nigredinem medium,ut congreget uiſum prohibendo lumen intrinſecum,& ſpiritus uiſiuos,& nõ ex toto cooperit id,quod retro ipſum eſt,ſcilicet humores,albugineum,& glacialem,& tunicam araneam,quæ ſunt tranſparentes, clari & luminoſi,ne prohibeat tranſitum formarum rerum uiſibilium ad cryſtalloidem ſui opacitate,& obſcuritate,nõ enim diaphana eſt peruia,& lucida,ſicut aliæ partes.Ipſa dimittit in anteriori parte,& in medio ſui foramen,per quod tranſeunt ſpecies rerum uiſibiliũ ad cryſtalloidem Et quando hoc foramen omnino conſtrin-

gitur uel oppilatur,prohibetur, uiſio,pro quo uide 10. de uſu par.cap.4.Huic tunicæ uerſus poſterius cõtinuatur tunica ferè ſimilis magnitudinis,etiam eiuſdẽ coloris,quæ uocatur ſecundina,quia repleta uenis,& arterijs plurimis nutrit oculum, ſicut ſecundina fœtum. Et hæc uocatur à Galeno choroides, 10.de uſu part. cap.2.ubi inquit,q̃ multa enim uaſa hæc ipſa choroides tunica apparet,ſm ſe totam habere, hoc uel etiam ex ipſo nomine manifeſtum eſt,neq; enim ipſam ita uocaſſent,niſi uaſorum permultorum eſſet uinculum, & ligamentum,quale,quod eſt ſm fœtus inuolucrum.Et iſtæ duæ tunicæ à pia matre oriuntur, ideo ab aliquibus ponuntur pro una.Poſt iſtas tunicas ſunt aliæ duæ tunicæ etiam ſimul continuæ,una anterius,alia poſterius,maior anteriore,anterior uocat̃ aranea,poſterior retina,aranea ſubtilis eſt,& multum lucida.Retina nõ ita lucida eſt,ut aranea.Et dicit Auic.q̃ eſt extremitas nerui optici in orbita oculi extenſa & dilatata,comprehendens humorem uitreum,& cryſtallinũ uſq; ad terminum,ubi albugineus ante glacialem ſe extendere incipit,quemadmodum rete comprehendit in ſe cadentẽ uenationem,ideo tunica retina uocatur.Sed dicit Gal. 10.de uſu parti.cap.2. quòd hæc nullo modo eſt tunica,neq; colore,neq; ſubſtantia,ſed ſi id comprenderis, & ſolum & ſeorſum poſueris,in idem aggregans,& cogens,manifeſte putabis te cerebri partem aliquam ablatam uidere.Inquit etiam,quòd utilitas propter quam deſuper miſſa eſt,eſt ut alteratiões cryſtallini ſentiat,& ut uitreo humori,& aduehat, & deferat nutrimentum: Cernitur enim plena quibuſdam arterijs,& uenis multo pluribus,& maioribus,q̃ pro ſua mole & magnitudine.Cum neruis enim omnibus,qui à cerebro ſunt,explantatur aliqua portio piæ matris arteriam deferens & uenam,magna autem adeo uaſa cũ nullo alio egrediũ

tur prouidente,& pręparante natura,nō neruis ſolum, ſed etiam humoribus,his qui ſunt in oculis nutrimentum. Addunt & tertio,uirtutem uiſiuam ab opticis ad cryſtalloidē portare. Patet ergo quare hę duæ tunicæ, retina,& aranea,ponuntur pro una,& quomodo à neruis opticis oriuntur,qui ſunt duo nerui ad oculum uenientes,magni concaui quorum explanatio eſt non in medio partis anterioris cerebri,ſed ubi anteriores duo uentriculi terminātur uerſus lateralia, ut Gal. dixit 16. de uſu part.cap.3. Inter has duas,ſcilicet,retinam & araneam ſunt duo humores,uitreus,& glacialis,ſeu cryſtallinus,uitreus longe maior cryſtalino,eſt poterius,& la lateralis,ſic dictus,quia uitro liquefacto aſſimilatur,in parte cuius anteriori locatur humor cryſtallinus, ſicut locata eſt gemma in annulo. Et dicit Auicen. ꝙ hic humor uitreus aſcēdit ſupra glacialē uſq; ad maiorem circulum diuidentem ipſum in duas partes æquales,ſcilicet,priorem,& poſteriorem, & nō ultra. Glacialis,ſeu cryſtallinus ſic dictus,quia tranſparens eſt,lucidus & clarus,ut glacies,& ut cryſtallus,eſt rotundus in figura,ut melius reſiſtat cauſis infirmantibus, habens tamen anterius planitiem aliquid de rotunditate minuentem,ut melius formas,ſiue ſimulachra rerum uiſibilium recipiat,& ut ipſe melius manifeſtet quantitates coloratorum. Nam cū uiſio fiat intus ſuſcipiendo ſub forma pyramidis,cuius conus eſt in angulo,& baſis in re uiſa. Et conorum quidam ſunt obtuſi ſm magnitudinem rei uiſæ & propinquitatem ad oculū, & alij acuti ſm paruitatem eius quod uidetur,& remotionem,& alij medij,ideo ut quilibet horum aptum haberet locū ſuæ receptionis, facta fuit planities in parte anteriori cryſtalloidis. Et dixit Gal. 10 de uſu part.cap.6. ꝙ ſi hic humor fuiſſet exacte ſphęricus,neque circulorum iniectiones,ac immiſſiones,applicationes, & cōnexiones,

quæ ſunt ſm regionem iridis, ſuſcepiſſet ſimiliter, ac tam cõmode,& periculum eſſet nę in uehemēti & uiolento motu, & percuſſione aliquando in oculo facta præcipitaretur, ac euolueretur in ſedē uitrei humoris, applicationes enim & cõnexiones,& ſedes exactæ ſphæricorum faciliores ſunt,& periculoſiores, quàm latorum, & amplorum, Propterea, quòd illa ſuper conuexam,& propterea facile uolubielm, & peruerſatilem peripheriam uehantur. Et dicit Auic. ꝙ eius pars poſterior parumper conſtricta eſt, declinas ad figuram oblongam, ut uitreus humor & retina tunica bene eum cooperiant,& firme ac ſtabiliter cõprehendat. Vitreus humor nutrit cryſtallinum,non ꝙ ſit ex metipſo proprium nutrimentũ cryſtallino,ſicut ſanguis carni, ſed quia præparat ſanguinem à cerebro tranſmiſſo, ut cryſtallino aptum ſit nutrimentum, & ſic præparatum ei miniſtret,Et ſic intellexit Auic. dicens: Humor cryſtallinus non nutritur uitreo,niſi quia uitreus mittit ei ſanguinem à cerebro uenientem mediante tunica retina, Alij dicũt,quòd uitreus dicitur cryſtallinum nutrire, non quia ſit eius nutrimentum,ſed quia ei eſt præbens nutrimentũ,quia quod eſt uere nutrimentũ,cryſtalloidi reſudat per uitreum,& uitreo per uenas retinę tunicæ ſibi contiguæ,nam nec in cryſtallino,nec in uitreo humore reperitur aliqua uena, ut dixit Gal.10.de uſu part.cap.primo in fine.Sed Gal.uult.uitreum humorē ſui ſubſtantia cryſtallinum nutrire dicens ibi: Nutriri autem cryſtallinum ex ipſo ferè non mutato ſanguine adeo multum qualitatibus diſtante erat impoſſibile,familiariori autem aliquo ei nutrimento erat opus. Ei eſt igitur,& factum,& præparatum à natura idoneum nutrimentum,humor uitreus,qui quanto craſſior, & albior eſt ſanguine,tanto à cryſtallino humore uincitur humiditate,& albedinem, hic enim exacte eſt albus,

Qũo uitreus hũor nutrit cryſtallinum.

& durus,

& durus, mediocriter. ante humorem cryſtallinum eſt humor ſimilis albumini oui, dictus albugineus, paucus,& clarus,qui eſt ſicut ſuperfluitas,qui in directo pupillæ uenit uſq; ad corneam,& ibidem eſt clarus dia phanes magis q̃ alibi. Hic diſſentit Auic.à Gal.uult Auic.tunicam araneam mediare inter ſecundinam, & albugineum humorẽ,& ſicut humor uitreus poſterius tãgit ſine medio cryſtallinũ,ſic & anterius albugineus. Sed Gal.10.de uſu part.ca.6.uult cryſtallinum anterius indui tunica aranea,& poſterius ſine medio uitreo hu‑mori.Idẽ & Raſis primo Almanſoris cap.de anatomia oculi dicens: Grandinei hũoris medietas uitreo circun datur humore. Alia autem ipſius medietas quadam cir cundatur tunica,quæ multum eſt luminoſa, quæ cum araneæ telę ſit ſimillima,aranea nominatur tela. Super hanc autem quoddam liquidum locatur corpus,quod quia albumini oui aſſimilatur,albugineus dicitur hu‑mor.Idem Auerroes colliget primo cap.de forma ocu li.Poſitus autẽ eſt hic humor albugineus ante cryſtalli num,ut lumẽ oculo deforis adueniens gradatim perue niat ad cryſtallinum per medium ipſius,ne uiſibiles ſpi ritus à ſubito & forti lumine diſſoluantur.Tres alias cauſas tangit Gal.10.de uſu part.cap.6.in principio.Pri ma eſt,ut cryſtallinus humor nunquam tangat corneã, quæ dura tunica eſt,nec immediate,nec mediante tuni‑ca aranea,quæ tenuiſſima eſt.Secũda,ut repleat uacuam regionem inter corneam & araneam.Tertia, ut prohi‑beat ſiccari cryſtallinum humorem,& intriſecam partẽ ueæ tunicæ.Nutritur autem hic humor ſanguine reſu dante in eum de tunica aranea,ſicut nutriuntur uia re‑ſudationis oſſa,chartilagines,& ligamenta.

Diſſentit Aui.à Gal

An autem hi duo humores ſint membra,uitreus, & albugineus? De uitreo dicunt,ꝙ nõ,quia eſt nutrimẽtũ cryſtallini.Et de albugineo,quia eſt ſuꝑfluitas cryſtal‑

loidis. Et de utroque, quia membrũ à prima generatione debet eſſe ſolidum. Dicatis, ꝙ ſunt membra, & animata, anima nutritiua, Sunt enim partes noſtri corporis ſpermaticę, quę ſanguine nutriuntur. Ideo Gal. inter conſimilia membra nominauit cryſtallinum, & uitreũ, primo de methodo medendi cap. 6. quod etiam de albugineo intelligendum, cũ à uitreo ſola ſubtilitate uideatur differre. Secũdo, quia ipſi propter plura iuuamenta creati ſunt, & nõ parũ ſubſeruiũt uirtuti uiſiuæ. Tertio, quia corruptione ſuæ compoſitionis ægrotat oculus, etiã nulla alia parte læſa. Ad argumẽtũ: aliud eſt ꝑbere nutrimentũ, aliud eſſe nutrimentũ qđ eſt nutrimẽtũ nõ nutritur, ſed quod ꝑbet nutrimentum poteſt nutrire, patet de mãmilla & lacte. Et ſecũdum Gal. tenentem ipſum ſui ſubſtantia cryſtallinũ nutriri dici poteſt, ꝙ non ſm ſe totum, ſed ſm modicas ipſius particulas refocillat, & alit. Ad ſecũdum non dixit Auic. Albugineũ eſſe ſuperfluitatẽ cryſtallini, ſed ꝙ eſt ſicut ſuperfluitas à ſubſtantia glaciali proueniens, Et hoc quia uult nutriri albugineum humorem nutrimento, quod ſuperfluit cryſtallino, quod clarum eſt, ſicut id, cuius erat nutrimentum, Ex puriori enim & perfectius digeſta parte nutrimenti, cryſtallinus nutritur, Ex aquoſiori uero, & minus digeſta, albugineus. Ad tertium, non eſt illud neceſſarium, nec his repugnat, quod recitat Gal. de puero, 4. de accidenti & morbo cap. 2. qui iuxta pupillam ſtilo corneam perforauit, unde emanauit humor albugineus, qui mox curatus uiſum recuperauit, inſtaurato paulatim humore, qui antea effluxerat, quoniam nõ totus humor albugineus fuit deperditus.

Vitreus & albugineꝰ humor ſunt membra animata.

Solet quæri de lumine, an ſit neceſſarium propter colorem, cuius eſt agere, aut propter medium, cuius eſt pati. Tenent Auic. Albert. Auempace. & Monachus, ꝙ ꝓpter colorem. Tenet Auerroes ꝙ ꝓpter medium, Mo-

nachus ad declarandum hoc accepit ꝓpoſitionem Phi loſophi.2.de anima.66. Color ſecundũ ſe eſt uiſibile in ſecundo modo dicendi per ſe,quo ſubiectũ eſt in ratione prædicati,qm̃ in ipſo eſt cauſa, ꝙ aliquod ſit uiſibile,ſcilicet,lumen:lux enim principalius uidetur,ſed color mediante lumine,ſicut dicit Auer.2.de anima 72.& poſtea inqt,color definitur, ꝙ eſt extremitas perſpicui, non tamen cuiuſcũq; perſpicui:ſed determinati ſcilicet corpis ſolidi:eſt enĩ duplex perſpicuũ,ſiue diaphanũ, quoddam eſt peruiũ, quod per ſe nõ terminat, ſed per ſe tranſducit uiſum,ut aer,aqua,uitreum,⁊ hoc in toto eſt perſpicuum,quoddã eſt non peruium, quod eſt terminans uiſum,& hoc non eſt in toto,ſed in ſuperficie ꝑſpicuum.quod ergo in toto eſt perſpicuũ, recipit lumẽ in ſuperficiem,& profundo. quod autem in toto nõ eſt perſpicuum,non recipit lumen,niſi in ſuperficie,in qua quãtum eſt ex ipſa,color non eſt,niſi mãliter,& diſpoſitiue.Cum ergo perſpicuũ cadat in definitione coloris, & ꝑſpicuum in actu non ſit,niſi per lumen,ingredietur & lumen definitionẽ coloris,ex quo ſequitur,ꝙ formale eſſe coloris ſit à lumine.⁊ colorem reducibilẽ eſſe ad lumen,& non lumen ad colorem,non enim definiẽ lumen per colorem,eſt enim color lumẽ quoddã corporis terminati,quãtum ad eſſe formale, uel actuale coloris.Hic in multis errat Monachus.Primo quoniã cogitur dicere colorem in actu qui eſt qualitas ex primis reſultans eſſe compoſitum ex materiali & formali.ſ.lumine ſuperueniente.Nec etiam dici poteſt ſuperficiem illuminari,quoniã corpus diaphanum, eſt quod recipit lumen,& non ſuperficies,imo ſuperficies lumen reflectit. Dicit quoq; ꝙ color eſt extremitas perſpicui,ꝙ contra Ariſto. eſt in de ſenſu & ſenſato,facit ibi Ariſto. unam diſiunctiuam,color eſt extremitas,uel in extremitate.Et dicit,non eſt extremitas,ſed in extremitate, ⁊ ita cõmu-

Duplex perſpicuum.

Error Monachi.

niter accipitur pars reiecta à Philoſopho: deinde dat ꝑſpicuum non peruium terminãs uiſum. Hæc repugnant perſpicuũ eſſe, & eſſe terminatum, apud Ariſto. perſpicuum eſt, ut aer, aqua, & cœlũ, & dupliciter dicitur terminari, extrinſece ut opaco, intrinſece. ſ. propria ſuperficie. Item extremitas perſpicui eſt ſuperficies, ergo ſi color eſſet extremitas perſpicui, color eſſe ſuperficies, ꝛ ſic qualitas, quæ eſt color, eſſet quãtitas, quæ eſt ſuꝑficies, quod apud puros nominales non admitteretur. Dico etiam, ꝙ color non eſt in ſuperficie, ut in ſubiecto, ſed ſubiectum eius eſt corpus quod eſt ſubſtantia, non quãtitas, ſed eſt in ſuperficie tãquã in loco, in quo apparet, & uidetur. unde bene dixit Ariſt. tantam albedinem dices, quãtam ſuperficiẽ uides. Poſtea arguit Monachus contra Auer. Color illuminatus mouet oculum in medio obſcuro, ergo requiritur lumen pro colore & non pro medio. Secũdo poſito colore in obſcuro, & medio illuminato, non uidetur color, ergo lumen non requiritur pro medio. Sed dicatis, ad primum, ꝙ color illuminatus habet lumen, quo medium diſponitur, ut intẽtiones in oculũ tranſeãt, ꝛ fiat uiſio, ut apparet de igne, qui in obſcuro uidetur, & de quercu putrida, ꝛ ſquamis piſcium, & de oculis catorum, qui lumine quodã diſpoſiti mediũ illuminãt, ut in nocte poſſint uenari: ꝛ oportuit quoq; Monachum concedere ipſi Auer. ad minus ſecũdum aliquã diſtantiam, medium prope colorem eẽ illuminatum. Ad ſcõm, cauſa quare nõ fit uiſio eſt, quia medium fortiter illuminatũ ꝑpe oculos, occultat imagines ab obiecto uenietes, nam obiectũ imagines multiplicat, & medium recipit, ſed ille diſſipantur, quia maiori lumine obfuſcatur minus, & hęc eſt cauſa, quare in die non uidemus ſtellas, quoniam licet intẽtiones ſuas in medium multiplicent, tamen in aere à ſole ualde illuminato perduntur, & diſſipantur.

Inquit Galenus ſcdo artis medicinæ.ibi { Quæ uero ad colores attinēt } Glauci oculi,qui pura humiditate magis ſplendentes ſunt alijs,glauci fiunt ob abundantiam ſplendidi luminis. ſed nigri ex cauſa cōtraria fiūt,mediæ uero inter nigros & glaucos,fiunt ex cauſis medijs:oculus fit glauc⁹,aut magnitudīe cryſtalloidis, aut ipſius ſplendore, aut præminentia eius exterius,aut paucitate albuginei humoris, & ipſius puritate. Si oēs hæ cauſæ conueniunt,oculus fit glauciſſimus,ſi autem adſint quædam ex eis,& q̄dam non,fiet glaucus magis, & minus,ſecūdum quod plures,uel pauciores cauſæ cōcurrerint.Oculus uero fit niger, ꝑpter unam ex cauſis contrarijs prædictis,aut ex penuria cryſtallini humoris,aut propter priuationem ſplendoris in eo, aut quia nimis intra profundatur,aut quia tenuis humor.ſ.albugineus eſt multus,aut quia non purus,qa turbidus, ſeu conturbatus,quæ oēs cauſæ ſi conuenerint, fit oculus nigerrimus,ſi uero quędam adſint,quædā nō,fiet plus, uel minus niger,ſecūdum cauſas plures, uel pauciores, ut dictum eſt de glauco.Sunt ergo glaucedinis cauſę ex parte cryſtallini tres, & ex parte albuginei duæ. Sic & cauſæ nigredinis, & ratio eſt, quia glaucedo in oculo fit ex multa illuſtratione,ſicut nigredo ex pauca,multa autem illuſtratio pendet à duobus, ab uno actiuæ.ſ.à cryſtallino,& ab alio receptiuæ,ſcilicet ab albugineo. Cryſtallinus aūt multum irradiat albugineū, aut quia eſt reſplendens perfecte,aut quia multę quantitatis,aut quia eſt propinqui ſitus ad exteria,ſed albugineus multum irradiatur,⁊ bene,uel quia paucus,uel quia purus. Dic ergo aut albugineus bene irradiatur ,& ſic oculus eſt glaucus,uel male irradiatur,& ſic eſt oculus niger, aut medio modo,& ſic eſt oculus medius.Hæc autem irradiatio fit ab extra,& etiam ab intra.Et ab intra,uel per modum irradiationis proprio lumine cryſtallini,

uel per modum reflectionis luminis exterioris ab ipſo cryſtallino cum tela aranea ſuper albugineo,cum ipſe cryſtallinus ſit corpus ad quod terminatur radius ab extra habens ſoliditaté,terſionem,& polituram.Intelli ge per glaucum colorem,illum,qui cornu lucido albo aſſimilatur.Sunt enim colores oculorum hominum in genere tres tantum,glaucus,ſeu ſubalbidus,niger,& medius.Et Ioannitius in Iſagogis dixit eſſe quatuor, nigros,ſubalbidos,qui ſunt ut extremi,ꝛ uarios,ꝛ glau cos,qui ſunt uelut medij,Sed per glaucũ intelligit ipſe illum,qui cornu ſubnigro eſt ſimilior.Monachus dicit per lumen,uult Galenus ut primo prognoſticorum cõ mento 26.irradiationem,quę penetrat ex pupilla oculi ad aerem extrinſecum.Sed dicendum, ꝙ per lumen in- telligit ſpiritum uiſibilem,Hic enim lucidus eſt per na- turam,eſt etiam cauſa glaucedinis,multitudo, & clari- tas ſpiritus uiſibilis,ut Ioannitius in Iſagogicis cap.19. & Auic.primo Canticorum textu cõ.53.& 55.& hanc innuit Gal.hic,quod non cognouit Auerroes dicens ibi,ꝙ iſtam cauſam neſcit ex ſermonibus Gal.Eſt etiam notãdũ diligenter,quomodo in pupilla exiſtit aqueus humor,id eſt,albugineus,Nam hoc oſtẽdit extenuatio oculi coram foramine pupillæ cum corrigatione qua dam morte propinquante, quæ procedit à reſolutio- ne dictę humiditatis,ꝛ ſpiritus uiſibilis,quibus pupilla implebatur.Ait etiam 10.de uſu part.cap.4.Ne per hoc foramen tangeret aliquando cornea tunica cryſtallinũ humorem,prouidit creator noſter.Quoniam ſimul plurimũ foras abduxit eius loci partem corneæ,ſimul autem humorem quendam ſubtilem,& purum , qualis in ouis reperitur,cryſtallino circunfundit præter hæc aereo ſpiritu,ꝛ ſplendido totam pupillę regioné imple uit.Et cap.5.inquit:manifeſtum eſt uniuerſam regioné antiquam,quæ eſt poſt cryſtalloidem humoré , ſpiritu

ſimul,& ſubtili humiditate ſemper impletam eſſe,uerū in alijs partibus humor, In ipſa uero maxime pupilla ſpiritus eſt plurimus.Dubitatur,quoniam nō uidetur cauſam coloris glauci,& nigri ſumptam à quantitate, diſtingui contra cauſam ſumptam à ſplendore: quoniam ad magnitudinem cryſtallini conſequitur, ꝙ ſit magis reſplendens proprio lumine,& ꝙ ſit magis irradians per reflectionē luminis exterioris,Nam magnus cryſtallinus eſt capax plurium radiorum,& per conſequens plus poteſt reflectere.Et quia irradiatio per reflectionem fit ſupra albugineum: ideo albugineus ex magno cryſtallino maiorem recipit irradiationem,& ſic oculus apparet glaucus,Et ex oppoſita cauſa ex paruo cryſtallino apparet niger.

Solutio,licet reſplendentia per reflectionem radiorum exterioris luminis ſequatur quantitatem cryſtallini,non tamen reſplendentia ex propria natura cryſtallini, licet cæteris paribus maior cryſtallinus magis reſplendeat.Dic ergo,Stat ꝙ a.cryſtallinus,minor.b.cryſtallino,ſit magis reſplendens ipſo.b.Et ſic patet,quare Gale.ponit tres cauſas glaucedinis ex parte cryſtallini. Sed Auic.tertia tertij,poſuit duas,quia per multā quātitatem cryſtallini intellexit duas cauſas,ſcilicet,multitudinem quantitatis,unde multum reflectit radios, & multitudinem quantitatis,unde multū reſplendet proprio lumine.Sic etiam Auerroes 4.coll'3.cap.3.in duas cauſas reducebat has tres.Dubitat Gentilis de cōtradictione,quæ uidetur in dictis Gale.quoniam 10.de uſu part.cap.6.cauſam glaucedinis ponit conſtrictionem, & exiccationem cryſtallini,quæ eſt paucitas, ubi dicit, affectus à medicis nominatus glaucoſis ſiccitas eſt, & coagulatio immoderata cryſtallini humoris.Et nō cognouit Gentilis, ꝙ loquiť Galenus nō de glaucedine, quæ eſt color,Sed de ægritudine,quæ à medicis nomi

Ignorātia Gentilis.

natur glaucoſis,quę ſiccittas eſt,& immoderata coagulatio cryſtallini humoris.

An oculus glaucus ſit perfectioris uiſus.ꝙ ſic,Nam bonitas uiſus,ſicut Auic.dicit,eſt uidere obiectū à longe & propinquo ſimul, & exacte illud ſecernere.Sed Gal.p̄ de ſymptomatum cauſis 2.cap.hoc attribuit multitudini,& claritati ſpiritus uiſibilis:ait enim,cui ſpiritus ſimul,& multus fuerit,& æthereus, is res quæ porro diſtant,etiam uidere, & exacte diſcernere poteſt.Cui uero paucus quidē fuerit, ſed purus, is ut res ꝓpinquas plane diſcernit,ita diſtātes haud quaquā uidet. quòd ſi forte fortuna & craſſior ſimul fuerit, & multus, res diſtantes uidet quidem,ſed non ad unguem diſcernit,quēadmodum cui humidior ſimul fuerit,⁊ exiguus,is neq; exacte,neq; porro uidere poteſt.ꝙ non,quia ſicut dicit Phs.5.de generatione aīalium ca.p. Nigri oculi melius uident in die,q̄ glauci,& in loco bene illuminato,⁊ in obſcuro melius glauci,q̄ nigri,& huius cām eſſe dicit, quòd glauci oculi propter paucitatem humidi multū peruij exiſtentes mouentur,⁊ alterantur magis à lumine & uiſibilibus propter ſimilitudinem,ex quo multū reſoluitur ſpiritus uiſiuus,è cōtra uero in oculo nigro non uehemens,ſed cōueniens ſit motus,niſi lumen fuerit extremaliter excellens. Auic.dicit,ꝙ oculus æqualis in complexione eſt perfectioris uiſus & licet medius ſit inter eſſe facile,& difficile mobile,& inter eſſe ſiccum,⁊ limpidum,& inter lædi & iuuari à calore,lędi & iuuari à frigore,non tamen medius eſt inter acute & obtuſe uidentem.& Monachus eum ſequens inquit,immediatius,& magis attribuendum eſſe acute uel non acute uidere naturę humidi mobilis à calore,& compoſitione totius oculi,q̄ naturæ ſpiritus in illo. oportet eni3 humidum cōmenſuratum eſſe, ut nec accidat nō moueri, nec magis q̄ ut deceat:nec ſolū natura humidi eſt cau-

ſa acuti,uel hebetis uiſus,ſed etiã natura pellis, quæ eſt ante pupillam.ſ.corneę.Hanc enim,ut dicit Phus,opor tet eſſe ſubtilem albam ⁊ æqualem,ſubtilem quidem,ut deforis factus,facile penetrare poſſit ad cryſtallinũ. Albam uero,propter nigram non eſſe diaphanam. Aequa lem uero,non ut obumbret,rugoſa exiſtens. & propter hoc ſenes nõ acute uident.quia fit in eis hæc pellis ſpiſſa & rugoſa,ſicut ⁊ totius corporis cutis.adhuc non ſolum humidi,atqꝫ pellis natura eſt cauſa acuti,uel hebetis uiſus,ſed etiam ipſius oculi ſitus:propter quod Phs 5.de generatione animalium.acute uidere dicitur dupliciter,unum qdem,quod de longe uidere poteſt, alterũ, quod poteſt differẽtias uiſibilium q̃ꝫ maxime diſcernere.Hi duo modi,ut dicit,non accidunt ſemper ſimul eidem,Idem enim hõ uidẽs per fiſtulã aliquã, ⁊ canalẽ lõgius uidebit,q̃ꝫ ſi non hoc modo ſpectet,ſed differẽtias colorum nõ magis, uel minus diſcernet, ſicut aliqui ex puteis uel foueis profundis uident aſtra.Et cauſa huius eſt,dicit,quia motus factus ã uiſibilibus nõ diſſoluitur in latum,ſed coadunatur in canalem,ideo fit fortior:& quando extra prominet oculus ualde diſgregat̃ à luce, ſed ſituatus in profundo non ſic ſpiritus uiſibilis in eo aggregatus,diſpergitur à luce.etiam quia parum ibi eſt medium illuminatum,dictum enim eſt, maius lumẽ obſcurare minus,& ita ſolem nobis lumen ſtellarũ occultare,quia nimis mediũ illuminat,& ideo, quia remiſſæ in puteo illuminatus eſt aer,aſtra uidentur,& hoc expe rientia comprobatur,nam cum uolumus aliquid intue ri uerſus ſolem,apponimus manũ ſuperciliis, ut aer ibi exiſtens prope oculos,nõ ita intenſe à ſole illuminetur. Quare dicendum,ꝙ cauſa de lõge uidendi, eſt poſitio oculi in profundo,eo ꝙ uidet ſicut ex canali, ſed cauſa bene diſcernendi eſt puritas, & diaphaneitas oculi,& cõmenſuratio humidi ad motum,qui deforis ex tempe-

ratura ipſius quātitate,& qualitate,q̄ omnia comitanē uirtutis informatiuæ fortitudinē, circa temperatā materiam operātis,Monachus dicit, ꝙ cauſa,quare qdam & præſertim ſenes literas cum ſibi appropinquant, nō uident, ſed tantum cum magis à ſe diſtant,eſt,quia debilis eſt eorum uiſus,propter humidi paucitatem,cuius cauſa fortiter mouetur á lumine,cum color in actu habens lumen ſibi cōnexum propinquus exiſtens nimis alteret.Sed conſiderandum,quia cum in maiori diſtantia amplior ſit quantitas luminis oculum irradiantis magis irradiabitur oculus longinqua, q̄ propinqua reſpiciendo.& per conſequens plus alterabitur.Et ideo uoluit Galenus,ꝙ oculus,cuius ſpiritus eſt groſſus, & multus,aptus ſit melius uidere remota, q̄ propinqua p̄.de ſymptomatū cauſis.Et ab Auic.tertia tertij, uidetur perſuaderi ſic, quia ſi ſpiritus uiſibilis multus & groſſus ſit,indiget,ſi debet clare uidere,ꝙ ſubtilietur,ꝛ reducetur ad quandā temperiem,quod ſit in uidendo longinquum, quia in uidendo longinquum mouetur à multa luce,& in hoc ſubtiliatur,ꝛ ęquatur.Et ab alijs ſic,quia ſpiritu groſſo, & multo exiſtente cauſatur in uiſu obūbratio quædam,quæ per fortem irradiationē tollitur.Item quia cū ſpiritu groſſo ſtat uaporū groſſorum commixtio,uiſum hebetantium,qui per fortē irradiationem oculi à longinquo aſpicientis,ſubtiliantur, & reſoluuntur. Et ſic patet cauſa quæſiti.31.problematum 25.problemate. Propter quod debiliter uidentiū, quædam reddunt obiecta oculis propinquiora, cū ea uolunt clare intueri,quidam uero elongant obiecta,ut patet in ſenibus plurimis. Quorum enim ſpiritus eſt groſſus elongat obiecta ab oculo,quorum uero ſubtilis,& paucus è conuerſo appropinquant.Sed dices, ſi ſpiritus groſſus inſpiciēdo longinqua ſubtiliatur, etiā poſt hāc inſpectionem deberet etiam bene uidere pro-

pinqua.Reſpondet Gentilis,ꝙ ęquatio illa, quæ fit in ſpiritu groſſo,cũ inſpicit longinqua eſt dependens ab actione lucis medię inter oculum,& uiſibile,cum ſpiritus uiſibilis ſit ſemper refluens ad oculum groſſus ueniens à cerebro.

Vtrum oculus de ſe lumen habeat. Auerroes in de ſenſu & ſenſato,dicit,quòd non, ſed intrat ipſum ab extrinſecis.Dicit enim,ꝙ ſi lumẽ eſſet in oculo ab ipſius natura, quòd tunc uideret in obſcuro.Et propter hoc dicit,ꝙ qui claudit oculos, & poſtea aperit, non uere uidet continuo,niſi poſtquam uiſus eius fuerit illuminatus,& quod iratus non uidet perfecte,quia obſcuratur oculus non recipiens illuminationẽ talem propter uaporem,qui excitatur in oculo à calore iræ.

Monachus tenet oppoſitum,quia dicit nos uidere in obſcuro quando nullum lumen progreditur in oculos,ſed quomodo hoc ſit, dictum eſt. Arguit ſecundo de quibuſdã animalib.quæ de nocte detegunt ſibi ipſis colorata,& uenantur ſibi cibũ.Et hoc cõceditur, quia datur oculus,qui in ſe lumen habet,& ad mediũ diffundit.Et forte Auer.non conceſſit illud uniuerſaliter de quocunq; oculo.Dicendũ ergo,ꝙ ſicut mediũ indiget lumine extrinſeco illuminante,ad hoc ut color imprimat,ita cornea indiget lumine extrinſeco, ut referat imagines in cryſtallinum.Et ſi dicas, ꝙ ſufficit lumen proprium ipſi corneæ: tunc referam cõtra Monachum quod ipſe contra Auerroeʒ arguit,2.artis medicinalis ſcilicet ꝙ color illuminatus imprimit intentionem in oculo poſito in obſcuro, ut ſic arguam. Color eſt debilioris potentiæ, quàm lumen. Ergo ſi color imprimit intentionem ſuam in oculo, à fortiori lumen ſuam imprimet, & ſic admittitur quædam irradiatio ab extra à lumine. Ocul⁹ in ſe lumẽ hẽt.

Vtrum oculus ſit coloratus,ꝙ ſic ex Gal.ut ſupra.

Et Auic.tertia tertij tractatu 2.Et 2.Alman.cap.de ſignis oculorum.Item author de iuuamētis membrorū 9 cap.4.Senſus luminoſus alterat à coloribus,& nulla res comprehēdit niſi ſuum ſimile.Item color eſt paſſio mixti:ergo omne mixtum eſt coloratum, patet antecedens,quia qualitates ſecundæ in mixtis ſunt,ad quas neceſſario ſequitur color.

Quod non dicendum, ut Auer.3.de anima.66.non enim recipere poſſet colorū intentiones,qui intus exiſtens prohibet extraneum Ariſtote.3.de anima.4. Ideo Auer.in de ſenſu & ſenſato. Proprium eſt omnibus inſtrumentis ſenſuum,ꝙ nihil habeant in actu ex eis quæ comprehendunt,præter inſtrumentum tactus,qui componitur ex qualitatibus quas cōprehēdit. Dicatis ergo, ꝙ in oculo non ſunt colores.ſed apparentes,quēadmodum de iride dicimus,quæ apparet colorata, ⁊ de aqua & igne.Et quēadmodū apparēt res uirides,quæ ſubiiciuntur,uel opponuntur nubibus,quæ trāſeunt per loca uiridia,ut Auer.in de ſenſu & ſenſato,&.3.colliget cap. 38.&.2.de anima cōmen.67.Poteſt tamen concedi,quātum ad aliquas partes, oculum eſſe uere coloratum,ut quātum ad tunicam coniunctiuam,⁊ uueam in quibus ſpecies uiſibilium non recipiuntur,ſed quātum ad corneam,& humorem albugineū,araneam,& cryſtallinuꝫ, uidetur coloratus ꝓpter reflectionem radiorum à corpore uere colorato.ſ.ab uuea. ad id de iuuamentis mēbrorum,uiſus eſt coloris,ſicut cuiuſdam lucis, & ideo oportuit oculum eſſe parūper luminoſum,quoꝝ enim maior eſt ſimilitudo,facilior eſt unius in alteꝝ trāſmutatio. Ad aliud dic,ꝙ ad qualitates refractas,conſequiť color uel priuatio coloris,& quòd color nō eſt paſſio mixti,ſed color,uel coloris priuatio.

Oculū eſſe coloratuꝫ ſm aliquas partes.

Et dicit Gale.ꝙ tenuis humor.i.albugineus,quanto magis accedit ad naturam aquæ,& ſuperabundat,ocu-

lum eſſe humidiorem oſtendit.& ſi craſſior,& minus in quãtitate,& glaucedo oſtendit,oculum eſſe ſicciorẽ ſignificat.Cõplexio enim omnis mẽbri organici diſponitur ſecũdum naturã ſimplicium componẽtium ipm, ſed ſi cryſtallinus fuerit durior,& ſupple ſplendidior,ꝙ oſtendit glaucedo,facit oculum ſicciorem,ſi uero mollior,& minus reſplendens,ꝙ oſtendit nigredo, facit humidiorem,quãtum ab ipſo eſt. Simili modo,ſi excedat plus modico albugineũ,hoc eſt,ſi maior ſit, q̃ debeat, reſpectu illius, operatur ſicciorem.ſi uero deficiat.i.ſit minoris quãtitatis ,q̃ debeat reſpectu albuginei,efficit humidiorem.Sed quæritur. unde eſt ꝙ omne unum uiſibile non uidetur duplex,cum formatio eius fiat in duplici oculo.Reſpondet Monachus.2.artis medicinalis: quia ꝑfectio uiſus non eſt in cryſtallino utriuſq; oculi: ſed in angulo pyramidalis,ubi ſe cancellant nerui optici qui ferunt ad oculos uirtutem ſenſus uiſus: ibi enim uniuntur formæ uiſibiles,quę in cryſtallino utriuſque oculi fuerunt formatę,relatæ ad id illum angulum per ſpiritum uiſibilem.Et Gal.dixit.10.de uſu partium cap. 14.quod ꝓpter duo natura fecit,ut hi duo nerui ſe cruciarẽt.Primo ne unum appareant duo.Secundo ut lęſo oculo uno & clauſo poſſint ſpiritus uiſiui ad alterum trãſire.Et ideo experiẽtia uidemus,ꝙ clauſo uno oculo pupilla alterius dilatatur: qm̃ ſpiritus uiſiui alterius tẽdunt ad ipſum,& magis uidet q̃ prius .

De cordis temperamento. Cap.31.

DICAMVS ſecũdo de cordis temperamento.Cerebrum enim apud Galenum eſt nobilius inter membra noſtri corporis,& non cor.Intellectum enim ſeu animam rationalem dixit Gal.in cerebro habitare,9.de uſu part.cap.4.Sed apud Ariſtotelem eſſet

Aīaʒ rõnalẽ ĩ cerebro habitare.

ordo iſte poſitionis membrorum,nõ nobilitaits,quia à corde eſſet incipiendum, & non à cerebro.Dicturus ergo Gal.2.artis medicinalis ſigna cordis calidioris, frigidioris,humidioris,& ſiccioris,prædocet ad quid intelligatur fieri comparatio,cũ dicitur cor frigidius, aut calidius.Similiter cerebrum,hepar,aut quodcunq; aliud membrum,dicens,ꝙ cum dicimus,membrum ali quod calidius,aut frigidius,ſiccius,aut humidius,non dicimus hoc niſi in cõparatione ad mẽbrũ temperatũ ſui generis,ꝛ non ad aliud mẽbrum,ut cũ dicimus, cor eẽ calı̃m,hoc dicimus in cõparatiõe ad cor tẽperatũ, tẽperamento qđ ſibi debetur, & non in cõparatione ad cerebrum,Nam ſi cum dicitur.Aliquod membrum calidius, fieret comparatio ad aliud in ſpecie diuerſum, Comparatio falſa eſſet,Cor enim quod ad eius fieri po teſt factum frigidum,non poteſt dici frigidius cerebro, etiam calidiſſimo in ſua ſpecie,immo nõ poteſt dici fri gidius ulla parte corporis,quãtumuis calida in ſua ſpe cie,eo ꝙ ipſum eſt ſemper calidius,quod eſt in corpore.Ideo 6.de uſu part.cap.7.inquit.Innatæ caliditatis qua diſpenſatur,& gubernatur animal,uelut fomes qui dam, & fons eſt cor.Et in libello de natura humana cap.8.Cor eſt ſpiritualium membrorũ principaliſſimũ, & naturalis caloris fundamentum, & omnibus membris corporis calidius, quia inde calor naturalis ad omnia membra uiuificanda procedit.Et primo de tem peramentis cap.ult.Cor omnium animalis particularũ maxime ſanguineum,ꝛ calidiſſimum eſt,Et 2.cap.3.Cor calidius eſt omnibus plane corporis particulis, quod etiam ſenſu clare deprehendas licet,in pectoris animalis diſſectione,ſi digitum in ſiniſtrum eius ſinum immi ſeris,inuenies enim hunc locum omnium, quæ in animali ſunt non paulo calidiſſimum.Et de pulſuum uſu. Calor,qui cordi naturalis,non ſimilis eſt ei,qui cæte-

ris partibus,cum id feruere ſemper ſit opus.Et parum infra.Si corde iam refrigerato,& ꝓpterea animali iam mortuo,uelis alterutro uentriculorum eius adaperto & præcipue ſiniſtro digitum in eo ſtatim mittrere,magnum inibi calorem deprehendes, longeq́; maiorem, q̃ in alijs ſit partibus,dummodo pro naturę modo ſe habeant.Idem de inæquali intemperie.Et Auer.2.coll'ꝫ inquit:Et dicimus,ꝙ cor poſtq̃ eſt cópoſitũ ex panniculis,& ligamentis,& neruis,eſt de neceſſitate calidum propter ſpiritum exiſtentem in eo,& propter ſanguinẽ, & etiã partem carnoſam habet,& ſtat in corpore ad ſimilitudinẽ uni⁹ clibani,ut ignis ĩ domo.Et dixit Auic. prima primi,quod in corpore calidius eſt,eſt ſpiritus & cor,à quo ipſe ſpiritus procedit,de ſpiritu uitali intellexit,nõ de animali,nec de naturali.Spiritus uitalis, aliquis eſt à corde tranſmiſſus ad membra,& ab illis alteratus,aliquis eſt in corde reſeruatus, qui ſm partẽ, eſt in poroſitatibus cordis,ſibi appropriatus, ad propria opera exercenda,& ſm partẽ ſub forma communi permanens,aptus à corde ad alia membra pelli.Et de iſto maxime intellexit.Eſt autem hic ſpiritus corde calidior,quia aereæ ſubſtantiæ eſt, & cor terreſtris, Cum enim delator ſit uirtutum,oportet ipſum eſſe ſubtilem, & mobilem.Ideo Gal.de inæquali intemperie, promptus ad alterandum ſpiritus eſt ex tenuiſſimis conſtans partibus.Et 3.de potẽtijs naturalibus circa finẽ.Leuiſſimus inter omnia,quæ ſunt in corpore, primũ quidem eſt ſpiritus,ſecũdo uapor,& poſt hunc tertio,quicquid ſanguinis eſt exquiſite elaboratũ,atqꝫ attenuatũ.

Diſtinctio de ſpiritu uitali.

Spũs calidior corde.

Sed dices,Author de iuuamentis membrorũ 7.cap. ult.dicit,ꝙ ſpiritus,per quem eſt uita,eſt uapor ſanguinis tẽperatus.Item ſpiritus generatur ex uapore humorum prima primi doc.6.cap.4.Talis autem eſt aqueæ ſubſtantiæ,cuius rei ſignum eſt, ꝙ uapor ſanguinis in

alembico poſiti conuertitur in aquam.Item ſpiritus ca pit eſſe,& complexionem à corde.Ergo nō eſt in eo calidior,patet conſequentia,quia nihil agit ultra propriū gradum.

Dicunt ad primum, ꝙ ſpiritus eſt temperatus temperamento iuſtitiali, quia temperamento pro operationibus.Calor namq; innatus,& ſpiritus cum comparatur ad medium generis,ſcilicet,ad cutim,ſiue ad æqua le,ad pondus,eſt calidius in corpore noſtro,ſed comparando ipſum ad operationes,quas efficit cum eo ani ma,eſt temperatæ complexionis.

Sed Gal.prima aphor.in cō.aphor.Qui creſcūt plurimum habent calidi innati,comparans calorem ſanorum ad calorem febricitantium dicit:Bene enim temperata eſt caloris innati ſubſtantia,ignea autem aduenticij,Et qui caloris aduenticij ſunt, per totum corpus effluxus,fumei, fuliginoſi,aridiq; & acres.Contra ſuaues,& bene temperati,caloris natiui,nam ſanorū calor uaporoſus eſt,atq; ſuauis,& tactu conueniens nihil triſte,nihil mordax per ſe ferens,Eorum uero qui febricitant,acris eſt,& inſuauis,ac mordax,& noſtrum corrodens tactū.Et de cauſis pulſuum lib.3.dicit.Neq; Hippocrates abſolute dixit:Quæ augentur,plurimum habēt calidi,ſed innati addidit,ut qui alterum ſciret,calidum acquiſitiuum eſſe,quod plurimum iuuenibus ſuppeditat.Nam temperatus eſt natiuus calor,acquiſitiuus autem intemperatus,& quaſi igneus eſt.Sic etiā uentres(inquit)hyeme & uere calidiſſimi natura ſunt,Immo ne hi quidem calidiſſimi abſolute,ſed calore natiuo æſtate pauciſſimum hunc habent,Abundant uero aduentitio calore,& ſqualido,unde marceſcit potius, q̄ nutritur corpus.Et 9.de Hipp.& Plat.placitis dicit.Sed inſitus calor temperatus eſt,ſubſtantia quidem in ſanguine,& pituita conſiſtens potiſſimum,qualitate autem mixtus

temperate

tẽperate ex caliditate,& frigiditate. Tutius igit Hippo. dixit: Qui creſcunt,plurimum innati caloris obtinẽt. itaq; plurimo cibo indigẽt,alioquin corpus abſumit. Senibus uero parum caloris ineſt,& ob eã rem paucis egẽt fomitibus,quippe quia multis oppreſſi extinguantur.Hinc & febres non æque acutæ ſenibus accidunt, corpus enim eorum frigidum eſt. Hac igitur ratione etiam in lib.de natura hominis,prima ætate hominem calidiſſimum eſſe ſui ratione retulit,ſicuti frigidiſſimũ in extrema ſenectute,nõ ſimpliciter calidiſſimum, quẽadmodum ardentibus febribus,ſed inſito calore calidiſſimum eſſe, diximus puerulũ ſubſtantia nuper natũ. Dicatis ergo,ꝙ eſt diſtinctio inter calorẽ,qui eſt qualitas & calorẽ,qui eſt corpus calidũ.Eſt aũt ſpiritus corpus calidę,& humidę naturę.Ideo ipſum uocat Ariſt. 2.de generatiõe animaliũ,aerẽ calidũ,⁊ eſt ſubtile, quia aliter nõ eſſet corpus facile mobile ẜ3 animę appetitũ. Et de ſecundo calore,qui eſt mitis & ſuauis loquẽs Philoſophus.2.de partibus animalium dicit hominem eſſe calidiſſimum ⁊ humidiſſimum omnium animalium,& non de primo,pro qualitate, cum homo ſit tẽperatiſſimus omnium brutorũ.Et ideo dicebat, ꝙ homo habet cor & pulmonem plurimo ſanguine abundantem: ſed Galenus de primo intelligit.2.de temperamentis cap.p̊ ubi dicit ꝙ leo eſt calidiſſimus omnium animalium.i. intenſiue & quo ad calorem qui eſt qualitas. Diſtinguitur etiã calor de ſpirãdi difficultate libro p̊. Alter corpori familiaris,& congenitus eſt. Alter aduentitius, & nothus: & calor ſeu ſpiritus innatus ex elntorũ cõmixtione generatur,& de fluenti dicitur.7.de iuuamentis membrorum,ꝙ eſt uapor ſanguinis temperatus,ſeu ſubſtantia ſubtilis ex humorum uaporibus,uel eorum ſubtilitate genita,cuius cor extat principium,ſed Haly opinio fuit,ut patet.3.artis medicinalis cõm.15.ꝙ ſpiritus,

& calor innatus,ſunt duo uapores naturales in corpore,corpa uidelicet aerea,ſubtilia,inter quos exiſtit differentia,eo ꝙ ſpiritus ſubtilior eſt calore innato,& calor innatus groſſior,& pluris humiditatis. Contrarium tenet Gale.ut patet.5.ſimp.cap.8.cum inquit:ſed ſunt qui id ignorant,& cum hoc ꝙ ignorent,Hippoc.inſuper accuſare non uerentur,ꝙ dixerit,creſcentia habere plurimum caloris innati, ſed nos dicta eius haud perperam capere oportet,ac agnoſcere,innatum dixiſſe calorem, quæ in quoq; aiantium,ſpiritum nominamus. Et nihil ꝓhibet,inquit Galenus,ut per calidum innatum intelligamus ſanguineam ſubſtãtiam & aereã,unà cũ ſpiritu: & hæc ſubſtantia dicit Hippoc.in de formatione fœtus eſt ſanguis & ſemen.Ideo dicebat,ſi uideres conceptum ſeptem dierũ eſt totus ſanguis & ſemen,& eſt ſicuti ouũ ſine cortice in quo eſt albumen, & uitellus in medio albuminis:uitellus enim proportionatur ſanguini, & albumen ſpermati.Ideo pueri nuper nati:quia plurimum habent de iſta ſubſtantia,ſunt rubei & molles,poſtea cõtinue exiccantur & fiunt albi & ſicci.Et ideo loquendo de iſta ſubſtantia humida ſpirituoſa,dixit Hippoc.q creſcunt,plurimum habent calidi innati etc̃. Quia nõ ita reſoluta eſt hæc ſubſtantia in pueris,ſicuti in cõſiſtentibus.ergo ipſi plurimo indigent inſtrumẽto. Ad ſcd̃m, uapor humorum,ex quo fiunt ſpiritus, non eſt aqueus, ſed aereus.Et Gale.dicens prima aphor. loco allegato, ꝙ caloris innati ſubſtantia eſt aerea,& aquea,non de calore,ſed de ſubſtantia,ſeu ſubiecto eius intelligit. Hæc enim ut inquit,ꝙ aerea,& aquea ſit,ex ſemine licet coniecturari,quòd paucam omnino terrenam ſubſtantiam participat,plurimũ aeris calidi & humidi in ſeipſo continens, quemadmodum in Cõmentariis noſtris de ſemine oſtendimus.

Ad tertium,in corde eſt ſpiritus complantatus aquę

calidus,aut calidior fluente,per quem cor generat ſpiri tus fluentes.Eſt ergo ſpiritus humidus,quia mixtum im perfectú aereum,ꝛ humidior carne & ſanguine.Voluit Auerroes.2.colliget.2.dicens: Membra ſuper quæ dominatur calor,& humiditas,ſunt caro & ſanguis ꝛ ſpiritus,ſed calidius omnibus eſt ſpiritus,& poſt illum eſt ſanguis,& poſt illum caro, & per iſtã eandem uiam incedunt in humiditate,ideo quod ſpiritus eſt de genere aeris, & aer eſt humidior aqua, ſicut declaratum eſt in naturali philoſophia.

Dicatis tamen,ꝙ cor ex parte materiæ,unde fit,paucam habet caliditatem,nam ſecũdum Ariſto.13.de animalibus.Materia creatiõis cordis eſt ex uenis,ꝛ eſt una partium uenarum.Et ſecũdum Gal.6.de uſu partiũ cap. 8.eſt caro dura ex uillis multiformibus conſiſtens, ſeu caro dura fibroſa,ut.7.de anatomicis adminiſtrationibus.Et uidetur ſimilis eius complexio ſm materiam cõ plexioni carnis muſculi.Vnde Auic.11.tertij cap.p̃:errauit,qui exiſtimauit,ꝙ cor ſit lacertus,quãuis ſit ſimillimus rerum cum eo.Item uerſus radiceꝫ cordis,eſt res unà ſimilis chartilagini, quaſi fundamẽtum totius cordis,ut Auer.p̃ colliget cap.24.& ex parte huius plus habet frigiditatis,q̃ꝫ caliditatis.Item cor groſſo ꝛ quodã modo melãcholico ſanguine nutritur,& ſubtilem ſanguinem pulmoniq; mittit,ut.6.de uſu part.cap.17.&.7. de iuuamentis membrorum.cap.ult.

Etiam cor humidum eſt,& ſiccum, humidum ex pte ſpirituũ,& ſanguinis,ꝛ aeris,qui in eo abundant.Et ſiccum eſt,quia caro eius dura eſt,denſa,grauis,terreſtris, & uilli eius diffuſi per totam eius ſubſtantiam,& cartilago in medio eius poſita, ſunt ſicca. Multo minus tñ recedit cor à temperamento cutis per ſiccum, q̃ꝫ per calidum,quia fortiora ſunt promouentia eius caliditatẽ, q̃ꝫ ſiccitatem.etiam potentiora ſunt humiditatem eius

promouentia,q̃ ſiccitatem,ut carnoſitas, ſpiritus,ſanguis,aquoſitas caſulæ, pinguedo &c̃. In compoſitione etiam cordis partes neruoſę ligamentales &c̃.non ſunt parti carnoſe dominantes,ſed ſubdominantes.Ex qbus patet,quare dixit Gal.ꝑ de temperamentis cap.ult.,Cor paulo minus,q̃ cutis,eſt durum,iecur multo.Itaq; etiã humidius q̃ cutis cor eſt, quanto ſcilicet eſt mollius. Et libro.2.cap.3.dixit carnem cordis eſſe ſiccã:quia cõparando carnes inter ſe,caro cordis eſt minus humida aliis.Galenus enim quãlibet carnẽ in genere poſuit eſſe humidiorem cute:ſcd̃m enim ipſum membrorum complexiones graduari debent ſ̃m complexionem innatã; per influentem actuatam:quoniam hæc eſt, quæ tactui occurrit.Et ſic in errore fuit Auic.dicens carnẽ cordis eſſe cute ſicciorem.Dicatis etiam naturã circa cor pinguedinem,& in eius caſula aquoſitatem ordinaſſe ad ꝓhibendum lapſus eius ad ſiccam,in quã propter motuſ & inflãmationem prõptum eſt labi, quãuis ſit cõplexionis humidæ. Ideo Auic. ſecũda primi doct.3.cap.de ſignis complexionum.Super cor non eſt plus pinguedinis,q̃ ſuper hepar,propter complexionẽ,& formã, ſeu calorem eius,qa diminutio pinguedinis,& adipis ſemp ſignificant caliditatem, quia ſanguinis unctuoſitas eſt eorum cauſa materialis,& frigiditas cauſa efficiens, ſed propter materiam pinguedinis,quã natura mittit illis abundantius propter curam naturæ pendentem à materia illi ſimili.ſ.ut pinguedo ſupra cor exiſtens prohibeat ipm̃ à nimia deſiccatione ex aſſiduis eius motibus ſicut natura iuncturis tranſmittit phlegma ſimili pinguedini,ne nimium ſiccetur,& uehementia,uel aſſiduatione motuum.

Inquit Gal.2.artis medicinalis, ſigna inſeparabilia, & propria cordis calidioris corde temperato, tẽperamento quod ſibi debetur,reſpectu ſui operis,ſunt ma-

gnitudo reſpirationis, pulſus uelocitas, & frequentia audacia,& naturæ prompta ad actiones,& motus. Etſi caliditas eius ſit plurimum excedens temperamentum, tunc ſigna illius ſunt furor,ſeu furibunda iracundia,& temeritas.Intelligit per reſpirationem.anhelitum,mo. tum pulmonis,& pectoris,qui conficitur dilatatione, ad quam ſequitur aeris inſpiratio, & depreſſione ad quam ſequitur ipſius expiratio. Inquit enim in libello de cauſis reſpirationis, Reſpirationis duæ ſunt partes propriæ,inſpiratio uidelicet,& reſpiratio, & duæ aliæ ſm accidens, quæ ſunt inter ipſas quietes.Idem & primo de difficultate ſpirandi in principio,& poſt principium.Et dixit 13.de uſu partiũ capite 10.Reſpirationis organum eſt thorax,ſicut & contentus in eo pulmo.Et ſecundo de ſanitate tuenda quaſi in fine.Reſpirationes maxime thoracis & pulmonis exercitationes ſunt.Et ſexto de uſu partium capite nono.Dexter uentriculus cordis gratia pulmonis factus eſt,Pulmo autem ipſe reſpirationis,& uocis eſt organum.Et de utilitate reſpirationis capite quinto iquit,ut pulmo moueretur,pectore eguit.Et propter hoc ut cordi quidem coniunctus pulmo primum eſt reſpirationis organum, ut autem à thorace motus ſm.Sed Ariſtoteles reſpirationẽ uocat tantum aeris ingreſſum.Huius autem reſpirationis magnitudo ſemper,& in omnibus comitatur exceſſum caloris in pulmone ad ipſum à corde redundãtis:Quinto enim interiorum capite ſcđo,calore augmẽtato in corde mutatur anhelitus in magnum & ſpiſſum, & uelocem,Et aer cũ in ſufflatione egrediens calidus eſt.Ideo cum fuerit calor intenſus altior erit ipſius calidi tumefactio,propter quã & maior eleuatio pulmonis, & pluris aeris ad refrigerationẽ ipſum ſubintratio.Per pulſum intellige motum cordis, & arteriarum ex diaſtole & ſyſtole,id eſt,dilatatione & conſtrictione compoſitũ,

Eſt autē pulſus, aut magnus, aut paruus, aut mediocris, inter magnū & paruū, aut celer, ſeu uelox, aut tardus, aut medius, aut frequens, ſeu creber, aut rarus, aut medius inter rarum, & frequentem Magnitudo pulſus ſumitur penes quantitatem trium diametrorum, longitudinis, latitudinis, & profunditatis, ut pulſus dicitur abſolute magnus reſpectu tēperati, cuius arteria ſm omnem diametrum amplius dilatatur, quàm arteria temperati, è conuerſo uero dicitur paruus. Sed ſi ſm unam uel duas dimenſiones tantum excederet temperatum, uel ab eo excederetur, diceretur magnus, uel paruus, nō abſolute, ſed ſm quid. Velox pulſus dicitur, quando uterq; motus ex quibus pulſus cōponitur in breui tempore perficitur. Et tardus, cum in longiori, frequens, ſiue ſpiſſus, cum mora intercedens motibus fuerit breuis, Et cum longa fuerit, dicitur rarus. Ita inquit primo de differentijs febrium. Celer pulſus eſt, qui cū modico tempore arteria diſtenditur, ſit creber, qui quando paruo interpoſito interuallo. Tardus cū longo tempore arteria diſtenditur. Rarus cū interpoſito longo interuallo Medius uelocis, & tardi, qui cum moderato tempore diſtenditur arteria ſit, Medius crebri & rari, qui ſit cum moderato interpoſito tempore, arteria diſtendit. Oportet enim ut ſcias, quid ſit pulſus medius inter magnum & paruum, inter uelocem, & tardum, frequentē & rarum, qui cordis temperantiam conſequitur, ſi uis ex hoc, cor calidius temperato dignoſcere.

Quid pulſus celer & qd creber.

Aliqui dicūt, ꝙ Gal. de magnitudine pulſus nullam fecit mentionem, quia eam dedit intelligi, per magnitudinem anhelitus, eo ꝙ anhelitus currit curſu pulſus, ut in de pulſuū uſu circa principium. Et decima tertij tractatu primo cap. de ſermone uniuerſali anhelitus, dicit Haly tacuit de magnitudine, quia per ueločē, & ſpiſſum ſubintelligit magnum, quia uelocitatem, & frequentiā

pulſus,præcedit magnitudo.Sed dices,ſtat cor eſſe calidum,& pulſum eſſe uelocem,ſeu frequentem,& nõ magnum,quia in magno obedientia inſtrumenti requiritur,& non in ueloci, & frequenti.Nam ſecunda primi ſumma de pulſibus capit.6.Si neceſſitas euentationis caloris multa fuerit,& uirtus pulſatilis fortis,⁊ inſtrumẽtum inobediens propter ſuam duritiem, pulſus uelox fiet.Secundo ad magnitudinem dilatationis, ſequitur ingreſſus multi aeris,ad multitudinem aeris ingredientis,ſeqtur multa feruoris obtuſio.Ergo magno exiſtẽte pulſu non poterit eſſe uelox,& frequens.Dicunt ad primum,Non poteſt perduci inſtrumentum ad duriciem impedientẽ magnitudinem,niſi receſſus fuerit innaturalis.Contra in magno receſſu, & naturali poteſt, de quo etiam uidetur Galenus intelligere,dicens:Si uero cor ad plurimũ ueniat caliditatis.Dicunt alij,ꝙ intelliguntur illa ſigna inſeparabilia, niſi fuerit prohibens ex parte eſſentialiũ cauſarum pulſus.Sed dicamus nos,ſm ipſum primo de cauſis pulſuum, quòd non neceſſario ſequuntur abundantiam caloris cordis,pulſus magnus uelox,& frequens.Et per proprium ſignum hic non intelligit,ꝙ omni,& ſemper ineſt,ut Monachus exponit, ſed ꝓpria dixit,quia præcipue,⁊ ſpecialiter cordis caliditatẽ ſignificant,Sequitur enim,Pulſus magnus,celer, aut creber,Ergo cor calidum,ſed non ẽ conuerſo,Cor calidũ eſt, ergo pulſus magnus.Et ideo illi eſſe peculiares dixit Gal.& familiares,ſed ut pulſus uelox, uel magnus fiat,requirũtur uirtutis fortitudo,copia caloris, inſtrumenti mollitudo.Hæc enim celeritatis,& magnitudinis ſunt cauſæ.Et de frequenti dicit,ꝙ nulli horum neceſſario adhæret,ſed magis propria eſt,imbecillitati facultatis,copiæ caloris, duritiei inſtrumentorum.Ita inquit cap.primo de cauſa ex inſtrumentis.Celeritas robori facultatis peculiaris eſt, & caloris abundantiæ,

Quæ cã[sae] celeritatis ⁊ magnit[u]dis pulſus

prætere a mollitudini inſtrumentorum. Tarditas cótra rijs, Eodem modo ualidę facultati, magnitudo, & copię caloris, tum etiam mollibus inſtrumétis eſt familiaris. paruitas uero contrarijs. Crebritas item nulli neceſſario de commemoratis adhæret, magis tamen propria, facultatis eſt imbecillitati, copię caloris, duritiei inſtrumentorum. Et raritas item magis ad contraria ſpectat, non annexa illis eſt perpetuo tamen. Et parum poſt ait. Peculiares dixi eſſe pulſus, copioſo calori, magnú, celerem, crebrumq;, non tamé ut comitetur ei neceſſe eſſe. Poſtulant enim, ut tales euadant facultatem ualidam, atq; inſtrumenta mollia. Sed ſi infirma facultas, aut durum ſit inſtrumentú, neq; magni eſſe, neq; celeres poſſunt. Quare ut celer pulſus, uel magnus fiat, tria oportet cauſarum genera inter ſe conſpirent, ut uſus illorum generationis urgeat, facultas ualida ſit. mollesq; arteriarum tunicæ, aut certe non rigidæ. Et poſtea in fine capitis ait, Declarauimus enim, abundantiam caloris nullum conſequi neceſſario pulſum magnum, celerem, crebru;, ſed peculiares eſſe illi, in primis magnú, & celerem, & nonnúquá crebrum etiam, ſed caſu. Vult autem Auic. loco allegato, ꝙ ſi neceſſitas euentationis caloris cordis plurima fuerit, & uirtus pulſatilis fuerit fortis, & non fuerit mollitudo inſtrumenti requiſita ꝓ magnitudine pulſus, ſeu inſtrumentum propter eius duritiem fuerit inobediens magnitudini, ita ut non poſſit magnitudiné efficere, neceſſario fiet pulſus uelox, ut ſua uelocitate ſuppleat magnitudinis defectum, ꝓpter ſuaſ náq; uelocitaté ferè bis pulſat tépore, quo magnus pulſat unica uice, & tantum aeris attrahit ad refrigeriú caloris pulſus uelox, quátum magnus in ęquali tempore. Hæc ipſa ſententia habetur à Gale. loco allegato, ita dicente: neq; ubi liberaliter caloré magnitudo diſtenſionis refrigerat, irritat celeritatem, neq; crebritatem, ubi

ab ambabus auxilium conſequitur. Alterius enim illa rum ſemper defectus corrigit altera, magnitudinis cele ritate, celeritatis crebritate Et ſic, ut uid's, nõ uult Aui. ꝙ in ueloci pulſu inſtrumentũ ſit durum, & inobediẽs, ut nõnulli credunt, ſed ſicut in magno inſtrumentũ eſt molle, ita & in ueloci, licet non tanta requirať mollitu do inſtrumenti in ueloci, quanta requiritur in magno, ut ex Gal. habes loco allegato, cap. de pulſuum cauſis ex differentijs inſtrumentorum. Dic ad ſecundũ, ꝙ ingreſ ſus aeris ꝓportionatur dilatationi, ⁊ dilatatio feruori, & feruor calori, & ſic non eſt maior feruoris obtuſio, ꝗ̄ ſibi conueniat. Per audaciam intellige habitũ natu ralem, cui timiditas opponitur, & per furibundã iracũ diam, iram fortem, & impetuoſam, qualis eſt, quæ Ma niaci, iraſcibilitas enim comitatur oẽm exceſſuꝫ calidi tatis cordis, ſed furor ſolum eum qui multus eſt.

De anhelitu tenet Galenus, & communis medicorũ ſchola, ꝙ eſt motus uoluntarius. quia pro libito uolun tatis poteſt permutari à curſu ſuo naturali, puta retinẽ ri, uel retardari, uel accelerari. Et ideo natura ſtatuit hunc motum per muſculos fieri, qui ſunt inſtrumenta uoluntarij motus, ut per diaphragma, quod ſeparat in feriora membra à ſuperioribus alligatur ſpondili 12. à poſteriori, ab anteriori cũ chartilaginibus coſtaruꝫ, & eius pars media, quæ nerũoſa eſt, & panniculoſa, liga tur cum pulmone, ut moueat ipm motu anhelitus me diantibus neruis, ad ipſum à cerebro aut nucha uenien tibus, ut dicit Galenus in libel. de uoce & anhelitu, tra ctatu primo.

De motu uero pulſus dicunt, ꝙ eſt pure naturalis, & non uoluntarius, quia nec mutatur, nec regulatur uolũ tate noſtra, neqꝫ fit per muſculos aut neruos motiuos. Inquit Gale. in libello de motibus liqdis, diſcordes fue rũt Medici in motu anhelitus, an ſit ex lacertis, ut ſunt

An pulſ[...] ſit mot' [...] re nãlis.

alij motus uolũtarii,aut aliter.Et quidam iudicauerũt ꝙ actio naturalis eſt,ſicut pulſus arteriarum,& cordis? Alii ṽo iudicauerunt actionẽ eſſe uoluntariã.Alii quidem,ꝙ ſit actio compoſita.& in libello de uoce & anhelitu dicit,quidam putauerunt,ꝙ actio anhelitus eſt naturalis,cum fiat in ſomno,& uigilia ęq̃liter, & ſine uoluntate. Alii dicunt ipſum eſſe uoluntarium, quoniam qñ uolumus, anhelamus, & qñ uolumus retinemus,& hoc eſt uerum ſecũdũ nos,ut patet in noſtra anatomia. Alii dicunt,ꝙ eſt medius inter uoluntatem, & naturã. ꝛ in primo de muſculorum motu circa principium ait: motus qui ex arteria,& uena procedunt naturales ſunt & uoluntatis expertes, qui autem à muſculis animales, & uoluntarii,ſiue autẽ conſulto dicas, muſculorũ fieri motus,ſiue ſpõtaneos,aut cum uoluntate, nihil refert. Et lib.2.inquit,ſi q̃ fiunt,ſedare poſſes cum uelis, ꝛ quæ non fiunt ſimiliter facere,hæc ſecundũ motum uoluntarium eſſe dico. Si præterea & ut citius, aut tardius ea fiant,& crebrius,& rarius poteſtatẽ habeas,non 'ne oĩbus modis manifeſtum eſt opus ſeruire p̃electioni? Arteriæ igitur motũ & cordis,neqꝫ ſedare, neqꝫ excitare, neqꝫ crebriorem,neqꝫ rariorem,neqꝫ tardiorem, neqꝫ uelociorem electio facere poteſt.Iccirco ne animæ quidem opera plane huiuſcemodi eſſe dicunt, ſed nãæ exiſtere,motum auteꝫ crurium ad hæc omnia ratio aptat, nam & ſedare dum fit,& rurſus excitare quieſcentem,ꝛ uelociorem,& tardiorem efficere poteſt. Hæc eadem & circa reſpirationis motum fiunt.

Monachus ſequens Ariſtotelem tenet, ꝙ motus ſit naturalis à ſanguinis ebullitione.Et dicit,ꝙ quãuis calidum intumeſcens,& ipſum frigiditatum detumeſcens ſit principalis cauſa anhelitus,tamẽ huic motui pulmonis eſt cõiunctus motus pectoris,& diaphragmatis uoluntarius,ut motus anhelitus ſit cõmixtus ex naturali,

& uoluntario,non ſimpliciter uoluntario,cum uoluntas non poteſt ipſum,nec immutare,nec prohibere ſimpliciter, ſicut poteſt reliquos uoluntarios motus, ſed ut nunc tantum.

Auerroes 2.coll'3.cap.19.tenet motū anhelitus eſſe compoſitum ex naturali, & uoluntario,quia ex motu pulmonis qui naturalis eſt,& motu pectoris uoluntario,qui eſt motus per lacertum.Vult tamen iſtum motum prima denominatione eſſe naturalem, & ſecundo uoluntarium,quoniam licet ad motum hunc concurrentes ſint muſculi pectus mouentes,& diaphragma,tamen cōſideratur ſubſtantia pulmonis, cui ineſt motus ille,ratione animæ ipſi implantatæ.Etiam quia plures anhelitus,quos facimus in ſanitate,& ægritudine, ſunt ſine cognitione,& deliberatione. Et etiam qa uirtus naturaliter motiua uincit in hoc uirtutem uoluntariam, nam cum magna neceſſitas anhelandi incūbit, deſiſtere non poſſumus, ut in tuſſi.Nec opinio Auer. fuit alia, ſicut credidit Gentilis decima tertii. Nā licet de tribus opinionibus recitatis.2. colliget, de tertia dicat Auerroes, quòd ſit ueracior, tamen poſt multa concludit ſuam intentionē dicens.Ergo melius quod dicere poſſumus,ex his eſt,ut ſint, ſic duo primi mobiles, ſcilicet, ꝙ muſculus ſit primus in motu uoluntario, & cor & pulmo primi in motu naturali. Arguit etiã Auerroes cōtra Galenum,dicens,tu uides,ꝙ anhelamus quando dormimus.Ergo non eſt uoluntarius,quia motus uoluntarius nō fit niſi cum cognitione,ꝛ uoluntate.Item uidemus,ꝙ anhelitus, qui fit improuiſe ſimilaē motui pulſuum,ita ꝙ Hippoc.ponit ipſum pluries loco pulſuum,ſcilicet tempore,quo non ægrotant membra anhelitus. Ad quæ & ſimilia, ſi uultis opinionem Galeni defendere,dicetis,ſicut dicit Iac.de partibus decima tertij,ꝙ multi motus,quos uoluntarios uocamus ſine in-

tentione, præcedente fiunt,& ſine cogitatione,& præmeditatione circa eos,manuum,capitis,oculorũ.Multæ etiam in ſomno fiunt uoluntariæ actiones, ſicut locutiones,clamores,ſurrectiones,ambulationes à ſomniantibus tẽpore,quo dormiũt. Nec ob hoc anhelitus iudicari debet actio non uoluntaria, ut pulſus,quia denunciat complexiones cordis,uel quia uolẽtes diu cõtinere ab actu anhelitus,aut inſufflationis tandẽ uincimur,& id facere non poſſumus.Nam uox quæ ex actibus uoluntarijs eſt, denunciat cordis , & pectoralium complexiones.Et à primis motibus paſſionum animæ frequenter euincimur,& reſiſtere nõ poſſumus eiſdem teſte Ariſtotele dicente in hecticis, ꝙ primi motus nõ ſunt in poteſtate hominis,uoluntarij tamen ſunt & appetitui ſenſualitatis attributi.Eſt & thoracis latitudo indicium caliditatis cordis,non tamen omnibus hoc ineſt,ut quando cerebrum plurimum cõtra operatur; Nam quãtitas ſpinalis medullæ ꝓprotionalis eſt quãtitati cerebri propter trahere ortũ ab ipſo,& eſſe illius uicariam in origine neruorum.Et concauitas ſpondilium per quam nucha diſtenditur,proportionatur nuchę,ſicut continens cõtento,quare ſi nucha eſt magna, ↄcauitas ſpõdiliũ eſt magna,q̃ ſine magnitudine totius ſpondilis,magna fieri non põt.Et ſic ſm quãtitatẽ cerebri eſt quãtitas nuchæ,& ſm quãtitatẽ nuchę,eſt quãtitas ſpondilium,& thoracis,thorax enim configitur ad eam ſpinæ partem,quæ dorſum dicitur,ueluti ad carinam nauis.Quare non ſemper latitudo thoracis calidum cor comitatur,quia paruo exiſtente cerebro,licet cor ſit calidum,non tamen poterit omnino caliditas thoracem dilatare materiam dilatandam paucã inueniens.De frigidiori cordi tẽperato,dicit Gal. idicia ſunt, ꝙ pulſus ſnnt minores medijs inter magnos & paruos, nõ tñ neſſario ſunt tardiores, uel rariores. Quoniam

aliquando compoſitio totius corporis denſior,& com pactior comitať paucitatē fontalis caloris,ex qua acci det,aut uirtutē impediri à dilatatione arteriæ,propter circunſtantium denſitatē corporum, ut nec ſatisfacere poſſit neceſſitati,niſi parumper addat uelocitati,& ſpiſ ſitudini,aut aerem refrigerantem,non poſſe apud unā dilatationem ſubingredi proportionatum neceſſitati, propter quod cogitur uirtus paulo frequentius,& ue locius dilatare.Et reſpiratio erit ſimiliter minor æqua li,nō tamē neceſſario rarior,& tardior,ſicut pulſus,& hoc ſi thorax fuerit tāto minor æquali thorace,quāto cor frigidior æq̄li corde.Et timidi ſunt,& ſine audacia habentes cor frigidius tēperato,& ſegnes,& nudū pilis habēt pectus.Et cor ſiccius tēperato,pulſus facit durio res,& iram nō promptā: ſed cū fit caſus in iram, efficit eam ferocē,& difficile placabilē.Et magna ex parte fiet totū corpus ab eo ſiccius,niſi hepar obſtiterit.Et indi cia humidioris cordis ſunt,pulſus molles,ſi facile mo uetur ad iram,faciliter ſedatur.Et totū corpus fit ab eo humidius,niſi hepar obſtiterit.

De uentriculis cordis & motu arteria rum cum eo. Cap.32.

DE VENTRICVLIS cordis dicit Ariſtote. ꝙ dexter eſt calidior ſiniſtro, 3.de partib,animalium cap.4.Dixit enim cor triplicem uentriculum habere,quo rum dexter plurimum ſanguinis, & cali diſſimum continet,propter quod pars corporis dextra calidior,ſiniſter parum,idq; frigidiſſimum,medius me diocrem,tum copia tum,calore,ſed puriorem.Mona chus cum medicis tenet contra Ariſtotelem,ꝙ ſiniſter uentriculus ſit calidior dextro, quoniam licet ſanguis dextri uentriculi ſit plurimus,non tamen calidior.San

Monachus de uētriculis cordis ꝯ Ariſto.

guis enim fuſus per uenam chilis ab hepate, in ipſum nondum cõſecutus ſupremam digeſtionem, quæ eſt in corde, non poteſt eſſe uehementis caliditatis, ſed cum peruenerit in ſiniſtrũ cordis, & arterias, quæ ab eo oriũ tur, calidior eſt ualde, tum ex longitudine moræ in corde per reuolutionem ſanguinis in tranſitibus ipſius, tũ etiam, quia cum nõ ſint manifeſti meatus à dextro in ſiniſtrum 7. de iuuamentis membrorum cap. ult. impoſſibile fuit ſanguinem ad ipſum penetrare, niſi ualde ſubtiliatum, & naturæ ſpiritus uicinum. Sed Monachus enumerat tantũ duos uentriculos, ubi Ariſtoteles tres eſſe uoluit, à quorum uno, ſcilicet, dextro originantur uena chilis, & uena arterialis, à medio arteria aorti, & à ſiniſtro arteria uenalis. Vult quoq; Ariſtoteles generationem ſpirituum celebrari in medio uentriculo, in ſiniſtro eſſe multum aeris intromiſſi, & eius frigiditate aerem ibi calefactum ſuperare. Et tres eſſe uentres, ſatis ex anatomia poteſt diſcerni, quia in ſiniſtro eſt pellis ſeparans, & diſtinguens. Nihil ergo habet Monachus contra Ariſtotelem, quia concludit de medio, quod eſt calidior dextro. Et hoc non negaret Ariſtoteles, ſed de ſiniſtro. Conſiderandum quoq; ſecundum medicos, quod à ſiniſtro uentriculo arteria aorti effert ſpiritum, & ſanguinem arterialem, & nihil affert. Arteria uenalis affert aerem frigidum, effertq; aerem calidum. Dextro ſunt uenæ, ſcilicet, chilis, & arterialis, afferens eſt uena chilis ſcilicet, ſanguinem, efferens eſt uena arterialis, ſcilicet, ſpumoſum ſanginem pulmonem nutriturũ.

Etiam Ariſtotelem ibi reducentem numerum uẽtriculorum, qui in corde ad magnitudinem & paruitatẽ animalium, cum dicit, cor magnorum animalium triplicem uentriculum habet, duplicem minorum unum ad poſtremũ, reprehẽdit Gal. 6. de uſu part. cap. 9. Quoniam neq; in omnibus maximis animalibus ſunt tres neque

in minimis unus.Eandē enim habet cōſtructionē cordis maximus equus,minimo ſtructiōi. Et ſi anatomizaueris,ſiue bouē,ſiue aliqđ aliorū animaliū, uel minus adhuc mure,uel maius boue,omnibus ipſis numerus eſt æqualis uentriculorū,⁊ alia cōtructio cordis eadē. Cor etiam quatuor habet orificia,in quolibet.ſ.uentriculorum duo,quorum unum adducit cordi illud quo indiget,alterum uero extrahit illud quo non indiget: eorumq́; in dextro uentriculo unum attrahit ſanguinē ab hepate ad ipſum per uenā chilis.Reliquū uero extrahit eum ab ipſo ad pulmonem per uenam arterialē:eorum uero quæ in ſiniſtro,unum attrahit ad ipſum aerē à pulmone per arteriam uenalem: alterū uero extrahit ab eo ſpiritum per arteriam magnā,quæ dicitur aorti. ſuper quolibet autem iſtorum orificiorum ſunt tria co opertoria quibus clauditur & aperitur orificium,excepto,ꝙ ſuper orificium arteriæ uenalis ſunt duo tantū: propterea quia cum cor in conſtrictione expellit ſuper fluitatem fumoſam cum aere ad pulmonem per arteriā uenalē oportuit,ſicut dicit Gale.6.de uſu cap.14.ut eius orificium in conſtrictione cordis non perfecte clauderetur. An autem arteriæ ſimul dilatentur cum corde,⁊ ſimul cōſtringantur:uidetur ꝙ ſic authoritate Haly.2. artis medicinalis cōmē.8.⁊ Halyabatis in de pulſu cap. 2.dicentis,Cor ⁊ uenæ pulſantes uno mouentur motu, & uno modo, & in uno tempore.ſ. eorum motus alterius alteri eſt æqualis:nec alius motus alium procedit omnibus inhabitudinibus:intātum ut ex uno oium capiatur per collationem ſciētia: & uidetur ſententia Gal. in libro de pulſibus ad Theucrum in principio ubi inquit,omnes arteriæ eodem modo pulſant,& alternatiꝫ ſibiinuicem & cordi, ut ex una earum poſſis de omnibus ſyllogiꝫare & argumentari:& rōne hoc uidetur:nā uirtus qua arteriæ dilatantur & contrahunť,eſt uirtus

uitalis quá habent à corde,ergo eadem uirtute arteriæ dilatantur & cor:ergo oportet, ꝙ quando cor dilataẽ, ut arteriæ dilatentur,& quando conſtringitur,ut conſtringantur.Item experientia patet:nam ſi poſueris manum unam ſuper pectus alicuius, & aliam ſuper arteriã brachij , inuenies ſil' pcuſſioné fieri in pectore & brachio.Pręterea per motum arteriã,nos ſignificamus ſuper motum cordis.Ergo ſi quando fiet diaſtole in pulſu: túc fieret ſyſtole i corde,oporteret nos ſignificare p aliquid ſuper diſſimile ab illo.ſed in contrarium eſt ueritas: nam motus pulſus factus eſt, ut calor exiſtens in corde contéperetur,& temperatus à corde ad alia mébra tranſmittatur:modo calor cõtemperatur per dilatationem cordis: ⁊ cum cor conſtringitur ipm ad mébra tranſmittit:non poſſet autem ipſum tranſmittere, niſi tempore quo conſtringitur,arteriæ dilatentur. Ité 3.de uirtutibus naturalibus.membra quorú unum tribuit alteri,ſic ſe habent, ꝙ quando primum expellit, ſecúdum attrahit: & quádo ſecúdum expellit, tertium attrahit uerbi gratia quando ſtomachus expellit, tunc hepar attrahit,& quádo hepar expellit,tunc uenæ attrahunt,& quando uenę expellunt,tunc mébra attrahunt. Cum ergo arteriæ recipiant à corde ſpiritum, ipſum at trahunt,quádo cor expellit:& ſic dilataẽ,quando cor conſtringitur.Item Gal.in 3.de uirtutibus naturalibus cap.14.& in tract. de uſu pulſuũ dicit, ꝙ cum cor dilatatur attrahit ex omni parte,⁊ con conſtringitur,pellit in omnem partem.Similiter & arterię cum dilatantur, attrahunt ex omni parte,cum uero conſtringuntur pellunt in oém parté,præterꝗ̃ ꝙ eſt difficultas de arteria magna aorti:an cum conſtringitur pellat in cor aliqd, qm̃ hoſtioli cordis clauduntẽ,quando arteriæ conſtringuntur.Et ita dicunt aliqui ꝙ cum arteriæ clauduntur pellunt in omnem partem præterꝗ̃ in cor.Dicit tamen

Galenus

Galenus ꝙ in principio nõ poſſunt ita perfecte claudi ipſi hoſtioli,quin etiã aliquid impellatur in cor.Et ita uult Gale.ꝙ cum arteriæ dilatantur undiq; attrahant: cum uero conſtringũtur,in quãlibet partem impellãt. ſimiliter & cor,cum conſtringitur in quãlibet partem impellat:cum uero dilatać,undiq; attrahat:ſed impoſſibile eſt ꝙ cor ſimul attrahat ab arteriis, & arteriæ ſimul attrahant à corde quia iſte motus eſſet nimis uiolentus. Ergo impoſſibile eſt illud ex quo ſequitur.ſ.ꝙ cum cor dilatać,ſimul dilatentur & arteriæ,& cum cor conſtringitur conſtringantur & arteriæ. Idem uoluit Auic.prima primi cap.de uirtute uitali ubi dicit: quòd uirtus uitalis ſimul dilatat & conſtringit: ſed ſimul nõ poteſt dilatare & conſtringere cor,nec arterias.Ergo relinquitur,ꝙ quando dilatat cor conſtringit arterias,& contra:& ad authoritates Haly & Halyabatis.Dicendũ ꝙ cor & uenæ pulſatiles uno mouentur motu, & uno modo:qm̃ ſicuti cor mouetur motu dilatationis, & cõſtructionis,ita & uenæ:& in uno tempore, intelligẽdo ſicut ipſe Halyabas exponit: quia eorũ motus alterius alteri eſt æqualis: nam tempus quo cor dilatatur & cõſtringitur,eſt æquale tempori quo uenæ conſtringunć & dilatantur.Et ad authoritatem Galeni in de pulſibus ad Teucrum clara eſt ſententia: quia dicit pulſant,& ꝑ pulſationem intelligimus dilatationem & conſtrictionem:& alternatim pulſant ſeinuicem & cordi:quia non eodem ordine mouentur: quoniã cum unum dilatać, aliud conſtringitur,& contra.Et ad argumentum:eadẽ eſt uirtus in corde & arteriis,quæ facit dilatationem & conſtrictionem.uerum eſt:ergo eodem tempore dilatãtur cor & arteriæ.non ſequitur,quoniã uirtus illa operatur ſecundum exigentiam neceſſitatis:nec in relatiõe ad diuerſa mobilia inconuenit ut ſimul moueat motibus contrariis. Ad ſecundum dicitur ꝙ percuſſio,q̃ ſeu

titur in pectore eſt quando cor conſtringitur. Ad ultimum. Dic ꝙ per diaſtolē arteriæ ſignificamus ſupꝑ diaſtolem cordis, & per ſyſtolem, ſuper ſyſtolem cordis: licet illa fiant in diuerſis tēporibus. unde quando nos tāgimus arteriam & ſentimus ſuam dilatationem, iudicamus ſimilem fuiſſe in corde quæ ꝓceſſit. & non iudicamus ſuper conſtrictionē cordis quæ fit tunc: ſed iudicabimus per conſtrictionē, q̄ ueniet poſt dilatationē.

De hepate. Cap. 33.

HEPATIS calidioris tēperato indicia ſunt, amplitudo uenarum, abundantia flauæ bilis, et in conſiſtenti ætate choleræ nigræ, in hac enim calor innatus iunctus ſiccitati eſt adurentior. Et ſanguis calidior eſt, & propter hoc, & corpus totum niſi obſtiterit cor. Vnde quantumcunq; cor ſit calidius omni membro corporis, propter quod uidetur non poſſe cōtra operari hepati calido, ſed potius cooperari, tamē quia cum hepar non influat ſuper toto niſi per ſanguinem, & non digerat ſanguinem ſolo ſuo calore, ſed à corde prodeunte, impoſſibile eſt corde exiſtente frigidiori, hepar quantumcunq; calidius poſſe generare ſanguinem, nimis excedentem in caliditatem. Et ſic contra operatio unius iſtorum ad alterum, facit corpus ad tēperamentum inclinari, niſi fuerit alterius eorum exceſſus ſuperfluus.

Dicit Auic. poſt ſanguinem, calidius in corpore eſt hepar, quia eſt ſicut ſanguis congelatus, intellige non à frigore congelante, ſed à caliditate naturali aliquid de calore ſanguinis groſſi cum humiditate ipſius reſoluente. Inquit Gal. 4. de uſu part. 12. cap. Si quis euidenter ſcrutatur hepatis naturam propriam ſanguini exiſtit. Et ſi excogitaueris à caliditate euaporatum ſangui

nem,& ingroſſatum,nihil aliud inuenies fieri,q̃ hepa-tis carnem. Aliam habetis cauſam quare hepar eſt mi-nus calidum ſanguine 4. de uſu part.cap.6. Quia ſan-guis à corde recipit plus de calore, q̃ ſibi det hepar; hepar enim à corde recipit calorem uirtute cuius,cum ſibi innato generat ſanguinem. Inquit Gal.5.interiorũ cap.primo. Monſtrauimus corporis membra actionẽ ſuam facere per moderatam propriamq; cordis com-plexionem Ideoq; actionem cerebri ablato ſuo cordis temperamento palam eſt auferri,idem & de hepate in-telligimus. Eſt etiam hepar ſm medicos abſolute prin cipium uirtutis nutritiuę, Vnde Gal.5.de interioribus cap.primo. Cor caloris uitalis eſt fundamentum,cere-brum animalis,à quo ſenſus,& motus oriuntur,hepar quoq; nutritiuę uirtutis eſt initium. Et in libello de uir tutibus noſtrum corpus diſpéſantibus, Ex capite proue nit uirtus, qua ratiocinamur,& memoramur,& ſenti-mus,& de loco ad locũ permutamur,ex corde, ea qua iraſcimur,& percalidi ſumus,& pulſum habemus,ex he pate autem ea,ſm quam nutrimur,& augemur, & cibũ appetimus,& aſſumptũ elaboramus,digeſtione,& red-ditione,⁊ ſanguinatione,& appoſitione, ⁊ diſcretione, & excretione. Ideo 4. de uſu partium cap.12. Carnem hepatis dixit eſſe primum ſanguinationis organum, & principium uenarum, & patet hæc medicorum poſi tio, primo, quia meſeraicæ omnes deferentes chilum oriuntur à uena portæ,cuius radices diſſeminantur,& iunguntur radicibus uenæ concauę,in quibus rubeſcit chilus, & ſm plurimum ſui conuertitur in humorem calidum,& humidum,dulcem, malo carentem odore, unde octo ſunt meſeraicæ,una infigitur fundo uentri-culi ad trahendum ab eo chilum ad hepar, & plures ex alijs infiguntur inteſtinis, ut continue trahant, quod de chilo tranſit ad inteſtina. Et uena portæ dum ſubin-

tret hepar, in quinq; diuiditur ramos, qui ſunt ei ſicut radices, & quilibet horum diuiditur in ramulos, uſq; ferè ad minimas cappillares. Et porta, & uena concaua ſuas radices diſſeminatas in ſubſtantia hepatis habent taliter adinuicem applicatas, ꝙ extremitates omnium filorum radicis ueræ portæ, coniunguntur ſine medio extremitatibus filorum radicis uenæ concauæ, à qua reliquæ omnes uenæ oriuntur, quæ ſanguinem ferunt per totum corpus. Secundo quia nutritio membrorũ plus conformatur naturæ hepatis, q̃; cuiuſcunq; alterius membri, Nam ſi hepar fuerit ſanum bene nutritũ, membra alia ut plurimum erunt bene nutrita, & bene colorata. Tertio, quia morbi in quibus corrumpuntur opera nutritionis, ut hypoſarca, & lepra, maxime fiunt patiente hepate. Quarto, ſi quod alterum membrum eſſet principium nutritiuæ uirtutis, id de corde maxime uideretur, ſed cum cor ſit intenſi caloris, adeo ꝙ ſi digitum intromiſeris in ſiniſtrum eius uentriculum, ſenties uelut incendium, non eſt aptum, ut ſit principiũ uirtutis nutritiuæ, quia ſanguificatio conueniens, & nutritio, fiunt à moderato calore, cuius rei (dicunt) ſignum eſt, ꝙ homines habentes hepar multum calidũ, ſi calidis utanť, ſunt quaſi in media uia ad hydropiſim uel lepram, quia calor immoderatus hepatis eorũ uel reſoluit ſubtile, & relinquit groſſas partes ipſius hepatis, & fit hydropiſis, uel remanent aduſtæ partes ipſius hepatis colligatæ cum terreſtribus, & fit lepra. Sed obijciunt tenentes oppoſitum. Nutritiua uirtus eſt, uirtus inhærens, & infixa omnibus membris corporis ſeu uirtus innata tantum, non tranſiens de membro in membrũ, ſicut tranſit uirtus ſenſitiua. & motiua, quia cuiq; membro ineſt uirtus propria, qua reparat quod ex eo deperditum eſt. Secundo nutritiua uirtus, ſicut & omnis alia, fortior debet eſſe in fonte ſuo, q̃; alibi,

ſed nutritiua uirtus fortior eſt in alijs membris, q̃ ſit in hepate,fortius enim uidetur ex ſanguine multum oiſtáte à natura oſſis,& chartilaginis facere os,uel chartilaginem,q̃ ex ſanguine hepati propinquiſſimo facere hepar,quod eſt uelut ſanguis male coagulatus. Tertio, hepar eſt membrum frigidius ſanguine, ut dictum eſt. Nec ſanguis acquirit calorẽ ſuum ab hepate, ſed à corde ut primo complexionum.Ergo cũ ſanguis ſit obiectum uirtutis nutritiuæ,uidet nutritiua uirtus primo inſita cordi,& cor ꝑ operari ad ſanguificationẽ, & nutrionem. Quarto, cor ſanguinem arterialem puriorem,& perfectiorem uenali,quem mittit membris,generat.Ergo magis cor debet dici primus princeps uirtutis nutritiuæ.Dic ad primũ,ꝙ nutritiua uirtus ꝯſiderata in rõne formæ,uel potẽtię nõ ꝯiũctę actui,mẽbris inhęret,nec ꝑfluit de pte in partẽ,ſed ſm qđ eſt potẽtia cõiũcta actui,deferẽ ab hepate in mẽbra,ita ꝙ hepar trãſmittit ſingulis mẽbris actualẽ calorẽ,quo ſuas faciunt operationes. Ad ſm,hepar non dicitur principium nutritiuæ uirtutis ſm nutritionem ipſius particularem, ſed quia generat ſanguinem,& ſpiritus naturales pro toto corpore, dic ad tertium, ꝙ hepar recipit à corde calorem uitalem, quo temperato, & naturali effecto, ſe iuuat hepar in generatione ſanguinis. Ad quartũ,rationẽ innuit Auer.2.coll'5. cap.9.negans hepar hr̃e penitus principatũ in uirtute nutritiua.Sed dicendũ,ꝙ cor non ꝓprie generat ſanguinẽ arterialem,ſed primo genitũ in hepate,depurat,ſubtiliat,& in parte ſpiritui ficat,ab hepate tamẽ accipit formam ſanguinis.

De intentione curatiua ab aere. Cap.34.

NVNC de tertio,à quo ſumitur intentio curatiua,ſcilicet aere dicẽdũ,huius enim cognitio in ſui natura dat cognitionẽ,utrũ oporteat ad-

dere,uel minuere,in quãtitate,uel gradibus medicinę, ſupra uel infra quantitatem,uel gradum præconceptũ ex qualitate lapſus corporis in morbum. Vnde 3.de methodo medendi cap.8 inſpici etiam conueniet,& circũdantis nos aeris,temperiem,ſiquidem uelut medicamẽtum qðdam,is quoq; corporibus noſtris forinſecus incidens:ubi immodicus calore,uel frigore eſt ſanationem moratur.Danda igitur opera eſt, ut medicamenta exceſſui occurrant.Ideoq; Hippoc.in calidioribus anni temporibus,his qbus frigidior facultas ſit medicamentis utitur, calidioribus per frigidiora.Ideo 9.de methodo medendi cap.14.inquit Gal.ubi ambiens cũ medendi indicationibus conſonat pro gratia eſt habẽdum,ſicubi aduerſatur,inhibẽda eius noxa eſt, ſcilicet, reliquorum auxiliorum humiditate,ac frigore intẽtis adauctisq;.Sedulo igitur agendũ, ut ipſum quoad fieri poteſt,qualem eſſe expedit præpares,ſcilicet,humidiores,frigidioresq; domos,tum deligens,tum uero præparans,ſicut e diuerſo, ſi frigida ſit humidaq; morbi ſpecies,quæ calefieri,ſiccariq; poſtulet,& eligendæ, & præparandæ domus ſunt,quæ calefaciant,& exiccent. Ad deligendas quidem dico, quæ ex ſe ipſis eiuſmodi ſunt,præparandas uero cum arte noſtra molimur per æſtatem ſubterraneas eas,& ad ſeptentriones uerſus,ac pauimenta earum aſſidue humore aſpergentes, tum ut ex euripo aliquo aura inſpiret machinantes,flores præterea,ac germina,quę frigidę,humidęq; facultatis ſint, per aeream proijcientes.Per hyemem uero contraria horum molientes, præſertim ubi morbus ſuadet, ubi non ſuadet exceſſus tantum utriuſq; temporis remittẽtes.Si ergo aer ſit qualitatis contrariæ morbo, fiet aer unum ex curantibus,ſi autem cõſimilis erit cõfirmans morbũ,& ad curã inconueniens.Et ſi calidus,& ſiccus ſit morbus,& aer calidus,& ſiccus ſimiliter,oportet cu

ram facerẽ tanto frigidiorem,& humidiorem,q̃ opor
teret morbo,quanto aer calidior, et ſiccior eſt tempe-
rato,quia cura noſtra habet impugnare morbum,& ae
rem.Si autem morbus frigidus ſit, & humidus, & aer
calidus,& ſiccus,cum aer contrarius morbo ſit poten-
tior omnibus rebus ad curam: oportebit tunc minus
calidam,& ſiccã facere medicinã, quanto aereʒ in cali-
ditatem, & ſiccitatem cognoſcitur eſſe mutatum &c̃.
Inter autem has tres intentiões curatiuas, principaliſſi
ma eſt quæ ſumitur à morbo & cauſa morbi: quoniã
ab his duobus ultimis, naturali complexione.ſ.&.aere,
potius ſumitur intentio de quãtitate alterandi: nam ſi
aer ſit temperatus in caliditate & frigiditate. tunc debe
mus infrigidare uel calefacere per æqualia in gradu,ut
puta ſi morbus calidus ſit ut tria debemus adhibere re
media frigida ut tria:ſi uero ſit aer minus calidus, mi-
nuemus frigida.Et ita etiam dicẽdum de complexione:
quoniam ſi ſit complexio ægrotãtis calida uel frigida,
non adhibebimus contraria æq̃lia in gradu in quo eſt
lapſus ægritudinis.ſunt poſtea poſt has intentiones cu
ratiuas inuenienda auxilia,& eorũ uſus tam ratione tẽ
poris,q̃ rõne quãtitatis,ut Gale.dixit in libello de con
ſtitutiõe artis medicatiuæ cap.13.&.14.Dicẽdũ ergo ut
habemus à Gal.8.Methodi cap.ulti.ꝙ morbus & cauſa
morbi ſemper indicant de contrariis exhibendis. Aetas
uero & conſuetudo,ſemper de ſimilibus.tẽperatura ue-
ro,regio,tempus anni,aer,ſtatus cœli, aliquando indi-
cant de ſimilibus,aliquãdo de contrariis. indicãt enim
de ſimilibus exhibendis,quãdo ſe habent ſm naturam:
indicant uero de contrariis, quãdo oppoſito modo ſe
habent:qm̃ ea quę ſunt ſcd̃m naturam oportet cuſtodi-
re:quæ uero præter naturã,tollere: ideo æſtate utimur
cibis frigidis: hyeme uero calidis,& dat Gale.ibi exem-
plum de duobus hominibus dicens, Sint duo homines

febricitantes nati & educati in regione tẽperata,& nũc alter ſit in regione calida & ſicca: alter uero in humida & frigida,ꝛ diuerſo modo ſe habeant in temperamẽto, in ætate,& in cæteris,ſit alter eorum in ætate iuuenili, temperamenti calidi & ſicci.& ſit aſſuetus cibis calidis & ſiccis,& in hyeme ægrotet in regione frigida ꝛ humida,& in ſtatu cœli, ſiľr frigido & humido. Alter uero ſit in ætate pueritiæ,& tẽperaturæ frigidæ & humidæ, & ſit aſſuetus comedere cibos frigidos & humidos,ſit in æſtate,& ægrotet in regiõe calida & ſicca,& in ſtatu cœli ſimiliter calido & ſicco.In illo primo iuuene oĩa indicant de calidis & ſiccis exhibendis: qm̃ ætas eius,ꝛ naturalis complexio,& conſetudo, quæ ſunt calidæ & ſiccæ,indicãt de ſibi ſimilibus.regio etiam ſtatus cœli, tempus anni:quia ſunt diſtemperata per frigidum & humidum,indicant de ſuis cõtrariis,ut de calidis & ſiccis. ſola febris hic indicat de frigidis ꝛ humidis. In iſto aũt ſecundo puero omnia indicant de frigidis & humidis exhibendis:quia & ætas & conſuetudo, & naturalis cõplexio eſt frigida & humida.ideo debemus exhibere ſimilia.tempus etiam anni,regio & ſtatus cœli,quia ſunt diſtẽperata per calidum & ſiccum,indicant de frigidis & humidis:ita etiam & febris.quid ergo agendũ in his duobus,& quomodo procedendum. Dicit Gale.in iſto ſecundo in quo omnia cõcorditer indicant de frigidis & humidis exhibendis non eſt dubium, ꝙ debemus uti frigidis ꝛ humidis:qm̃ non ſolum humectare debemus ac refrigerare:ſed etiam fortiter humectare & refrigerare,quãdo omnia indicant de frigidis & humidis exhibendis.Sed in alio in quo non omnia indicant de frigidis & hũidis.ſed ſola febris,& alia omnia de calidis & ſiccis exhibendis,ambiguitas & pugna indicationũ inter ſe oritur.quid ergo agendũ in caſu iſto? Dicit Gale. oportet ut cõferas ſimul naturam ꝛ magnitudinem in-

dicationum. & ſcire debes, ꝙ indicatio ſumpta à febre, & ſi ſit minor numero, ipſa tamen magnitudine reliqs eſt ſuperior, ꝛ pſertim quādo ipſa fuerit magna. Et ideo in iſto non debemus uti tam potentibus frigidis & humidis, ſicuti in alio, ſed debilioribus. Et propterea dicit Gale. oportet Medicum eſſe ad hæc omnia exercitatuꝫ & natura prudentem, ut omnia iſta ſciat perpendere & examinare. & ex iſto loco Galeni habes, ꝙ cholerico & pituitoſo æqliter febrientibus, magis infrigidantia cōueniunt pituitoſo, q̄ꝫ cholerico. Scribit itaqꝫ Gale. hūc in modum. ſi quidem in modo ꝓpoſitis, ex eo ꝙ febricitant, cōmunis refrigerantium ac humectantium indicatio pſtatur: non tamen ex cæteris: ſed cuius tum ętas, tum temperamentum, unà cum cōſuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli ſtatus, humectantia refrigerātiaq; exhibenda indicant: hūc haud dubium eſt non ſolum humectandum refrigerandumq; eſſe, ſed etiam nec leuiter hæc, nec utcūqꝫ facienda eſſe, immo planè magnopere ac uehementer, omnibus. ſ. indicationibus idē diſtantibus. cuius uero reliqua omnia refrigerantē quidem humectantemq; uictum, quéadmodū ꝛ febris non indicant, ſed contrarium ipſi, calefacientem. ſ. & ſiccantem: utiqꝫ ambiguitas pugnaq; indicationū inter ſe oritur. quo caſu magnopere opus eſt, tum numerum indicationum, tum magnitudinem ſimul cōferas. Quippe quæ à febris ſumitur: ea reliquis, quādo omnes contrarium faciendum præſcribunt, numero quidem inferior eſt: magnitudine tamen quæ ex dignitate, aut poteſtate, aut quomodocūqꝫ appellaſſe libet, ſpectatur, utiqꝫ ſuperior eſt: potiſſimum ſi longe à natura receſſit: quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus eſt cōmunis: & quę ꝓpria ſuaq; ipſius eſt. ſiquidē & quia febris, plus cęteris oībus ſolicitos nos habet: & quia pterq̄ꝫ ꝙ febris eſt, etiā ma-

gnitudo illi notabilis acceſſit:idcirco contrarias indi- catiões inducit,atq; obumbrat.Sin parua fuerit,fas eſt reliquas omnes una coniunctas cum ea conferri, atque expendi:ac ſi quidem pares uidentur:neq; febris indica tio pferreretur ſicut humectandum & refrigerandum ſit: neq; etiam reliquorum ſic ut calefaciēdum ac ſiccandū ſit:immo media uictus ratio ubi ita ſe corpus habet,eli genda erit.ſin altera indicatio exuperet,tantū receſſiſſe à temperato & medio uictu par eſt,quātum ea quæ pol lent,ſua contraria ſupant. Ergo tum exercitatum in oī bus,tum natura prudentem eſſe Medicū conuenit:quo cuiuſq; indicationis poteſtate diligenter conſiderata, omnibusq; inter ſe colatis,unam idonei uictus ſummā, quæ laboranti ſit comoda, compareт: ſed quæret aliqs ſi ſit unus tēperatura bilioſus,& ſit conſuetus uti uictu frigido & humido,quid agendum?eſt ne attendendum magis tēperamento,an conſuetudini:naturale enim tē- peramētum indicat de calidis & ſiccis: conſuetudo aūt de frigidis & humidis.Dicit Gale. loco citato, ꝙ debe- mus ſeruare conſuetudioem:quoniā conſuetudo ægro tantibus non debet mutari:neq; ſi uolueris corpus ali- quod reducere ad temperamētum naturale,debes illud reducere dum ægrotat:ſed dum eſt ſanus,⁊ non ſubito: ſed paulatine fieri oporter:& hoc ſignificauit Hippocr. prima apho.ubi ait. Humidus omnis uictus febricitan- tibus eſt idoneus:potiſſimnm aūt pueris,& aliis qui ita cibari ſunt ſueti:nā ætas cum ex his ſit,quæ natura no- bis inſunt,ſimilem ſibi uictū poſtulat:& quæ à conſue- tudine indicatio ſumitur.ſic ſumpta eſt,ſicut ea quæ ab ætate.q̄re ſeruare quoq; hanc iubet.pinde ac ꝓpriū æta tis temperamentum.Sed arguunt nōnulli, ꝙ phlegma- tico & cholerico æqualiter febrientibus,frigidiora nō conueniāt phlegmatico,q̄ cholerico: quoniā ubicūq; minor eſt reſiſtentia.Ideo requiritur debilius agens ad

hoc ut fiat actio: ſʒ i pituitoſo eſt minor reſiſtētia. ideo regritur debilius agēs infrigidādū, ita ē ꝑ in cholerico: qm̄ eſt maior reſiſtētia ad infrigidādū. Ideo requirunẗ fortiora ifrigidātia. Pro ſol'one huius ſcias, ꝙ biliosuʒ & phlegmaticum æqualiter febrire, poteſt duobus modis intelligi. Vno modo ꝙ uterqʒ diſtet à ſuo temperamento æqualiter. Secundo modo ꝙ uterqʒ ad tactum appareat æqualiter calidus: exempli gratia, ſi ponamus ꝙ cholericus ſit ſui naturali temperamento calidus, ut quinque, & phlegmaticus ut tria. tunc ſi phlegmaticus fiat calidus ut ſex, & cholericus ut octo, dicentur æqualiter febrire: quoniam æqualis eſt exceſſus utriuſqʒ per calidum à naturali temperamēto: quia per tria. Item ſi ambo ſint ad tactum æqualiter calidi, dicuntur æqualiter febrire abſolute, & non reſpectu ſuarum cōplexionum. Poterunt ergo cholericus & phlegmaticus æqualiter febrire reſpectu ſui tēperamenti: ⁊ tamen non erūt æqual'r calidi ad tactum. Scias ſecundo, ꝙ aliud eſt eſſe frigidius in gradu & intenſiue, & aliud eē frigidius extenſiue: ſtat enim, ꝙ aliquod ſit frigidius aliquo intenſiue & in gradu: & tamen non erit potentius frigidum. ſimiliter etiam de calore, ut parua ſint illa ignis intenſiue & in gradu eſt calida ſicuti magnus ignis: potentius tamen calefaciet magnus ignis, q̄ʒ parua ſcintilla. item etiam patet de medicinis: granum enim opij intēſiue & in gradu eſt frigidius, q̄ʒ ſint duæ libræ lactucæ: quoniam opium eſt frigidum in quarto, lactuca uero in ſecundo: potentialiter tamen eſt frigidior ipſa lactuca, q̄ʒ opium: qm̄ plus infrigidabūt duæ libræ lactucę, q̄ʒ granum unū opij. His ſtantibus dic, ꝙ ſi intelligimus iſtos æqualiter febrire reſpectu proprij temperamenti, ut puta ꝙ per ęquales gradus caliditatis lapſi ſint, à temperamento. tunc uerum eſt, ꝙ æqualiter frigida conueniūt phlegmatico & cholerico: quoniam in utriſqʒ debent

remoueri gradus tres extranei caloris. Si uero intelligas eos æqualiter febrire quo ad tactum. Certum eſt, ꝙ lóge maior caliditas acquiſita eſt in phlegmatico, q̃ in cholerico: ut uerbi gratia ſi uterq; appareat calidus ut ſex, cholericus non diſtabit à ſuo temperamemto naturali, niſi per unum gradum: qm̃ eius naturale temperamentum erat ut quinq;, phlegmaticus uero diſtabit ꝑ ſex gradus: qm̃ ex ſui natura erat calidus ut tria: & ſic plures gradus caliditatis debẽt remoueri à phlegmatico, q̃ à cholerico: ergo phlegmatico & cholerico ęqualiter febricitantibus, frigidiora adhiberi debent phlegmatico q̃ cholerico, ad hoc ut ambo ad naturale temperamentum reducantur. Idem dicendũ de ſene & iuuene æqualiter febrientibus. & hoc eſt, ꝙ uoluit Gal. loco citato & Auic. quarta primi cap. ꝑ ubi. Si ſanatiua complexio fuerit frigida, & ægritudinalis calida. tunc iam multa elongatio erit à complexione ſui: & ſi ambæ fuerint calidæ, ſufficit ei parua infrigidatio. ſed dices contra iſtaʒ deciſionem: in phlegmatico membra ſolida, ut oſſa, nerui, ligaměta, & cętera ſunt frigidiora q̃ in cholerico, & quãtum poſſunt reſiſtunt calori febrili, & adiuuant Medicum in infrigidando. Ergo phlegmaticus minus frigidis indiget, q̃ cholericus, in quo non ſunt membra ita frigida: ſicuti patet ſi ſint duo homines ęquilis temperaturæ, & æqualiter febrientes: cætera ſint paria, excepto ꝙ unus ſit in æſtate, ⁊ alius in hyeme: certũ eſt ꝙ illi in hyeme laborãti adhibemus minus frigida: qm̃ ratione frigiditatis aeris adiuuat ad infrigidandũ: in illo uero alio in ęſtate dabimus frigidiora ualde, tũ ratione febris, tum rõne caloris aeris. item & ſimiliter fieri debet in pituitoſo ⁊ bilioſo: quia in pituitoſo ſunt oſſa longe frigidiora. Secundo Auic. cap. de cura putridarum in uniuerſali, ⁊ Gale. & alii dant aliquãdo aquã frigidam, & dicunt ꝙ requiruntur multæ conditiones,

ſi illam debeamus exhibere,inter quas eſt, ꝙ corpus ſit carnoſum robuſtum ⁊ non ſit frigidi temperamenti.Si ergo Medici,cum uolunt multũ infrigidare, timent cõplexionem frigidam & phlegmaticam,ſignũ eſt,ꝙ multũ frigida non cõueniunt phlegmaticis. Scias ꝙ & ſi raro cõtingat cholericũ & phlegmaticũ, ſeu ſenem & iuuenem æqualiter febrire,tamen magis frigida adhibenda ſunt phlegmatico & ſeni, q̃; cholerico & iuueni,ut dictum eſt.Et ideo dico ad argumentum primũ ꝙ oſſa & alia mẽbra ſolida ſunt ita frigida in iuuenibus ⁊ cholericis,ſicuti in phlegmaticis & ſenibus, uel ſi q̃ eſt differentia,eſt parua:nec oſſa ſunt illa quæ faciunt frigiditatem:ſed eſt priuatio caloris.ſ.ſpiritus ⁊ ſanguinis:ſed ita priuata ſunt oſſa ſanguine in cholericis, ſicuti in phlegmaticis:uel igitur nulla eſt differentia in frigiditate oſſium:uel ſi eſt,eſt parua: ſed exceſſus per calidum eſt lõge maior in pituitoſo, q̃; bilioſo. ergo pituitoſus febriens eſt magis infrigidandus,q̃; bilioſus. Ad ſecundum,cum non uult Medicus ſuperflue infrigidare: ſed ſecundum certum gradum,& non ultra tranſcendere,⁊ ubi non eſt periculum ſtupefactionis:tunc potẽtius frigida adhibenda ſunt pituitoſo,q̃; bilioſo.Et in ſene ſiľr magis,q̃; in iuuene:& de hac infrigidatione q̃ritur.

De concoctione materiæ morbi, & eſt principium ſecundæ partis huius libri. Cap.35.

POST. hæc de ſecundo principali dicendum.Primo de ſyrupis ſimplicibus, & cõpoſitis,decoctionibus,⁊ aquis materiam morbi digerentibus.Secundo de medicinis ſolutiuis.Tertio de pillulis, & trociſcis.Quarto de electuarijs, & cõfectionibus.Quinto de cliſterijs,& ſuppoſitorijs.Sexto de epitimatibus, fo-

mentationibus,embrocationibus.Septimo de unguentis,cerotis,& emplaſtris.Pro primo intelligendum, ꝙ medici ad digerendos humores ſyrupis utuntur.Et digeſtio,non quæ circa eſcam intelligitur,quæ eſt alteratio nutrimenti ad propriam nutriti qualitatem, quæ proprie digeſtio uocatur,de qua Gal.3 de uirtutibus naturalibus cap.13.Nec quæ circa putridam uerſatur ſubſtantiam,quæ eſt alteratio ceſſare faciens putredinem, ſed intelligitur de alteratione in nocitiuo non reducibili ad benignum,quæ eſt æquatio humoris per quã redditur humor uirtuti expulſiuæ obediens.Vnde ſuperfluitatibus, non naturalibus debetur digeſtio, aut ratione putredinis,quæ in eis eſt,aut ratione modi ſubſtantię quo uirtuti rebellant expulſiuę,ut ſi fuerit uiſcoſa,fortiter adhæret,ſi groſſa oppilat, & uix mouetur,ſi tenuis cedit,& hinc inde ſpargitur, ut circa hanc figi non poſſit uirtus expulſiua.Si ratione putredinis, aut ſuperfluitas eſt reducibilis ad benignum, quia nõdum uehementer putrit.Et tunc digeſtio in ea eſt alteratio ceſſare faciens putredinem,manente ſubſtantia, ut Gal. ait tertio artis medicinalis can.illo,eſto enim ſi ita cõtigerit in humoribus putrefactis accendi febrẽ, & hæc etiam proprie uocatur digeſtio.Aut ipſa non eſt reducibilis ad benignum,& tunc digeſtio ipſius uel eſt conuerſio eius in ſaniem albam, lenem, æqualem pauci fœtoris,ſi collecta fuerit ad apoſtema, uel præparatio eius ad ex pulſionem,ſi non fuerit collecta ad apoſtema,ſed in uenis,aut uijs expulſionis contenta.Digeſtio autem,quæ debetur ſuperfluitatibus non naturalibus ratione modi ſubſtãtię,nihil aliud eſt,ꝗ̃ reddere ipſas obediẽtes uirtuti expulſiuę.Et hęc dicitur ab Auicenna maturatio prima primi de uirtutibus cap.3.Et æquatio prima quarti tractatu ſecũdo cap.7.id eſt reductio ad mediocritatem ſubſtantiæ, ut in groſſa cum ſubtilia-

tiuis,ꝛ inciſiuis,Et in ſubtili,cũ ingroſſatiuis. Nam ſubtilitas humoris dupliciter impedire poteſt facilẽ ipſius expulſionem.Primo,quia propter ſubtilitatem ſubſtantiæ faciliter imbibitur.Secundo,quia propulſus faciliter ſpargitur hinc inde diuiſus,quod manifeſte apparet in corizis narium ꝛ catarrhis pectoris crudis,ꝛ aquoſis, quales ſunt in principio.Nam dum conamur à pectore eijcere aquoſos humores cedentes aeri inſufflato, cum tuſſi ſparguntur hinc inde diuiſi per pectus,uel cõmoti recidunt ſuper pulmonem, & ipſum imbibunt, ſicuti aqua ſpongiam.Etiam quando nitimur exſufflare, & emergere corrizam aquoſam ipſa ſpargitur, neqꝫ leuiter,& ſufficienter emittitur ,ſicut quando eſt inſpiſſata, & maturata.Non eſt tamen humor ſubtilis ingroſſandus, quando expelli debet per uias ſtrictiſſimas,quales ſunt uiæ penetrationis urinæ in ueſicam, aut ſudore,aut inſenſibili reſolutione. Cognoſcitur uero perfecta humoris concoctio,ex ſputo.ut in pleuritide: qm̃ album eſt,lene,& æquale. & ex ſubſidentia in urina in febribus,quãdo alba eſt,linis,& æqualis: & albũ intellige,ut dicit Gal.ꝑ prognoſticorũ cõmen ulti.nõ albedine pura,ſicut eſt albedo niuis:ſed albedine membrorum ſpermaticorum & ſolidorum, ut oſſium tunicarũ uenarum,neruorum,ligamentorũ,pãniculorum,chartilaginum &c̃. Qm̃ ab his membris ſolum fit hæc cõcoctio,ut dixit Gale.ꝑ de morbis uulgaribus tempeſtate ſcda cõmen.46. Nam mẽbra noſtri corporis agũt in diſſimilia,& non in ſimilia:ut puta uentriculus agit in cibum anteq̃ fiat chilus,ꝛ non poſtq̃ factus eſt chilus: & hepar in chilũ anteq̃ factus ſit ſanguis,ꝛ non poſtq̃ factus eſt ſanguis. Similiter caro ipſa agit in materiam phlegmonis eam concoquendo,quouſqꝫ fuerit facta ei ſimilis:ſed poſtq̃ illa acquiſiuit carnis colorẽ,caro ipſa non amplius agit in illam;ſed ipſam relinquit. & tũc

membra uere ſolida,quæ ſunt ei diſſimilia,agunt in ipſam,& concoctionem in quã inceperant carniformia, perficiunt:eodem modo dicẽdum eſt & de ſedimine albo in urina.& per lene,intellige non aſperum.& æquale intellige in partibus,& colore nõ diuerſum,& in tempore,ut non una die appareat uniũs ſubſtantiæ & coloris & altera die alterius ſubſtantiæ aut coloris: qm̃ tunc dicit Gal.2.pgnoſticorum cõmen.26. ſignificatur ꝙ qdam humores receperũt concoctionem, & qddam nõ. Et dicit Auicẽ.ſecunda quarti tractatu primo cap.88.ꝙ melius eſt ut ſedimen in urina ſit lene & æq̃le, & ſit rubeum,q̃ ſi eſſet album & aſperũ inæquale:quoniã plus poteſt æqualitas ſubſtantiæ ad ſalutem,q̃ color ipſius. Idem dixit & Gale.2.prognoſticorum cõmen.28.Dicũt etiam,ꝙ melius eſt ut diuerſitas illa ſit ſcðm partes magnas,q̃ ſm paruas:quoniam diuerſitas in partibus magnis ſignificat,ꝙ calor naturalis concoquit materiam ipſam ſm maiorem partẽ:in paruis uero ſignificat oppoſitum,& ꝙ materia ſuperat naturam.

An digẽ humorum ſit attenuatio

Sunt nonnulli qui dicunt,ꝙ digeſtio hæc humorum nihil aliud eſt,q̃ attenuatio, quia quanto materia tenuior eſt,& lentore magis carẽs,tãto minus medicamini reſiſtit eã trahenti,& p meatus facilius ptranſit.Q̃d Gal.ſenſiſſe uiſus eſt prima aphor.commento illius.In acutis paſſionibus raro,dicens, humores aũt q̃ maxime fieri poteſt eſſe fluxui paratos,hoc eſt tenues,& nullum lentorem participantes, & aperta eſſe foramina, per quæ debet purgatio fieri,& nullam habere obſtructionem. Nam & nos iſta omnia paramus, cum quempiam ſumus purgaturi.Et ſecunda ſectione in commento illius,Corpora cum quiſpiam purgare uoluerit, de humoribus indigeſtis groſſis ſolum,& uiſcoſis dicens. Purgatio bene procedit,cum humores craſſi,tenues facti fuerint,& tenaces præciſi,& meatus aperti,per quos

tranſmittuntur

tranſmittuntur. Et in fine commentationis ait. Corpus bene fluidum eſt meatibus quidem omnibus reſeratis, humoribus uero inciſis, atq; tenuatis, ſi alicubi in corpore fuerit humor craſſus, & tenax. Idem ſcripſit lib. 5. in ſextam epidimiam: Et ſeptimo de methodo med. & undecimo cap. quarto in fine. Item tertio artis medicinalis. Quęcunq; in pulmone & thorace continentur, cum tuſſibus quidem euacuatio eſt, & pharmacijs extenuantibus. Item de ratione calidi eſt ſubtiliare, diſſoluere, eliquare, & penetrare. Sed digeſtio propriè perficitur calido. Etiam nunquam inuenies Hipp. aut Gal. in tenuibus humoribus aliqua uti præparatione, ſed in his tantú, qui præ craſſitie, uel tenacitate diuelli à ſuis ſedibus nó poſſunt. Vitioſos enim humores in tunicis uentriculi receptos, nullo pręuio apparatu, docet Gal. purgare per picram, aut per aquã mulſam, in qua ſit coctũ; abſintium. Tenacem uero pituitam uentriculo annexã incidi iubet ante purgationem. Item Raſis 16. Continẽ. cap. 2. authoritate Galeni ait. Si humores fuerint ſubtiles & aquei, ſtatim euacuandi ſunt, ne ex longa mora ipſorum congelentur, aut fiant mordentes, aut corrodentes: cum ex caliditate febris poſſint tranſmutari uelociter ad ipſam qualitatem: ſed ſi fuerint uiſcoſi obtenti firmiter in aliquo membro, procede ad digerendum eos. Item Raſis. Et decimo Almanſoris cap. de febre tertiana, iubet incipere curam eius forti pharmaco, dicens; ſcamonęę recentis antiochenę, & bona quarta dragmæ unius in tanta quantitate iuleb, & aqua, qua ſemel ſorberi poteſt diſſoluatur, & ad bibendũ tribuaſ. Quum enim hoc factum fuerit, aut febris nullo modo accidet aut parumper alleuiabitur. Et etiam lib. experimentorum cap. 3. in cura doloris iuncturarum à cholera, iubet inchoare curam ab euacuatione cholerę, dicens, ſi autem materia, fuerit cholerica in principio incipia-

mus cuȝ euacuatione cholerę cum medicinis laxatiuis. Idem nono Almanſ. in dolore capitis à cholera: Et in phreneſi. Sed hæc poſitio eſt falſa: quoniam ſcd̃m hoc, natura in principio ægritudinum, in quibus eſt huiuſmodi ſubtilitas euacuaret, & digeſtione parata euacuaret. Et ars imitatrix naturæ etiam in principio ægritudinum talium radicaliter euacuaret. Idem nunq̃ ſubtile imbibitum eſſet inobediens euacuationi, cuius indicat ſenſus contrarium. Videmus etiam in lippis, & mucis, & ſputis, id quod ſubtile eſt indigeſtum eſſe, & proceſſu temporis per digeſtionẽ inſpiſſari. Adhuc urinæ in febribus acutis à principio ſunt ſubtiles, & indigeſtæ ſine ſedimine, & proceſſu temporis paulatim incraſſantur, & aquirunt ſedimen, poſtq̃ natura ſubtiles humores digeſtione incraſſauit, & reddidit obedientes uirtuti expulſiuę. Sicut ergo naturæ non eſt facile expellere ſuperfluitatem illam in urina, niſi poſt horam in qua fit apta per digeſtionem ad expulſionem: ſimiliter difficile eſt medico euacuare humorem, qui eſt cauſa febris putridæ, anteq̃ in urina ſigna digeſtionis appareant. Ideo Auic. hãc poſitionẽ reijcit prima quarti tractatu ſecũdo cap. 7. dicens, Et non auſcultes uirum, qui exiſtimauit, q̃ intentio in digerẽdo, eſt ſubtiliare. Et humor calidus eſt ſubtilis. Quare nõ eſt neceſſe, ut ſubtilietur, immo intentio in digerendo eſt ęquare materiei ſubſtã tiam ita ut fiat præparata ad expulſionem facilem. Eſt ſubtile imbibitum, & groſſum fixum, & uiſcoſum adhęrens totum illud eſt nõ præparatum ad expulſionem facilem. Imno eſt neceſſarium, ut inſpiſſetur ſubtile parumper & ſubtilietur ſpiſſum, & incidatur uiſcoſum. Et melius eſſet/inquit/ huic homini. ſ. Raſi in his quæ ſcripſit de hoc. ſ. de digeſtione humorum, q̃ bene opinaretur de Hippoc. & Gale. & in reuerentiam acciperet eorum doctrinam, ut ſanam & ſecuram: aut ualde dili-

genter intenderet & ſcrutaretur ueritatem ſuper hoc,& tunc rediret ad contradicendum Hippoc.& Gale.ſi ueritatem & rõnem pro ſe & contra illos inueniret: qm̃ quilibet primus contradictor dictis antiquorum ſolẽnium & famoſorum eſt excuſatus,cum ſuper ueritatem fundata eſt eius contradictio.uerum melius eſſet Raſi, ut non conſideret in conſideratione ſua: & hic patet,ꝙ Auicen.uult in hoc id præciſe,quod Hippo. & Gal.uoluerunt,cuius contrarium aliqui dicũt.Ad obiecta cõtra Auic.dicitur ad primum,ꝙ quanto ſubtilior,eſt humor,tanto eſt mobilior,& paſſibilior, niſi imbibatur, uel diuidatur,non expectãs rectum impulſum uirtutis expulſiuę.Et ad authoritates dic, ꝙ Gale.intelligit de groſſis,& uiſcoſis,quorum indigeſtio ſæpius euenit.Et de indigeſtione humoris ſubtilis loquitur Gal.in de ſectis medicoruꝫ textu cõmen.21.in fine.Et in lib.de conſtitutione artis medicin.cap.19.Nec de his tantũ ſuperfluis loquitur, quæ redire ad naturalẽ habitũ poſſunt, ſed etiam de his,quæ paranda ſunt expulſioni: Et prima aphor.commento illius,concocta medicari: cum inquit,humores,qui agitantur,& de loco ad locum mouentur,ac transfluunt euacuare conuenit: Eos uero,qui ſunt in aliqua corporis parte firmati,neqꝫ alio auxilio mouere oportet, neque medicari ante coctionem.Propter quod Auerr.ſeptimo coll'ꝫ.cap.9.Intelligere poſſumus ex dictis Hipp.ꝙ quando ægritudo eſt in ultimo acuitatis,tunc humores ſunt in ultima furioſitate & nõ eſt ſecuritas,quin deſcendant ad quędam membra principalia, & ledant ipſa,niſi ſint euacuati in principio ægritudinis,eo quia humores, qui acutiſſimi exiſtunt ſunt ſubtiles.Sed quando ægritudines non ſunt acutę, & ſunt ex humorib.ſubtilibus: ſicut eſt uera tertiana, quæ non tranſit ultra ſeptem periodos, expectare debemus digeſtionem, eoque digeſtio humoris ſubti-

lis eſt eius ingroſſatio, & craſſi eſt eius ſubtiliatio. Et ſicuti difficile eſt uirtuti expulſiuæ expellere humores craſſos, propter ſui craſſitiem: ſic difficile eſt, uirtuti expulſiuæ expellere ſubtilem quia diſrūpitur, & diſpergitur ꝓpter ſui ſubtilitaté. Quare difficile exiſtit naturæ expellere humores craſſos, eo ꝙ oppilant meatus, & tranſitus, & ſubtiles: quia diſrumpuntur, & ſparguntur, & imbibuntur. Ad aliud dicitur, ꝙ digeſtio nō ſolum perficitur calore tanq̄ inſtrumento, ſed & natura regitiua magis tanq̄ artifice, & aliquando ſolum perficitur à natura: ut quando ipſa potens, digerit materiam abſque medici auxilio ac expellit. Iuuatur ⁊ non parum ſæpe ab arte, & proprie quādo imbecillis fuerit. Sic enim oportet cibis, ⁊ potibus, ſyrupis ⁊ electuarijs, fricationibus, exercitijs maturare, & digerere. Sed dubitatur. an humor poſſit ante eius concoctioné euacuari. reſpondetur per quatuor dicta. Primum eſt, ſi materia omnino ſit cruda, non eſt euacuanda, niſi turgeat, & niſi timor ſit magnus de uictoria morbi ſupra materiam. Prima pars patet per id Hippoc. cōcocta medicari & mouere non cruda. Et citatur à Gale. 4. de tuēda ſanitate, ꝓ de criſi cap. 9. & 8. de compoſitione pharmacorum ſecūdum locos. intellige materiam turgere, quādo mouetur de loco ad locū, ⁊ non permittit ęgrū quieſcere. & tractum eſt uocabulum, dixit Gal. 4. apho. cōmen. ꝓ & 10. Ab animalibus ad coitum à materia ſu perabundante incitatis: aut quādo uerſus loca expulſionis mouetur: ut clare habes à Galeno. 8. de compoſitione pharmacoꝝ ſm locos, de hiera in phlegmone exhibenda, ita dicente. Porro ad eos qui inflāmatione quadam conflictantur, non abſolute dādum eſt quo uis inflāmationis tēpore, uerum ubi concocta fuerit, & declinauerit: cōcoctis enim medicandū eſſe ſenſit Hippo. non crudis, neq; per initia, niſi turgeant, hoc eſt niſi ad

excretionem motus impellatur,& nondũ ullam habeat ad unam partem inclinationem firmã & ſtationem. & 4.de ratione uictus acutorum.65.ubi dicit Hippoc.ſi ab initio purgare uolueris,id facito ubi uenter murmurauerit,ſi non à medicamentis abſtineto, ut uentre murmurante,& aliquid bilioſũ eiiciente,ſcamonea mediocriter purgato.Sic ergo cũ materia modo huc, modo illuc mouetur indifferenter, uel cum ad loca mouetur expulſionis,& non eſt fixa & firma,ipſa eſt uere turgẽs, & debet euacuari:qm̃ iſta indiget manu adiuuante ipſam ad loca expulſionis attrahente. Sed cum fixa eſt & firma in uenis,uel phlegmone:tunc nó debet ullo ingenio ante concoctionem moueri: ſic enim natura operatur, cuius imitator debet eſſe Medicus.idem uoluit & Auic.prima 4.cap.de cura putridæ in uniuerſali,& 4.p̃ ıni cap.p̃ dicens. Aegritudo quoq;,ſi multę furioſę materiæ fuerit,in principio eam euacuabimus, nó expectãtes maturationem,& ſi mediocris fuerit, maturabimus eam & poſtea euacuabimus.& dixit cap.3.in acutis ęgritudinibus,etiam maturationem expectare melius eſt,& præcipue,cum quietæ fuerint:ꝙ ſi mobiles fuerint, tũc ad euacuãdum materiam feſtinare erit melius: quoniã impedimentum motus earum eſt maius, q̃; ſuæ euacuationis antequã ipſa ſit natura,& proprie.cum humores fuerint ſubtiles,& præcipue cum in concauitatibus uenarum fuerint,& non in mẽbris ingredientes, Et dixit prima tertii cap.de cura melancholiæ, ꝙ melãcholicus cuius eſt cholera nigra mobilis, eſt magis ſuſceptibilis curæ,q̃; ille cuius cholera non eſt mobilis, & ꝙ cuius cholera nigra eſt mobilis,apparet cholera nigra in egeſtióe,& uomitu,urina,& in colore cutis,in lẽtiginibus, panno,& ulceribus,ſcabie,uaricibus,elephãtia, & ſimilibus:quoniã totũ illud ſignificat ꝙ ipſa recipit diſcretionem à ſanguine.Dicunt aliqui,ꝙ Hippocr.intelligit

ðe medicari cum medicina eradicante, ⁊ non minorari ue:quoniam ſemper in principio poſſumus uti minoratiuo:ſed ꝙ intellectus iſte ſit falſus,ſic patet:aut enim ꝑmouere intelligit Hippo.cũ pharmaco eradicante educere:aut mouere cũ uentoſis,frictionibus,ligaturis &c̃. Si primum eſſet Hippo.ſuperfluus:quoniã his in paucis uerbis idem repeteret.Si ſecundũ:tunc nõ uult in principio minorãdam eſſe materiam: qm̃ ſi prohibet alios motus,qui ſunt minores,à fortiori prohibet ⁊ maiorẽ: etiam Hippoc.utitur iſto termino, medicari in quãplu ribus aliis locis,ubi non poteſt ſolũ intelligere ðe medicari cum medicina eradicante, ut in primo.4.aphor. Vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget &c̃. &.10.eiuſdẽ medicari in ualde acutis, ſi materia turget eadem ðie etc̃.Nec etiam materia concocta ðebet unica uice euacuari,ut dixit Gal.11.Methodi cap.9.& ꝑ ðe febribus ad Glauconem in cura quartanæ. Nec etiam nõ concocta:qm̃ ſi natura non poteſt ante concoctionem totam materiã euacuare,à fortiori neqꝫ ars.Si ergo materia turgente non eſt eradicatiue euacuanda.Ergo eodem mõ uult Hippo.medicari materia concocta, ſicuti quando turget:ſed qñ turget,nunquã uult eam eradicatiue euacuare.igitur neqꝫ quãdo eſt cõcocta. Præterea medicinæ habent proprias ðoſes,⁊ aliquãdo ðantur in conuenienti ðoſi,& non totam euacuant materiam:ali quando ðantur in minori ðoſi,& totam materiam euacuant.ergo ſi materia concocta ðebeat eradicatiue euacuari,oportebit aliquãdo ðoſim conuenientẽ tranſgre di,quod eſt maximum inconueniens, & contra omnes Medicos.Præterea Hippoc.& Gale.ſanguinem mittunt aliquãdo uſqꝫ ad ſyncopim,& tamen totam materiam eradicatiue non euacuant.Si igitur uis,ꝙ materia concocta ðebeat eradicatiue euacuari: erit opus euacuare ultra ſyncopim,⁊ ſic uſqꝫ ad mortem,ðicunt alii,quòd

aphs iſte,ↄcocta medicari &c̃.uerus erat tẽpore Hippo. quoniã tunc temporis ſolum medicamenta fortia erãt cognita,ut ſcamonea,coloquintida,& elleborus; & nõ debilia,ut reubarbarũ,mãna,caſſia,quibus utimur nos ante materiæ concoctionem.ſed Gal.8.de cõpoſitione pharmacorũ loco citato authoritate huius aphor.non uult dare hieram quæ eſt medicina debilis.Item.13.methodi diſtinctione.3.cap.9.prohibet urinam ꝓuocãtia ut aſſarum ⁊ petroſelinũ,ante materiæ concoctionem. non ergo ante concoctionem prohibet ſolum pharmaca fortia, immo & debilia. dicunt alii intelligitur aphs indicatione ſumpta à facilitate eductionis materiæ, & difficultate eiuſdem:ſed indicatione ſumpta à multitudine materiæ uel uenenoſitate,aut ab aliquo alio,debemus in principio euacuare:ſed Hippoc.ponit hic regulam ſolũ cum exceptione hac,niſi materia turgeat. Alii dicunt intelligit Hippoc.de euacuatione,quæ regulariter fit & non coacte:nam duplex eſt euacuatio, regularis,ut cũ euacuamus cum iuuamento ⁊ nullo nocumẽto,& irregularis,cum euacuamus cum aliquo nocumẽto.Et ideo aliquãdo,cum eſt perculum de morte,poſſumus coacte cũ nocumento euacuare. certe cum euacuamus in principio mã turgente,euacuamus cura coacta, ⁊ cum multo nocumento:qm̃ ita euacuamus de bono, ſicuti de malo,& niſi immineret maximũ periculuꝫ de morte,melius eſſet concoctionem expectare.& ideo qa Hippoc.dicit,quãdo materia turget euacuante non eſt uerum ꝙ ſolum intelligat de cura regulari.in hac difficultate ſunt duæ aliæ opiniones. Vna eſt Raſis, & alia Auer. Vult Raſis ut uidetur in.16. Continẽtis,&.10.ad Almanſorem, ferè ſemper in principio exhibẽdum eſſe pharmacũ.Et exponit aphm iſtum de materia quæ facit apoſtema.16.Continentis cap.2.& non de materia quæ eſt in uenis:⁊ hoc quia uult materiam in febribus ſemp

turgere,niſi febris ipſa accidẽs fuerit ex apoſtemate ali- quo.Sed hæc opinio contradicit Hippoc. & Gale.nam Hippoc.in aphor.in acutis morbis raro uult ꝙ raro in acutis ab initio ſit pharmacandum, & non ſemper:qm̃ raro materia turget:& dicit Gal.in com̃. in lõgis mor- bis ſemper oportet ſpectare concoctionẽ: ſed in acutis, cum turgent,ab initio poſſumus uti medicamentis pur gantibus. & propterea Auicẽ.eam reprobauit prima.4. loco citato:ſed Auer.7.colliget cap.9.appellat omnem materiã in morbis peracutis,qui non tranſeũt ſeptimã turgere:quoniam materia eſt acutiſſima & ſubtilis fa- cile mobilis.& ſic differt ab Auic.differt etiam ab opi- nione Raſis,qm̃ Raſis euacuat in omnibus febribus an te concoctionem,& Auer.non: ſed non ſemper turget mã in morbis acutis in ſeptima terminãdis: ut Hippoc. ſignificauit in apho.10.4.in ualde acutis medicari eadẽ die,ſi materia turget:ubi Gale.per morbos ĩ ſeptima ter minandos.& de febre phlegmatica dixit Auer. ꝙ neceſ- ſarium eſt,ut eius materia euacuetur, antequã pfecte cõ coquatur,& quòd medicus debet incipere à medicinis ſubtiliatiuis & inciſiuis, quẽadmodum in apoplexia,& aliis ſimilibus ægritudinibus timoroſis frigidis p heb domadam unam,& cum hoc fecerit,tunc purgare inci- pere debet:& quãuis totus humor nõ euacuetur à cor- pore:tamen natura inde ſuſcipiet alleuiationem dino: & deinde redire debes ad incidendum & ſubtiliandum per aliam hebdomadam, quẽadmoduȝ diximus & poſt- ea purgare:qm̃ taliter operando humores habiles repe riuntur ad expellendum:& ſimile hoc eſt,dicit, ferenti graue pondus:quoniam qñ ferre nõ poteſt ipſum,& di uidit ipſum in partes,facilius tolerat ipſas,& dixit Raſis loco citato. Dico de hoc te ſcire oportet, ꝙ non debes expectare cum euacuatione digeſtionẽ in aliqua febre, præter quotidianã,cum digeſtio aptet humores,ut fiãt

in ſanguine,& nullus humor poteſt tranſmutari ad ſanguinem niſi phlegma tantum.& uidetur ſentẽtia Auic. prima.4 cap.de cura eius,dicentis.Ergo uero non diligo niſi expectationem digeſtionis ⁊ lenificationis cum eis,quæ diximus prius: immo oportet ut euacuetur ex ea aliquid,& expectetur in reliqua,uſquequo digeratur & fiat illud cum facilitate paulatim abſq; ſuperfluitate. ⁊ dixit cap.de cura tertianæ puræ.Si in principio tertianæ puræ uẽtris ſolutio.i.ſi detur uentri ſolutiuũ forte, ſicut dabat Raſis, minoris malitiæ & nocumenti erit, q̃ ſimile eius in aliis febribus,ut tertia non pura,quotidiana,uel quartana, licet ſit eius malitia magna: quoniam cholera ſui ſubtilitate & mobilitate eſt aptior attrahi,& facilior per proprium pharmacum, q̃ alii humores craſſi & uiſcoſi ante concoctionẽ.& reddit Gal. rationem,quare Hippo.mouetur ad miſſionem ſanguinis in principio ante materiæ concoctionem,⁊ non ad exhibitionem pharmaci.4.de ratione uictus acutorum comen.44.dicens.Quòd ſicuti cibus in uentriculo.ad hoc ut digeratur indiget quiete: ita etiam & humores mali:ſed pharmacum impedit quietem: quia humores mouet motu inconſueto,quod nõ facit ſanguis miſſio: quoniam motus ſanguinis per uenas eſt motus naturæ conſuetus.etiam pharmacum lædit ſui caliditate,& eſt periculum,ne nimis educat,uel ꝙ moueat ⁊ nõ educat: non ſic autem eſt in ſectione uenæ: quoniam phlebotomiam ſiſtimus quãdo uolumus. Secũdam partem dicti uoluit Auic.prima.4.cap.de cura febrium putridarum in uniuerſali,& quarta primi cap.3.dicẽs.Quòd ſicuti in acutis mobilibus & furioſis melius eſt feſtinare euacuationem,ſimiliter cum non fuerimus ſecuri,ꝙ uirtus perduret uſq; ad horam maturitatis,euacuabimus materiam peccantem ante maturitatem,poſtq̃ nobis cauerimus,i.attenderimus,ut ſciamus ſi materia peccans ſit

ſubtilis,aut craſſa: quoniam ſi craſſa fuerit,ipſa non debet educi donec ſit ſubtiliata, cum non ſit ita apta euacuationi,ſicut ſubtilis.& ſic uult Auic.ꝙ in omni febre putrida multæ materiæ & ſubtilis cócurrentibus conditionibus requiſitis ad euacuationem præter materiæ concoctionem & maxime in corpore robuſto & forti uirtute,materiá à principio conueuit minorare, maxime ſi à loco ubi eſt ſine periculo poſſit educi: Per hoc enim natura alleuiatur,⁊ bona criſis confideutius expectatur:ſecundũ dictum. ſi materia perfecte ſit cócocta, uidendum ſi nã mouet,aut non,ſi non mouet,moue tu motu conuenienti motui eius.ſi mouet, uidendum,an complete,an incomplete.Si complete ei permittẽdum, ut ſecũdum quod oportet facere faciat: ſi incomplete, oportet eam adiuuare: etiam ſi per loca conuenientia aut non,aĩaduertendũ,ut in aphor.Quæ ducere oportet &c̃.Qm̃ ſi per ꝯuenientia loca,conuenit ei adminiculari.Si uero non ꝓhibere,& diuertere oportet. ⁊ quę ſint loca conuenientia habes à Gal.7.methodi cap.ult. ubi inqt.uẽter uomitu deiectioneq; inaniſ.inteſtina dictione tm̃: ſicut etiã iecinoris caua.Renes uero & ueſica,ac iecinoris gibba,ſi multo uitioſo ſucco ſunt referta,p deiectiones ⁊ pharmaca deiectoria expurgãtur,ſin modico,per urinales meatus.Cerebrum uero per palatum,& nares,& aures.pectus & pulmones,per aſperam arteria,& fauces.Idem habes libro.11.& in libro de cóſtitutione artis medicinæ cap.19. Tertium dictum:ſi ſumus in caſu ubi materia ſit in parte cococta,& incipiat apparere aliquod ſignum concoctionis, & morbus ſit magnus.tũc debet Medicus cũ pharmaco mediocriter educente euacuare: cæteris tamen conſentientibus. & q̃ ſint iſta ſtatim dicam. Hoc tertium dictum habetur ex Hippoc.4.de ratione uictus acutorũ.44.ubi dicit:Quibus principio urinæ nebuloſæ & craſſæ exiſtunt,hos

annuetibus cæteris purgare oportet: quoniá ſi materia fuiſſet perfecte concocta, in urina, nó nebula: ſed hypoſtaſis apparuiſſet. Quartũ dictũ eſt Gal. prima aphor. cómen. 24. quando materia cruda eſt, & turgens, ſtatim eſt euacuanda, ſi cætera conſentiant: ut ſi uiæ ſint paratę, & febris uehemens non ſit: quoniá tunc oporteret febri attendere & infrigidare & humectare, & cognita ſit infirmi natura: qm̃ ut ſecũdo de róne uictus acutoꝝ cómen. 11. dixit Gal. Si hominis naturam non noueris, periculum eſt, ne plus iuſto uacues, uel nullo pacto uacuationem moueas: aut ſi moueris, non tamen ſufficiẽter uacues, quę omnia magnas in morbis acutis pariũt offenſas: nam alii natura difficulter purgantur, alii modico aſſumpto medicamento purgãtur copioſe. Sed dices, uidentur multa in contrarium, & Gale. & Auic. pluribus in locis: nam, 4. de ratione uictus acutorum. 29. Hippo. & Gale. in angina, facta ſanguinis detractione ex brachiis, & uenis ſub lingua, dant pharmacũ. Itẽ & Aui. in cap. de cura apoplexie. item materia nó turgente dát Hippoc. & Gal. ſcđo de ratione uictus acutorum pharmacum in pleuritide dolore deſcendẽte. item. 13. methodi cap. 5. dicit Gal. uidiſſe multos quibus phlegmon in oculis cæperat, ſola purgatione per uentrem inferiorem una die curatos eſſe. ſcđo Gale. in com̃. aphor. ſcđæ particulæ. cum morbi incohant &c̃. dicit ꝙ in morbis, in quibus ſperamus ſalutem futuram, tendandum in principio maiora adhibere remedia, ut ſunt uenæ ſectio & aliqñ purgatio, ut materia fiat minor, & natura poſſit reliquum facilius cócoquere. Et ſic uult Gal. ꝙ in principio poſſit materia cum pharmaco minorari. Dicẽdum ꝙ cum in corpore ſit phlegmon, ne humores fluant ad locum phlegmonis, oportet totũ corpus euacuare: qđ aliquando fit per ſolam phlebotomiam, aliquádo etiam per pharmacũ. & hoc non eſt agere ꝯtra regulam: aliud

enim eſt loqui de materia faciente morbum,& aliud eſt loqui de materia,quæ eſt in toto corpore,ſtans ſub forma cauſæ antecedentis:materia quę ſtat ſub forma antecedentis cauſæ pōt in principio euacuari: quoniā iſta aliquam habet concoctionem,& non quæ eſt in phlegmone.Ad id de pleuritide,Ioānes Manardus decipit: quoniam credit ſolum materiam turgere,quando materia eſt in motu ambiguo,quod nō eſt ita,ut ſupra fuit oſtenſum.Et ideo in pleuritide, dolore deſcendente materia turget:quia habet motum ad excretionem adiuuātem.Ad ſecundum argumentum Gal.in cōmen.dicit,ꝙ materia in principio eſt minoranda per uenæ ſectionē, quæ fit ferè ſemper:aliquādo autem per pharmacū,ſupple quādo materia turget,& nō aliter,Manardus in 3: libro epiſtolarum epiſtola prima uidens hunc modum loquendi Gal.qui dicit quòd interdum poſt ſectionem uenæ &c̄.dicit id quod antiqui faciebāt interdum,nos debemus ferè ſemper facere:quoniā tempore Hippoc.& Galeni homines magis moderate uiuebant,& non erāt repleti,ſicuti nunc. Antiqui enim uel parū uel nihil mane comedebant:quotidianis etiam exercitiis,frictionibus,balneis,ciborum ſuperflua diſcutiebāt, nec tot eſcarum uarietatibus utebantur: ſed hoc uidetur concludere contra ipm̄:nam Gale.in cōmen.illius aphor.in acutis paſſionibus raro, declarās cur raro ab initio in acutis purgandum:Dicit quia non niſi quādo materia turget,& eſto ꝙ materia turgeat, niſi uiæ ſint paratæ non eſt ab initio purgandum:non ſunt autem uię paratę ob humores craſſos & uiſcoſos,foramina per q̄ debet purgatio fieri obſtruentes.Si igitur hoc tempore homines longe magis,q̄ Hippoc.tēporibus ſint repleti:uiæ etiā erunt minus paratę.Ergo rarius hoc tempore ab initio pharmacum eſt exhibendum,q̄ tempore Hippo.ſed maior eſt difficultas:nam Gale.5.Methodi cap.14.in cura

eorum qui laborát catarrho falſo,inquit. Oportet aũt in principio nullius rei aquæ eſſe ſolicitum, q̃; ut neq; tuſſiant,neq; ex capite aliquid in pulmonem defluat.cauetur id triplici p̃ſidio purgatiõe primũ, cuius generis noſtræ ſunt pilulæ, quæ ex aloe/ſcamonea/coloquintida/agarico/bdellio,& gummi arabico conficiũtur ſecundo medicamine, quod diaſpermatón dicitur.tertio ipſi capiti prouidendo. Ecce ꝙ Gal. prima die non expectata concoctione exhibet pilulas cochias, q̃ ſunt inter fortia purgãtia.hoc idem fecit in tumore linguę, ut patet.14.Metho.cap.8.ubi inq̃t:ſane linguam ita tumefactã cuidam uidimus,ut ore hominis contineri nõ poſſet:is neq; uenã inciderat unquã, & ſexagenarius iã erat horaq; diei ferè decima cum ad eum primũ acceſſi. Ac mihi uiſus eſt uſitatus mihi pilulis, quæ ex aloe/ſcamonea/ꝛ coloquitida cõſtant, ueſpere datis purgamus. Huic reſpõdet ꝙ regula uera eſt quãdo uolumus morbum illu; curare:ſed quãdo uolumus ꝓhibere ne alius morbus deterior fiat,poſſumus à principio euacuare.ꝛ ita Gal.ibi non intendit catarrhum curare,ſed ꝓhibere ne ulcus fiat in pulmõe:& ꝓpterea dat in principio pilulas cochias, ut materiã à capite euacuet. operatur ergo ibi cura coacta:quoniam licet in cura regulari, non deberet materiã inconcoctam à capite euacuare, ut in aphoriſmo: tamen ut p̃ſeruet à deteriori malo, ut à phthiſi, dat pharmacum ante concoctionem: eodem modo dicendum eſt ad illud de tumore linguæ.

De humoribus digerendis. Cap.36.

DEMVM conſiderandum, an humor digerendus ſit,cholera,phlegma:aut melancholia.Et ſi cholera,aut nota,ſeu famoſa, cui phlegma eſt admixtum, aut minoris famæ, cui melancholia eſt admixta.Et ſi

nota ſit, aut eſt cirrina, cui phlegma ſubtile admiſcetur, aut uitellina, quæ fit ex permixtione craſſi phlegmatis cum ea, ſimilis, uitellis ouorum, in uiſcoſitate ſubſtantia, & groſſitie, & citrinitate, coloris non intenſa. Et ſi ſit minoris famæ, aut eſt, quæ proprie uocatur aduſta, quæ fit, quãdo cholera aduritur, & fit in ea cinis à quo non ſeparatur humidum eius, ſimilis uitellis ouorum in groſſicie, & citrinitate coloris intenſa, ignea, non in uiſcoſitate, & hæc eſt peior. Aut eſt, quæ fit, quando cholera nigra id eſt, melancholia naturalis deforis ad ueniens, cum rubea cholera miſcetur, cuius color eſt rubeus, non clarus, ſimilis ſanguini, non arteriali, aut quando naturali cholerę miſcetur melãcholia aduſta, aut eſt, quæ eſt non naturalis per cauſam in ſe, ſcilicet, quia eius ſubſtantia non eſt naturalis, non per cauſam extraneam, quæ ei admiſcetur, quæ fit, aut cum ſubtile ſanguinis aduritur, & groſſum fit cholera nigra, cuius generatio ſæpius eſt in hepate, aut cum ſubtile ſanguinis, qui putreſcit, cõuertitur in choleram, & ipſius craſſum in melancholiam. Aut eſt, quæ in ſtomacho magis generatur praſſina, à colore foliorum porri ſic dicta. Aut eruginoſa, cuius color eſt uiridis clarus.

Aut humor eſt phlegma mucilaginoſum, quod in ſuis partibus in ſubtilitate, & groſſitie ſenſibiliter eſt diuerſum. Aut crudum, quod ſenſui in ſubtilitate, & groſſitie apparet æquale. Aut aquoſum quod eſt ualde ſubtile, uelut aqua aliqualiter inſpiſſata. Aut uitreũ, quod uitro liquefacto ſimile eſt in uiſcoſitate & ponderoſitate. Aut eſt ſalſum, quod cæteris eſt magis mordax, & ſiccius, & leuius, propter choleram quam ſuſcipit in ſe. Aut acetoſum, propter melãcholiam acetoſam ſibi admixtam, aut propter ebullitionem, quæ phlegmati accidit. Aut ponticum, quod fit, aut ex alterius humoris cõmixtione, ut à melancholia pontica ſibi admixta, aut

ex alteratione phlegmatis in ſe ipſo. Sub pontico comprehenditur ſtipticum, quia non eſt, niſi ponticum remiſſum. Aut eſt inſipidum.

Aut humor eſt melãcholia, quæ eſt cinis choleræ, quæ ex aduſtione choleræ rubeæ generatur & eſt amara. Aut quæ generatur ex aduſtione phlegmatis ualde ſubtilis, & aquoſi, & eſt ſalſa. Aut eſt, quæ ex aduſtione phlegmatis craſſi, ⁊ tendit ad acetoſitatem, aut ponticitatem. Aut eſt quæ generatur ex aduſtione ſanguinis, & eſt ſalſa, parum trahens ad dulcedinem. Aut eſt, quæ generatur ex aduſtione melancholiæ naturalis ſubtilis, & eſt acris, ſicut acetum. Aut eſt, quæ ex melancholia craſſa, & eſt minoris acredinis. Species autem melancholię non naturalis ex pmixtione naturalis cum aliquo, uel aliquibus aliorum humorũ, ſenſui raro ſubiacent, tum propter melancholiæ naturalis paucitatem cõparatione ad alios humores, tum propter difficilẽ ipſius incorporabilitatem, cum aliis humoribus, ꝑpter ipſius grauitatem, qua deorſum trahitur.

Si ergo cholera fuerit citrina, digeſtiua debent eſſe, frigida, & humida, ſed minus humida. Exempli gratia, ſyrupi uiolati partem unam, ſyrupi roſati, partes duas Item ſyrupus acetoſus ſimplex, aut ſyrupus acetoſus ſimplex cum melle roſato colato, quod ſit minus ipſo acetoſo. Et ſi cholera ſit uitellina, digeſtiua debent eſſe frigida, aut temperata, ſubtiliatiua, aperitiua, inciſiua, cuiuſmodi ſunt, ſyrupus acetoſus ſimplex cũ melle roſato colato, oximel compoſitum, ſyrupus de biſantijs cũ aceto, ſyrupus de duabus radicibus cũ aceto. Et hæc cõponant diuerſimode ſm diuerſitatem proportionũ materiarũ cholericaꝝ ad phlegmaticas. Et ſi fuerit cholera pura digeſtiua debent eſſe magis frigida, q̃ in non pura, & ſi fuerit cholera aduſta, debent eſſe frigida, ſed humida magis, & minus ſm maiorem, uel minorẽ adu

ſtionē.℞.g.ſyrupus uiolatus ſyru.de endi.de ſucco endiuiæ,ſyrupus de ſucco acetoſę,ſyrupus de pomis acetoſis Meſ.ſyrupus de nenuphare.Praſſina, & ęruginoſa, deteriores omnibus,non recipiunt digeſtionē, qa ſunt uenena pernicioſa cito interimentia, ſi nō expellantur.

Si uero phlegma mucilaginoſum ſit,crudum, aut uitreū, digeſtiua debent eſſe calida incisiua, aperitiua, cuiuſmodi ſunt,mel roſatum colatum cum ſyrupo acetoſo de duabus radicibus.Aut ſyrupus acetoſus, de quinq; radicibus,aut oximel compoſitum, & ſi fuerit aquoſum,digeſtiuum debet eſſe medium in actiuis, uel parū declinans ad latus caliditatis, & ſiccū in paſſiuis, Et ſi phlegma ſit ponticum,aut acetoſum debent digeſtiua declinare ad caliditatem,& ſiccitatem,ſed debent eſſe minus calida,q̃ ſint digeſtiua uitrei,cum uitreū ſit frigidius pontico, & acetoſo.Et intelligo de pontico, & acetoſo,ut ſunt talia per ſe,& non per admixtionem choleræ nigræ cum eis.Et ſi phlegma fuerit ſalſum,aut in eo coniungitur cholera cum phlegmate ſubtili, & aquoſo,aut cum craſſo.Si cum phlegmate ſubtili, eius digeſtiuum in actiuis debet eſſe temperatum,aut declinare ad frigidum, ſi fuerit multum ſalſum.Et ſimiliter in paſſiuis temperatum,aut declinare aliqualiter ad latus humiditatis,aut aliquando ad latus ſiccitatis.Si autem in eo iuncta eſt cholera cum phlegmate craſſo,digeſtiuum debet eſſe ſubtiliatiuum.In his enim oportet uariare ſm uariam adinuicem humorum proportionem,ut ſupra.

Si uero humor ſit melancholia,q̃ ex aduſtione choleræ rubeæ generatur, digeſtiua debent eſſe in actiuis temperata,aut ad frigidum tendentia,magis, & minus frigida ſm maiorē & minorē aduſtionē.Et in paſſiuis humida conſimiliter magis & minus.Si uero fuerit melancholia,quæ generatur ex aduſtione melancholiæ naturalis

naturalis ſubtilis,aut craſſæ,digeſtiua eius quæ genera tur ex ſubtili,debent eſſe frigidiora,& humidiora,quo niam & ſi tam aduſtionem ſubtilis,q̃ groſſæ,ſequatur incineratio,tamen in ſubtili maior eſt incineratio, & in craſſo terreſtrificatio maior.Et ſm hæc inuenies di- geſtiua melãcholiæ,quæ generatur ex aduſtione phleg matis,& quæ ex aduſtione ſanguinis.

Debes etiam ante compoſitionem medicinarũ colli gere ex dictis intentiones omnes,quæ neceſſario uiden tur conſiderandæ in remotione ægritudinis,habito ta men primo reſpectu ad uirtutẽ,& prima ſumitur à quã titate morbi in ſe.Secunda à materia eius,ut qualitate, quantitate,ſubſtantia.Tertia à loco.Quarta à tempo- re.Quinta à natura membri, & ipſius colligantia.Sex ta ab his,quæ conſentiunt,uel diſſentiunt.Propter pri- mam intentionem,medicina tota debet eleuari in gra- du tantum,ſm quod præternaturalis diſpoſitio ſupra naturalẽ eleuatur, ut ſi præternaturalis diſpoſitio ele- uetur per duos gradus, & medicina per duos gradus. Item ſi morbus eſt fortis,& medicina debet eſſe fortis, ſi debilis debilis ſemper proportionabiliter.Propter ſe cundam intentionem,eligenda eſt medicina alteratiua contrariæ qualitatis quantum ad primam qualitatem, & propter quantitatem,eligenda eſt talis uirtutis ſecũ dæ,ut reſolutiua.Et ſimiliter propter ſubſtantiam, ut groſſam,ſubtiliatiua,uiſcoſam,inciſiua.Et ſimiliter ma gis,ꝛ minus reſolutiua,& ſubtiliatiua,ſm multitudinẽ, & groſſitiẽ maiorẽ,ꝛ minorẽ ipſius materiei.Et eligẽda eſt medicina ſolutiua, ſi mã ſit calida cholerica q̃ cho- leram educit,& ſi phlegmatica,quæ phlegma educit.Et ſi multa,de qua ſit timor,à principio eſt euacuanda.Et ſi non multa, prius digerenda, deinde euacuanda.Et ſi groſſa,& uiſcoſa,eligenda eſt medicina,quæ groſſam educat.Propter tertiam,eligenda eſt medicina uirtutis

tertiæ,ut ſi in capite eſt ægritudo,medicina debet eſſe, capitalis,& ſi in hepate,hepatica.Propter quartam,moderaẽ medicina propter intentionem ſumptã à qualitate mãæ morbi,ut qa in principio,nõ debet ita eẽ calida & frigida,cõmiſcẽdo eã cũ alia,q̃ eius caliditatẽ,aut frigiditatẽ remittat,ꝛ ſolutiua nõ debẽt eẽ fortia tm̃,ſicut inſtatu,aut declinatione,quando,materia eſt bene digeſta.Propter quintam,quia membrũ,cui debet applicari medicina eſt raræ ſubſtantiæ, & diſſolubilis, eligitur medicina,quę prohibet eius diſſolutionẽ,ex applicatione medicinę uehemẽter calidę,ut cõmiſcendo ſtiptica, nam cũ hepati uolumus applicare calida reſoluẽtia materiã in eo cõtentã, debemus cũ his commiſcere ſtiptica ipſum cõfortantia,& eius reſolutionẽ prohibentia, ut ſpica,ſpodiũ,& ſimilia.Item cũ debile eſt membrum aut frigidum,non debemus uehemẽtia calida,aut frigida ei applicare,quoniam uirtutes exterminantur.Et propter membrum colligatum deſpicit medicus quandoq; medicinam, quæ conueniens eſſet multum illi morbo,ut uerbi gratia in febre tertiana pura, ratione caumatis cordis,competeret potus plurimæ aquæ frigidæ,qui prohibetur propter debilitatem multam ſtomachi cordi alligati.Propter ultimam intentionem, colligitur doſis medicinę,alia:& alia,ut maior in iuuẽtute,& fortior,minor in pueritia,ſimiliter,& debilior, & in hyeme fortior,in æſtate debilior &c̃.

De ſyrupis,decoctionibus,& aquis.Cap.37.

DICAMVS ergo de ſyrupis ꝛ primo de eorum quãtitate danda,ſunt qui dãt vnc.i.ſ.ſyrupi uel ſyruporũ,ꝛ aquę,uel aquaꝝ in duplo vnc.iij.quia propter raritatẽ aq̃ ipſa duplicata,æq̃ potens cum ſyrupo efficitur,etiam ut aquæ ducant ſyrupos ad loca ægritudi-

num,quia interdum ſyrupi nō reſpiciunt mēbra corporis,ſicut aqua. Sūnt alii,qui ē contra faciunt,dant ſyrupi,uel ſyruporum vnc.iij. & aquæ uel aquarū vnc.i.ſ. Auenzoar quaſi ſemp̄ de ſyrupo dat vnc.ij.& aquis vnc.v.& Gerardus de ſolo nono Almanſoris uult,q̄ dentur ſyrupi vnc.iiij.& aquæ vnc.vi.Et in hanc ſententiā concurrit Matthæus de Gradi in eodē nono. Primus modus,eſt cōmunis,& ab aliq̄bus magis laudatur,cui non contradicit Gal.p̄ regiminis acutorum cōmen.42.ſecū dum tranſlationem antiquā dicens,q̄ de potu aquæ in extinctione febris dādum eſt, quātum infirmus ſumere poteſt uno anhelitu,ſed qđ de oximelle bibitur eſt quātitas parua,quia minor quātitas, quæ de ipſo poteſt dari omni die uice una ſunt vnc.iiij.ſ. Et ſecundū nouam dicens potio frigidę aquæ tanta ſit,quātum æger in ſpirando haurire poſſit.Oximellitis uero exiguum datur, neq; ſingulis oblationibus plus dimidio ſufficiens quātitas ſyrupi erit vnc.iij.& aquæ vnc.vj. nam quātitas q̄ ſumit̃ unico hauſtu eſt vnc.xviij.dimidiū erit vnc.viiij. Et hunc modum magis laudo,ſiue ergo unus erit ſyrupus,ſiue duo,ſiue tres, cōiter quātitas ſyrupi in corpore mediocri debet eſſe vnc.i.ſ.& aquæ in duplo vnc.iij. Nam quādoq; medicus unam tantū habet intentionē, quādoq; duas,& quādoq; tres. Et ideo quādoq; duo, uel tres adinuicē ſyrupi miſcentur. Nam ſi intentio medici fuerit ad alterandum ſolum malam complexionē calidam, dabit vnc.i.ſ.ſyrupi de endiuia, & vnc.iij.aq̄ endiuiæ.Et ſi intentio fuerit ad duo, ut ad remouendā malam complexionē calidam,& ad aperiendum, dabit ſyrupum de endiuia,rōne remotionis malę complexionis cal'æ cum aqua endiuię,rōne uero apertionis,dabit ſyrupū biſantinū cū aq̄ feniculi,ut ſic dicēdo:R'.ſyrupi de endiuia,ſyrupi biſantini añ ℥.vi.aquarum endiuiæ feniculi añ.vnc.i.ſ.miſce. Et ſi intentio Medici fuerit ad

tria, ut ad malã cõplexionẽ calidã remouendã, ad aperiendum,& incidendum, tũc dabit tres ſyrupos, ſcilicet ſyrupum de endiuia, pro remotione malæ complexionis calidæ, cum aqua endiuiæ, pro apertione, ſyrupum biſantinum cum aqua feniculi, pro inciſiõe ſyrupũ acetoſum ſimplicẽ cum aqua acetoſæ, ſic dicẽdo: R. ſyrupi de endiuia, ſyrupi biſantini, acetoſi ſimplicis añ. vnc.5. aquarum endiuiæ, feniculi, acetoſæ añ. vnc.i. miſce. Et aqua ponitur in ſyrupis, quia iuuat ad penetrationẽ, ut Meſue diſt. vi. de oximelle ſimplici dixit. & debent aq̃ ſyrupis ꝓportionari: uerum pro poſſe ſemper altera debet eſſe cordialis, ut uirtus regitiua cõfortetur. Debẽt etiam ſyrupi membris, quæ magis reſpiciunt adaptari, quoniam ut inquit Meſue in de cõſolatione medicinarum, medicina quælibet proprietatem habet, ut unum membrum magis q̃ aliud reſpiciat. Et debent ſumi per tantum tẽporis ante cibum, ut uentriculus hora capiendi cibuȝ ab eis ſit uacuus, ſm Gale.3. de ratione uictus acutorum cõmen.34.

Syrupi choleram digerentes ſunt,

Syrupus de papauere }
Syrupus de nenuphare } Caput reſpiciunt.

Gul. Placentini.

Syrupus uiolaꝝ ex infuſiõe }
Syrupus uiolatus cõpoſitus } cap. pectus, renes.
Iuleb uiolatum. }

Syrupus de iuiubis. } Pectus.

De iuiubis dicit Gal.2. de alimentis cap.31. Non reperi iuiubas in conſeruanda ſanitate & remouenda ægritudine aliquid operantes: ſed reperi eas difficilis conco-

ctionis,& pauci nutrimenti.Idem confirmauit Auic.2. can.cap.de eis,& dicit,ꝙ frigidæ ſunt in primo,parum declinantes ad humiditatem, & ꝙ incraſſant ſanguinē, & uiſcoſum faciunt ipſum: & propterea ſyrupus de eis non uidetur in pleuritide bene cōuenire, in qua potius ſubtilitate ſanguinis phlegmonis indigemus.

Syrupus acetoſus ſimplex Oxiſachara,Nicolai Iuleb roſatum Syrupus de ſucco roſarum Syrupus roſatus ex infuſione roſaꝝ recētium Syrupus roſatus ex infuſione roſarum ſiccarum magiſtralis,& iſte,eſt q̄ utimur in fluxu uentris ex materia calida. Syrupus de portulaca Syrupus de Ribes Syrupus de granatis Syrppus de granis mirti Miua cydoniorum.	Stomachum.

Fit cum ſpeciebus & ſine ſpeciebus.

Syrupus de endiuia,Gentilis. Syrupus de ſucco endiuię magiſtralis Syrupus de cicorea,Gulielmi Placentini Et Nicol.Florē.cap. de oppilatione hepatis fit cum reubarbaro,& ſine reubarbaro Syrupus de portulaca.	Hepar.

Syrupus de acetoſitate citri Syrupus de ſucco acetoſæ Syrupus de ribes.	Cor.

Aqua hordei etiam humores calidos digerit, cuius compoſitio,ut eſt potus medicinalis, communiter ſic deſcribitur.℞ hordei integri pręparati lib.5.aquæ fon

tis lib.10.decoquantur ſimul uſq; ad conſumptionem medietatis aquæ,aut duarũ partium eius.Deinde coletur,& reponatur in uaſe mũdo,& in loco frigido cuſtodiatur.Hęc aqua inquit Meſ.uirtutem habet lenitiuam, reſultantem in ea,aqua,& medulla hordei,abſterſiuam, & lauatiuam,à nitroſitate quadam expanſa in cortice hordei interiori regente medullam eius.Et eſt facilis lauatiua,& ſputi facilitatiua,uẽtrem lubricat,oppilationes aperit,& urinam prouocat.Dicit Auerroes quinto coll'.3.capite triceſimo primo,ſic debet fieri aqua hordei:Infundantur grana hordei in aqua integra,non cõtuſa,& in una parte hordei debent poni 20.partes aquę frigidæ,& debent ſic dimitti in aqua quatuor horis, & poſtea coquantur, donec adipiſcantur rubedinẽ quaſi uinum,& ſi fiat hoc modo non inflat,& hæc eſt laudabilis in ægritudinibus calidis,& ſiccis,quia refrigerat, humectat,temperat,abſtergit,generat laudabilẽ humorem mirabiliter,non inflat,non moratur ad deſcendendum à ſtomacho,& nobis hoc totũ experientia dedit. Dicit ſecundo,quòd qui frangunt hordeum,uel terunt ipſum prius peccant,quia nõ eſt ab eo priuata inflatio, niſi propter infuſionem.Et grana non trahunt aquam, neq; recipiunt infuſionem,niſi propter uirtutem attractiuam,quæ eſt in eis.Et uirtus attractiua nõ eſt in granis quando ſeminantur,& nõ naſcuntur.Et nõ naſcuntur,niſi quando ſeminantur integra.Et ſi frangerentur priuſq̃ ſeminata eſſent,non naſcerent̃,quia hæc uirtus attractiua eſt in eis,ſicut forma ſpecifica fixa in totalitate totius grani,hoc eſt,quàndo partes continuæ ſunt, & coniunctæ ſimul.Et eſt ſimile hoc colori ſmaragdi, uel alterius lapidis pretioſi, quod eſt,quia quãdo partes ſuæ ſunt coniunctæ ſimul,eſt in eis,& quando ſunt ſeparatæ,priuatur ab eis.Et ſic teſtificatum eſt à mirabili Auenzoar in libro ſuo,qui dicitur theiſir , quia iſte

fuit ſupremus in ſcientia medicinæ à Galeno uſque ad tempora noſtra. Et ab eo hęc habui. Hæc Auerrois ibi. Et dicit Meſue hordeum fricetur cum panno aſpero fricatione uehementi uſq; ad ſeparationem tenuium corticum, & ſit ſubtile medium inter antiquum & nouum, ſuper quod nō cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de contagione fumi, aut pulueris, & conſeruatum fuerit in loco aeris liberi, & maturitate ſua perfectum. Sed Galenus maiorem quærens humectationem primo de ratione uictus cō. 28. probatiſſimum hordeum eſſe dixit, quod plenū ſit, & nihil rugoſum in ſe habeat, per decoctionē plurimū intumeſcens, & ſuccū plurimū faciens. Et dicit Auic. prima quarti, eligatur ex aqua ordei illud, qđ rubeū eſt ſubtile, qa hęc eſt pars ſubtilior ipſius ptiſanę, cuius nutrimentū minus eſt groſſo eius, ſed magis abſtergit, fortius abluit, ⁊ ſuperfluitates, quibus obuiat ab ea plus extrahuntur. Et digeſtio calidorū humorū, q̄ ſit ab ea, multa eſt, ⁊ infrigidatio eius ęq̄lis. Et magis dilectū mihi in huiuſmodi eſt, ut non ſit plurimum decocta, ſed ſm̄ mēſuram q̄ aufert inflationem & non perueniat ad hoc, ut faciat ipſam uiſcoſam uehementer. & parum infra notat, ꝙ non eſt in potu danda, dum uenter eſt conſtipatus: immo anteq̄; detur ſoluendus eſt cum clyſteri, ſalte; lenitiuo. & ratio uidetur: qm̄ ipſa uirtutem habet abſtergendi, & laudandi ſuperfluitates, quas conducit ad loca fecum. Prohibet ergo ab exitu ob fecum obuiationē nocebunt euaporantes, aut ad uenas motæ: neq; per huius aquæ in morbo exhibitionem, poteſt motus naturæ, ⁊ criſis impediri quoniā ipſa eſt de his, quæ leuiter, & non per uiam unam tantū excretiones euacuat, ſicuti etiam oximel, aqua mellis, & apii decoctio: error enim cōmunis eſt Medicorum noſtri temporis, qui ſtatim in principio iubēt dari ſemina cōmunia, quæ ualde urinam ꝓuocant, non reſpicientes

ad id Hippoc.prima apho.quæ ducere oportet,quò ma gis natura uergit &c.Nam ſemper natura locum magis conuenientem eligit pro materiæ peccantis euacuatio ne:non debet tamen nauſeantibus hæc aqua exhiberi: qm̃ ob eius intenſam humectationem os uentriculi re laxat,& nauſeam facit.

Deſcriptionem ſyrupi de cydoniis ponit Gal.8.Mia mir,&.6.de tuenda ſanitate prope finem: & Auic.5.can. ſumma prima tract.6.ſed differt deſcriptio Auic.ab illa Gale,quoniã Gal.ponit acetum,ꝛ Auic.non,ſed accipit cydonia acetoſa.Differũt & in alio:quia Auic.cum ſuc co cydoniorum decoquit uinũ quéadmodũ & Meſue, & Gal.loco uini ponit acetũ,Auic.prius decoquit ſuc cum cydoniorum:poſt addit mel:Gal.decoquit à prin cipio omnia,ꝛ.6.Miamir dicit,Si ſucci ſunt ſubtiles,nõ debet addi mel à principio:prius enim debet decoq ſuc cus,ut aliqualiter inſpiſſetur,ne ſi addatur mel à princi pio nimis decoquatur.ubi autem ſucci ſunt ſpiſſi poteſt poni mel à principio: & acetuȝ poſuit, ut det cydoniis, quæ ſtiptica ſunt penetratioñe ut poſſint intra tunicas & per totam uentriculi ſubſtantiam penetrare,ꝛ uirtus eius ſatis tunditur ratione mellis & decoctionis.Sic de eo ſcribit.6.de tuenda ſanitate. Medicamẽtũ qđ ex ma lorum ſucco conficit̃,ꝙ tum ad appetentiaȝ excitandã his quibus ea lãguet, eſt utile: tum ad concoctionẽ his qui parum feliciter cibos concoquunt:& in ſũma uẽtri robur conciliat.Laudato igitur homine: quod admo nuit,appoſui & compoſitionẽ ipſius,quæ ad hunc mo dum ſe habet: accipies ſucci malorum cotoneorũ quæ dulciora maioraq; ſunt ac minus acerba, quæque no ſtrates in Aſia Græce ſtruthia uocant,Sextarios Roma nos duos,quibus mellis optime tantũdeȝ miſcebis,ace ti ſextarium unũ ꝛ ſemiſſem:hæc cum ſuper prunas mo dice coxeris,& ſpumam detraxeris,immittes ȝinȝiberis

vncias treis,piperis albi duas.dein rurſus in ſimili igni recoques,donec mellis craſſitudo exiſtat. Qua utique craſſitudine ſtomachi ea medicamenta pparari ſolent. Hoc uero medicamentum etiam his quibus inualidũ iecur eſt, ſalutare in primis eſt. Illud uero latere non debet ieiunis id maxime dandũ eſſe,mediocris myſtri modo: quãq; nec ſi à cibo ſit ſumptũ,quicq; lædit. Cómode quoq; dabitur etiam ſi prius pranſus quiſpiam ante cœnam id ſumpſerit. Maxime tamen tempeſtiue id duabus horis aut tribus ante cibũ obtuleris. Quod ſi id adſtringere magis uoles,etiam cotoneorum ſucco conficias: cæterum ſi cui uenter intẽperie caloris laborat, aut etiam bili quouis modo abundat,huic auferri & piper & zinziber debebit, ac ſuccus malorũ cum aceto & melle tantum ad præſcriptam craſſitudinem coctus dari. qui uero medio temperamẽto uentres habent, ita ut nec bilioſum excrementum, nec pituitoſum congerãt: his piperis & zinziberis dimidium eius qui pdictus eſt modi,ſat erit: ita nimirum,ut ſit piperis uncia una,zinziberis una & ſemis. At quibus frigiditas tẽperiẽ uitiat: his q̃tuor zinziberis,piperis treis aut duas & ſemis uncias iniicies. licebit & cum ad medium modũ ppraueris,in ipſo uſu piper addere. Atq; ad hunc modum his quibus in diuerſis membris pugnantia temperamenta ſunt,conſulendum cenſemus.

Syrupi phlegma digerentes.

Syrupus de betonica,Magiſtralis	℥
Syrupus de ſticados	℥
Oximel ſquilliticum	
Aqua mellis	Caput.
Syrupus de abſinthio	℥
Syrupus de corticibus citri.	℥

Syrupus de liquiritia, quãdo fit cum aqua roſarũ, non datur pleureticis: cum ipſa ſit ſtiptica: ſed bene in catarrho partes pectoris relaxãte

Syrupus de hyſopo Syrupus de praſſio Syrupus de calamento Syrupus de thimo Aqua mellis	Pectus.
Syrupus biſantinus	Cor.

Fit ſyrupus iſte cum aceto & ſine aceto.

Syrupus de menta Oximel ſimplex Oximel compoſitum Syrupus de abſinthio Syrupus de corticib⁹ citri Mel roſatum colatum	Stomachum.
Syrupus acetoſus cum radicibus, queꝫ uocant de duabus radicibus Syrupus acetoſus dia rhodon Syrupus de eupatorio Syrupus de quinqꝫ radicibus, magiſtralis Radices abſolute prolatæ ſunt quinqꝫ, ſcilicet, feniculi, apii, petroſelini, bruſci, & aſparagi. Et de iſtis ſolũ duę ingrediũtur componem ſyrupi acetoſi cũ radicibus.	Hepar.
Syrupus de artemiſia.	Matricem.

De mulſa ſeu aqua mellis dicit Gal. ꝙ abſtergit, digerit, aperit, putredinem uacuat, uentrem ſubducit, urinã prouocat, nutrit, & ad expuitionem craſſorum humorum eſt conueniẽtiſſima. Et dicit Meſue cap. de ea, ualet ad ægritudines frigidas, ꝛ proprie quę ſunt in cerebro

& neruis,& confert ad tuſſim humidam, & mundificat pectus à ſanie & humore craſſo.& confert uiis urinę,ꝛ nō permittit in eis lapidē generari & mūdificat per urinam,& confert cholicæ, & lauat & abſtergit uiſcera,& ſoluit & mundificat uentrem à fecibus.Et dixit Gale.8. Methodi cap.4 ꝛ.3.de ratione uictus acutorū cōmē.15. ꝙ fit tribus modis: uno mō cum pauco melle & multa aqua, & eſt ualde aquoſa. Secundo modo cum multo melle & parum aquę: & Hippoc.merationem uocat. Alio eſt quæ medio modo ſe habet.Et dicit,quæ pluri-mæ aquoſitatis eſt,parum nutrit,minus ſubducit,& minus etiam abſtergit,ſputum magis educit, & pulmones lenit; ꝛ ad penetrationem urinarum magis idonea exiſtit.Illa uero quę eſt paucę aquoſitatis,plus nūtrit plus abſtergit,plus uentrem ſubducit,ſitim facit,& uiſcoſuꝫ ſputum reddit.Media uero mediocriter abſtergit, ſubducit,& medio modo nutrit:fieri debet cū meliori aq̄, quæ inueniri poſſit:& optimo melle:ꝛ de proportione mellis ad aquam. Dioſc.cap. de aqua mulſa accipit unā partem mellis & duas aq̄. Meſue cap.de ea accipit octo partes aquæ & unam mellis: Gale.in hoc non ſe determinat:qm̄ poteſt fieri magis aquoſa ꝛ minus aquoſa, ſecundum ꝙ medicus magis uel minus intendit nutrire, abſtergere,& uentrem ſubducere: & ſecundū quod guſtui magis delectat,ſicuti dicit Gale.3.de ratione uictus acutorum de aceto in oximelli. ꝛ de termino eius decoctionis dicit Dioſco.decoquatur uſqꝫ ad tertiam partē totius.Gal.uero dicit decoquatur uſqꝫ ad conſumptionē ſpumę.i.donec remota fuerit tota eius ſpuma, qm̄: ut dicit Auicē. mel cuius ſpuma non eſt eiecta inflat & uentrem ſoluit.& hoc uult Meſue dicens, Coquatur cū facilitate & auferatur ſpuma eius & non dimittatur ſuper ipſum multiplicari: imo q̄ꝫ cito apparet auferatur, deinde coletur.decoquitur tamen magis & minus, ſm

ꝙ Medicus intendit magis nutrire, uel minus nutrire, plus ſubducere,& minus ſubducere: nam quãdo mel eſt magis coctum magis nutrit,& minus ſubducit: quãdo uero eſt minus coctũ minus nutrit & magis ſubducit, & mel bonum ſm Dioſco.⁊ Gal.7.Methodi cap.6.⁊.4. de tuẽda ſanitate circa medium,quo ad colorem eſt qđ eſt flauum,non album,perlucidum & tranſparens: quãtum ad ſaporẽ,quod eſt dulce cum aliqua acuitate,gratum guſtui:quãtum ad odorẽ,qđ eſt ſuaue,& non horribile:quãtum ad ſubſtãtiam,quod eſt tenax,ita ut ſi digito in altum eleuetur,ſeruet eius continuitatem,& nõ abrumpatur:naꝫ quãdo abrumpitur,aut craſſius eſt,ꝙ̃ oportet,aut tenuius,aut partium diſſimilium:⁊ ita mel optimum debet eſſe cum omnibus his dictis conditionibus,ꝙ.ſ.ſit flauum, perlucidũ, ſuaui odore, & guſtui gratum,& ſubſtantia tenaci,idem dixit & Auicẽ.de eius temperatura.Gale.& Auic.dicunt,ꝙ eſt calidũ in ſcđo: & intelligitur in principio ſcđi gradus,quoniã ut dicit Auenzoar in libro primo tract.10.cap.4. cum ſit dulce non longe recedit à temperamento.

Oximellitis q̃tuor modos cõpoſitionis docet Gale. 4.de ſanitate tuenda.Primus eſt,ut partes æquales mellis & aceti decoquãtur uſqꝫ ad ſpiſſitudinẽ,ſemper ſpumam auferendo:& cum uti uoles, aquam ei coctam miſcebis, ita ut bibi poſſit. Secundus modus eſt (& iſte eſt qui pluribus placet)ut capiatur una pars aceti & duplũ mellis,à quo detracta ſit ſpuma, ⁊ ambo ſine aqua in leni igni coquãtur donec eorum qualitates in unum cogerint,& nec acetum amplius crudũ apparebit.Tertius modus eſt,ut capiant̃ partes quatuor aquæ,& una mellis,& poſtea decoquantur uſqꝫ quo detracta ſit ſpuma, poſt uero dimidio aceti adiecto rurſus coquendum,do nec qualitatum omnino ſit unitas,nec acetum, cruduꝫ etiam appareat.Conficitur & quarto modo, cum aceti

unī parti additur mellis duplum,⁊ aquæ quadruplum, & omnia ſimul coquūtur,ſpuma detracta,uſq; ad mellis liquidi craſſitudinē,& uſq; quo remaneat tertia uel quarta ps totius decocti. Et dicit Gal.ſi ualētius id uis facere tantūdem iniicies aceti quātum mellis. Meſue accepit hunc quartum modū:ſed non decoquit eo modo quo Gale.nam ipſe primo facit decoctionē mellis & aq̄ ſimul,poſtea addit acetum.& hoc non uult Gal.Nam ſi decoquatur prius mel & aqua,& poſtea ponatur acetū, tunc modica erit quātitas aquæ, & acetum erit plus q̄; conueniat,& non poterit acetum benē cōcoqui,& eius uirtus bene refrangi.Et ideo quādo uis facere omnium decoctionem debes in principio capere ptem unā aceti partes duas mellis, & quatuor aquæ: ſi uero uis ſeorſum decoquere,ut iubet Meſue, tunc debes ponere minus aceti,& facere ut facit Gale.tertio modo: ut exēpli gratia accipere q̄tuor lib. aquæ & duas mellis & ſimul decoquere,poſtea addere mediā lib. aceti.& dicit Gale. ꝙ non debet fieri oximel ſemp uno & eodē modo,quoniam uariis ſunt guſtus hominū nec unū omnibus placet.Et propterea male faciunt illi,qui ſemper oximel eodem modo componūt,& ſubiungit,ꝙ iſti uidētur ſimiles illis qui bibentes omnes ſimiliter aquā uino miſcere cenſent:quaſi omnes habeant eundē guſtum, & eodē indigeant uini temperamento.Cum igitur in uino tam nobis familiari non debet hoc fieri, multo magis oximellite nobis minus familiari.Et dixit Gale.in conſilio pueri epileptici,ꝙ oximel acetoſiſſimu; eſt quod habet quartam partem aceti reſpectu mellis loquitur de acutiſſimo oximellite qđ dari poteſt illi puero epileptico, & non abſolute:Cum ægritudo ſit neruorū & cerebri, & in puero membra debilia habēte,in quo acetum ualde noceret.Oximellitis iuuamenta & nocumēta habes à Gale.8.Methodi cap.4.&.11.eiuſdem cap.9.&.11.item

& 3. de ratione uictus acutorũ cõmen.23. Nam incidit, ſubtiliat, detergit, meatus obſtructos aperit, putredinẽ uacuat & ipſum inter ea quę non accendunt febrẽ, optime expurgat ea q̃ expurganda ſunt. & dicit Meſue multorum ex iuuamentorum propriorum qui ſunt in corpore toto, & ad materias quæ ſunt in iuncturis ꝓprie: quoniam eam reſoluit & diuidit, & humorem craſſum qui eſt in ſtomacho & hepate ſubtiliat. & efficax eſt in materias feb. longi temporis quoniam diuidit & maturat eas. Nocumenta uero eius ſunt: quoniã ſi nimis acetoſuȝ ſit, aut immodice utatur, inteſtina radit, & tuſſim excitat, & neruoſa lædit. Et ſubiungit Gal ibi. 11. Methodi, ꝙ difficile eſt eiuſmodi aliquod auxiliuȝ inuenire in febre acuta cum obſtructione, quod citra ullam noxaȝ magnifice profit, ut oximel. Item oportet ꝙ non ſit nimis dulce: quoniam in his febribus dulcia facile cõuertuntur in bilem. Et ideo in compoſitione eius debet poni tantum aceri, ut prohibeatur ne mel in bilem cõuertatur. Et propterea aqua mellis in febribus acutis prohiberi ſolet. Gal. 3, de ratione uictus acutorum cõmen. 27. dicit de oximellite acri, ꝙ non iuuabit, ſi ægri uires nõ ualent: quoniã duorum alterum efficiet: nam uel ꝓrſus non ſecabit: ſed quod glutinoſum' eſt glutinoſius reddet, uel diſſecabit abſtergetq;: ueruȝ ſubitã uniuerſamq; tum eductionem, tum euacuationem quã mollietur nõ ſufferente natura continget tranſgulari hominem. Idẽ ferè dicendum eſt de ſyrupo acetoſo ſimpli. qui fit cum melle cãnarum, quod ȝuccharum dicitur, & aceto: Gal. primo ad Glauconem de cura quotidianæ, oximellite non utitur in principio ante tres dies. Item & Auic. prima quarti tractatu. 2. cap. 55. de cura phlegmaticę dicit. Cura diuerſificatur ẜm materias ſuas: & omnes eius ſpecies cõmunicãt in hora principii in tribus rebus, in neceſſitate lenificatiõis ęqualis aut uomitus: & in neceſſi-

tate adminiſtrationis ſubtiliantium & incidentium ,& diureticorum. Et cum ſuper uenerint febri dies tres, ſub tiliatur in ea materia propter febrem: ⁊ ſi ante illud mo uebis,nocebis,& non facies aliquid: etiam hoc confir mauit Serapio.6.breuiarii cap.13.dicens.Curatio huius febris uniuerſaliter in inceptione poſt tres dies aut qua tuor eſt cum rebus,quæ ſubtiliant & incidunt ſicut ſe quenebin.i.ſyrupo acetoſo,& quæ prouocant urinam: & ratio eſt, quoniam tunc materia febris in fluxu eſt,& nondum reſedit,& nã etiam nouitate caſus eſt perterri ta:& hæc febris inchoat ut plurimuꝫ cum ſatietate nau ſeatiua. Si ergo tunc dederis ſubtiliatiua,materiam fluẽ tem profundari facies amplius in membris & cibum in digeſtum penetrare ad uenas:& natura territa nó regu labit opus medicinæ. In oximelle uero ſcylino eſt uir tus ſcyllæ,quæ eſt calida in ſecundo. Sed nunquid ace tum ſcyllinum magis noceat neruis,q̃ꝫ aliud Dioſco.li bro.5. cap.de eo dicit,ꝙ confert neruis, & ægritudini bus frigidis ut epilepſiæ: oppoſitũ uidetur dicere Gale. in conſilio pueri epileptici in ultimis uerbis, ubi dicit, ꝙ in illo aliqui utebãtur ſcyllina aqua,aliq ſcyllini ace to,ꝙ ſcyllinum acetũ/inquit/non eſt omnino innocuũ neruis.Et iſta nõ repugnant:quoniam ſtat ꝙ acetũ ſcyl linum ualde iuuet neruis,& ægritudinibus neruorum, incidendo materias pituitoſas,& calefaciendo eas,& ꝙ habeat aliquid parum nocumenti: ſed longe maius eſt iuuamẽtum q̃ꝫ nocumentũ. De tẽperamento aceti dicit Gale.p̃ ſimplicium cap.19. ipſum mixtæ eſſe ſubſtantiæ frigidæ & calidæ:à p̃dominio tamen frigidum,& dixit libro.8.cap.de eo,ſiccum eſſe in.3. & de gradu frigidita tis nihil dixit determinate. Poſſumus tamẽ dicere ꝙ eſt frigidum in principio tertii:quoniam manifeſte infrigi dat,& multis numeris plus recedit à temperamẽto per frigidum,q̃ꝫ mel per calidum, ut dicit.4.ſimpli. cap.11.

ſed mel eſt calidum in principio ſecũdi, ut fuit dictum: quoniã cum re dulci non poteſt ſtare multa caliditas. Igitur in tertio erit acetum frigidum,⁊ dixit libro p̊,ꝙ antiquius & magis acutum eſt magis calidum,& nouũ magis frigidũ. Et caue ne dicas ipſũ eſſe ſtipticum, etiã ꝙ ſit repercuſſiuum,ut dicit Gale.14.Methodi cap.4.& 2.de compoſitione pharmacorũ ſm locos cap.de dolore capitis uitio ſtomachi: nam multa eſſe repercuſſiua dixit.5.de ſimpl.medicina.cap.13.quę non ſunt ſtiptica, inter quæ cõnumeratur acetum:etiam aqua ipſa ſui frigiditate repercutit,& tamen non eſt ſtiptica.

De melle roſato eſt difficultas,an ſtomacho ꝑueniat. & uidetur ꝙ non: qm̃ mel inimicum eſt ſtomacho,& roſa ſubtilis eſt ſubſtãtiæ & frigida, q̃ ſolet obeſſe neruis,ſicut acetum:nã Gal.7.de ſimpl.medic.cap.de melle cõparat mel cãnæ ad mel apũ.Et dicit ꝙ ſunt paria quo ad abſtergendum:ſed differunt, quoniam mel cãnæ nõ lædit ſtomachũ,nec ſitim affert,ſicut mel apum, quod ei eſt inimicum:tamen Auicen.dixit ꝙ aqua mellis confortat ſtomachum,& facit appetere cibum. & hoc uerũ eſt ratione abſtractionis,non autem quia ſit res ſtomachica:potius n.ſic conueniret zuccharũ roſatum.

Syrupi Melancholiam digerentes.

Syrupus de pomis cõpoſitus,Meſ.in ſua practica de ſoda frigida ab humore mel'ico } Cor.
Syrupus de bugloſſa, magiſtralis }
Syrupus ſabor,Meſ.in ca.de mel'ia,⁊ mania. }

Syrupus de epithimo }
Syrupus de lupulis magiſtralis } Hepar,& ſplen.
Syrupus de fumoterræ. }

Aquæ choleram digerentes.

Aqua Nenupharis } Caput
Lactucæ }

Aqua uiolarum. } Caput,pectus,renes,cor,
Aqua pianadelæ. } Pectus.

Aqua Acetoſæ, Roſarum } Cor

Aqua Epaticæ, Endiuiæ, Cuſcutæ, Cicoreæ, Solatri, Portulacæ. } Hepar.

Aqua ſeminũ cõmunium,melonis, cucumeris,cucurbitæ,& citrulli idẽ intelligẽdum & de earum decoctionibus. } Renes,ueſicã,

Aquæ phlegma digerentes.

Aqua Maioranæ, Iuæ, Roris marini, Saluiæ, Betonicæ. } Caput.

Aqua Capillorum ueneris, Hyſopi. } Pectus.

Aqua Abſinthij, Mentæ, Rutæ. } Stomachum.

Aqua Praſſij, Eupatorij, Scabioſæ, Cuſcutæ. } Hepar.

Aqua	Camomillę Apii Feniculi	}	Stomachum,hepar.
Aqua	Meliſſæ.	}	Cor.
Aqua	Agrimonii Aſparagorum Sanationum.	}	Renes,ueſicam.
Aqua	Artemiſiæ.	}	Matricem.

Aquæ melancholiam digerentes.

Aqua	Bugloſæ Boraginis	}	Cor.
Aqua	Lupulorum Fumiterræ	}	Hepar.
Aqua	Scolopendriæ Epitimi.	}	Splen.

Intelligendum autem,ꝙ ſi cum ſyrupis decoctiones rerum cum quibus fiunt,loco aquarum cōmiſceantur, erunt efficaciores,ut in materia calida ſic dicẽdo,℞.ſyrupi de cicorea vnc.i.ſyrupi de bugloſa vnc.ſ.decoctionis cicoreę bugloſſę añ.vnc.i.ſ.miſce.℞.endiuiæ,hepaticæ añ.vnc.ſ.roſarum,uiolarum,capillorum ueneris añ.ʒ.ij.ſeminum cōmunium frigidorum maiorum añ. ʒ.i.fiat decoctio ſm artem in.ſ.q.aquę ad conſumptionem tertiæ partis,deinde coletur.Item ℞.ſyrupi de endiuia vnc.i.acetoſi.ſ.vnc.ſ.prædictæ decoctionis vnc. iij miſce.

Secundo ſic:℞ endiuiæ,hepaticæ,cicoreæ añ.vnc.ſ.

uiolarum,roſarum, capillorum ueneris an.ʒ.ij.ſeminũ cõmunium frigidorum maiorum & minorum,ſeminũ cydoniorum an.ʒ.i.hordei mũdi ʒ.ij.fiat decoctio ſm artem in.ſ.q.aquæ endiuiæ uſq; ad conſumptionẽ tertiæ partis,deinde coletur,de dicta colatura ℞.vnc.iij. ſyrupi de endiuia vnc i.acetoſi.ſ.vnc.ſ.miſce.

Tertio ſic:℞ prunorum damaſcenorũ, iuiubarum, endiuiæ,cicoreæ an.vnc.ſ.uiolarum,roſarum, capillorum ueneris an.ʒ.ij.ſeminum quatuor cõmunium,frigidorum maiorum,& minorum an.ʒ.i.ſeminũ cydoniorum,ſandalorum citrinorum an.ʒ.i.ſ.hordei mundi ʒ.ij.fiat decoctio ſm artem in aqua acetoſæ uſque ad cõſumptionem tertiæ partis,deinde coletur,de dicta colatura ℞ vnc.iij.ſyrupi de endiuia,ſyrupi uiolati, ſyrupi acetoſi.ſ.an.vnc.ſ.miſce.

Semina quatuor maiora frigida ſunt,melonis, cucumeris, cucurbitæ,& citrulli.Et quatuor minora ſunt, portulacæ,ſcariolæ,endiuiæ,& lactucæ.

In materia pituitoſa.

℞ florum ſtœcados, calamẽti,origani,mentæ ſiccę, maioranæ an.vnc.ſ.radicum apij, feniculi liquiritiæ an.ʒ.i.coquantur ſm artem in.ſ.q.aquæ betonicæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colentur, de dicta colatura accipe vnc.iij.ſyrupi de ſtœcados.ſ.ſp. vnc.i.mellis roſati colati vnc.ſ.miſce.

Secundo ℞.radicum apij,feniculi,liquiritię an.vnc. ſ.florum ſtœcados,extremitatum thimi,calamẽti, origani,mentæ ſiccæ, maioranæ,eupatorij,paſſularũ enucleatarum an.ʒ.ij.coquantur ſm artem in.ſ.q.aquæ meliſſæ uſque ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colentur,de dicta colatura accipe vnc.iij.ſyrupi de ſtœcados,oximel, ſquillitici,mellis roſati colati an.vnc.ſ. miſce.

Tertio ſic pro nobilibus:℞ radicum feniculi, radi-

cum apij, liquiritiæ an̄. vnc.i.aniſorum ʒ.ij.cinamomi vnc.ſ.chariofilorum,nucis muſcatæ an̄.ʒ.ſ.uini odoriferi lib.ſ.aquę meliſſę lib.iij.bulliant ſm artem uſqʒ ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colentur,& colaturę addantur ſyrupi de ſtœchados.l.ſp.ſyrupi de corticibus citri,oximellis ſquillitici an̄.vnc.iiij.& cū albumine clarificetur,& aromatiʒetur cum galliæ muſcatæ Meſ.ſcrup.ſ. doſis eſt vnc iiij.ſ.

In materia melancholica.

℞ radicum bugloſſæ, polipodij quercini an̄.vnc.i. foliculorum ſenæ, epithimi an̄.ʒ.ij.fiat decoctio ſm artem uſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, de dicta colatura accipe vnc.iij.ſyrupi de pomis compoſiti vnc.i.ſyrupi uiolati vnc.ſ.miſce.

Secundo ſic:℞ radicum bugloſſæ,polipodij quercini an̄. vnc.i.liquiritiæ, corticum citri an̄. vnc.ſ.folliculorum ſenæ, epithimi an̄.ʒ.ij. florum cordialium an̄.ʒ.i.fiat decoctio ſm artem uſque ad cōſumptionem tertiæ partis,deinde coletur, de dicta colatura accipe vnc iij.ſyrupi de pomis vnc.i.ſyru.de epithimo vnc. ſ.miſce.

Tertio ſic pro nobilib.℞ radicū bugloſſæ, polipodij an̄. vnc.i. liquiritiæ, corticum citri an̄.vnc.ſ.epithimi,uiolarum,roſarum,ſeminis citri,acetoſæ, endiuiæ an̄.ʒ.i.cinamomi ʒ,ij.ſ.chariofilorū,nucis muſcatę an̄.ʒ.i.ſ.uini maluatici lib.ſ.fiat decoctio ſm artem in. ſ.q.aquæ bugloſſæ uſque ad conſumptionem tertię partis,deinde coletur,de dicta colatura accipe lib.i.ſ.ſyrupi ſabor vnc.vi. ſyrupi uiolati vnc.iij.miſce, & cum albumine clarificetur,& aromatiʒetur cum Galliæ muſcatæ ſcrup.ſ.

Et ſi magiſtralem uis ſyrupum componere, pro qualibet libra aquæ, aut decoctionis, debes dare lib. mellis,aut ʒucchari ut dicendo: ℞ florum ſtœchados,

maioranę,mentę,origani,capillorum ueneris añ.M.ſ.
radicum ſeniculi,bugloſſæ añ.ʒ.ij.fiat decoctio in.ſ.q.
aquæ uſqʒ ad cóſumptionem tertiæ partis, deinde cole
tur,ꝛ de dicta colatura ℞ lib.i.ʒuchari,aut mellis lib.i.
& ſm artem fiat ſyrupus.

Et differt ſyrupus à iulep, quia ſyrupus fit ex deco-
ctione herbarum,ſeminum,ꝛ aliarum rerum,cũ melle,
aut ʒuccharo.Sed iulep fit ex aquis diſtillatis,& ʒuccha
ro tantum, ut ℞ aquæ roſarum, uel uiolarum lib.i.
ʒucchari.q.ſ.& ſm artem fiat iulep.

Syrupus excellens contra acutas,& peracutas paſſio
nes.℞ prunorum damaſcenorum, iuiubarum añ.vnc.
ſ.endiuiæ,hepaticæ,acetoſæ,capillorũ ueneris añ.ʒ.ij.
radicum bugloſſę vnc.i.florum cordialium,florum ne
nupharis añ.ʒ.ij,ſeminum quatuor communiũ frigido
rum maiorum,ꝛ minorum añ.ʒ.i.ſandalorum alborũ
& rubeorum añ.ʒ.i.ſ.fiat decoctio ſm arté in.ſ.q.aquæ
acetoſæ uſqʒ ad conſumptionem tertiæ partis, deinde
coletur,& cum ʒuccharo fiat ſyrupus.

Syrupus ꝯtra morbos frigidos,doloré,ꝛ debilitateʒ
neruoꝝ,epilepſiã,& paraliſim. ℞ florũ ſticados vnc.i.
floꝝ camomillæ,extremitatũ thimi,calaméti,origani,
mentæ ſiccæ,maioranæ,radicũ feniculi, liquiritiæ añ.
vnc.ſ.corticum citri, caſſiæ ligneæ añ.ʒ.ij.cinamomi
electi ʒ.i.chariofilorũ, nucis muſcatę añ.ſcrud.i.fiat de
coctio ſm artem in.ſ.q.aquæ ſaluiæ uſqʒ ad conſum-
ptionem tertiæ partis,deinde coletur,& cum melle de
purato fiat ſyrupus.

Syrupus conferens morbis, quorum materia ſunt
humores ſalſi,& aduſti,& melácholiæ,tremori,ꝛ quar
tanæ,& eſt mirabilis.℞ polipodij quercini, agarici añ.
vnc.i.mirabolanorum citrinorum,indorum,kebuloꝝ
emblicoꝝ añ vnc.ſ.prunoꝝ damaſcenorũ, numero 20.
paſſularũ enucleataꝝ vnc.ij.folliculorũ ſenæ vnc.i.li-

quiritiæ vnc.i.ſ.aniſorum ℨ.ij.abſinthij, florum ſtœca dos, epithimi, thimi, florum uiolarum an̄. vnc.ſ.uini boni odoriferi lib.ſ. fiat decoctio ſm artē in.ſ.q.aquæ fontium uſq; ad conſumptionez tertię partis. De dicta decoctione accipe lib.ij.ſucci fumiterræ depurati, lupu lorum, & bugloſſæ an̄.lib.i.ſ.zucchari lib.6. Et fiat ſyru pus, in quo dum coquitur, in panno raro ſuſpenda-tur, Reubarbari boni electi ℨ.i. Et cum manu ſæpe ex-primatur.

De regulis quibus cognoſcitur Medici-narum conditio. Cap.38.

DICENDVM ſecūdo de medicinis ſo-lutiuis ſimplicibus, & compoſitis. Sed pri mo intelligendum Auic.prima.4.cap.9. Et Meſue in intentione prima ſuorū can̄. ꝙ quędā ſunt medicinę, quę per uentrem ſua proprietate diſſoluendo, & attrahendo educunt, ſicut ſcamonea, & turbith, & hæ à remotioribus, & ſu-perioribus materias attrahunt, & ab inferioribus eradi cant, Quædam autem comprimendo, & exprimendo, ut mirabolani, quædam leniendo, ut caſſia, & manna, ⁊ quædam lubricando, ſicut mucilago pſillij. Lenitiua enim medicina materiam lenit, ⁊ partes membrorum, ⁊ ipſas remollit, ac debilitat. Lubricatiua uero, materiā lubricam reddit mollitie quadam deorſum incitando. Nam medicina quæ ſoluit leniendo, ſoluit: qa ſe inter-ponit inter feces & inteſtina, & in ſuperficie inteſtinorū quoddam facit linimētum, quo feces facilius educunt. Medicina uero quæ ſoluit lubricādo eſt illa quæ admi ſcetur cum fecibus, & eas redit liquidiores, ut ſunt pru-na ⁊ fici. Et dixit Meſ. medicina non educit humorem à complexione, ſiue à uirtute elementari, ſed quia talis. Quia per uirtutez occultā, ſiue ſpecificam formā, quæ

ſibi tributa eſt à uirtute cœleſti,neq; agit in humorem tanquã ſibi contrarium, ſed quia talis. Neque attrahit humores, quia ſimile humori,ſed quia talis.Neq; quia grauis trahens humorem deorſum,aut quia leuis, agitans ipſum ſurſum,ſed quia talis. Intelligendum ſecundo,quòd medicina attractiua per uirtutem attractiuã humoris proprii, qua ſibi attrahit, educit id, quod euacuat,à loco in quo eſt,& ad uias expulſionis declinare facit,ut ſcamonea euacuat cholerã educendo eam à uenis per uirtutem choleræ attractiuam,qua ſibi cholerã trahit,& ad inteſtina declinare facit,& tunc expulſiua uirtus inteſtinorũ irritata tã ab humoribus attractis,quàm à medicina attrahente conatur utroſque foras expellere,iuxta id Meſ.loco allegato: Medicina laxatiua,perueniens ad ſtomachum non uadit ad humorem,quem euacuare debet penetrãdo ad ipſum,ſed uirtute attractionis ſigillata in ipſa attrahit,eligens quem ex humoribus attrahere eſt ei proprium.Et eſt eius operationis comparatio ad materias,comparatio magnetis ad ferrum.Stomachi uero, & inteſtinorum natura grauata mouetur,ut eos expellat.Sunt tamen nonnulli qui dicunt,ꝙ medicina attractiua uirtutẽ habet aperitiuam meatuum,ex quibus fit attractio,& eorum,ex quibus fit expulſio ex caliditate, & ſubtilitate, & magis à proprietate. Et quòd magis dicenda eſt ſolutiua ex apertione meatuum conſtrictorum,& orificiorũ eorũ,unde fit eductio,quàm ex attractione, quoniam ligatorum,& conſtrictorũ proprie eſt ſolutio, apertione enim orificiorum,& uenarũ,ex quibus fit attractio, & apertione & ſolutione totius inteſtini, fit aliqua uiolentia contentiuæ.Ex uirtute autem attractiua,quæ humorem comitatur,fit electio humoris educendi ſed de hoc dixit ſuperius.Intelligendum etiam ſm Meſ.capite eodem,ꝙ medicina humorem,in quem ei agere eſt

proprium,primo ⁊ proprie ⁊ ſuo iure regulata educit. Alios autem ſicut degenerans propter ſuperfluum ſuæ operationis,ut quando effrenis eſt, & irregularis, aut ratione eius malę qualitatis,aut ratione quantitatis.Et quòd medicina cui proprium eſt choleram educere, ipſam primo educit,poſt ipſam phlegma,tertio choleram nigram, ultimo ſanguinē.Et quæ primo phlegma educit,ſecūdo in choleram rubeam agit,tertio in choleram nigram,ultimo in ſanguinem.Et medicina cui proprium eſt,choleram nigram educere, ipſam primo educit,ſecūdo choleram rubeam,deinde phlegma, ultimo ſanguinem,quem uſq; ad poſtremum natura recondit,& retinet,ſicut theſaurum eius.Educunt autem ſanguinem oīa ſoluentia ultimo,⁊ effrenata,aut quia orificia uenaꝝ aperiūt apertione ſanguinem effluere facientem,ut aloes malus.Aut quia per eam peruenitur ad ultimū euacuatationis,aut quia eſt earum,quę excoriant uenas,ut cucumer aſininus,euforbiū,mezereon paruū, centaurea,coloquintida,⁊ ſcamonea.Sic dices de lente ſylueſtri & de quadam ſpecie uolubilis mala,de quibus Auic.ſecundo canone cap.de lente, & cap.de uolubili. Gale. tamen in lib.pharmacorū cap.3.recitat medicinā ſuo tempore fuiſſe inuentā,quæ de principali intentione ſanguinem educebat.Quod & Conciliator confirmauit differentia 144.dicens eam etiam Paduę ſuo tempore fuiſſe cognitam.Dantur tamē medicinæ,quæ ſanguinem mundificant à ſeroſis,⁊ acutis ſuperfluitatibus in eo contentis,& clarificant,& à putredine præſeruāt. Sicut lupulus,capillus ueneris,reubarbarū,ſerum caprinum,& ſuccus roſæ,caſſia fiſtula,abſinthium,fumus terræ,aloes, manna, ſuccus fructuum, & damaſcenorum, & prunorum.

Intelligendū quarto ſecūdū eundē, ꝙ quælibet medicinarum ſigillatam habet proprietatem,ut hoc mem

brum magis,q̄ꝫ illud reſpiciat. Nam quędam magis mē bra capitis reſpiciūt,ſicut coloquintida,agaricus,⁊ ſtœchados,aloes,lapis laƷuli,lapis armenus,& ſquilla,epithimum,chebuli,mirabolani,& nigri Quædam ſunt, quæ membra anhelitus,& pectoris reſpiciunt, & eoruꝫ educūt ſupfluitates. Sicut agaricus,hyſopus, uolubilis, manna,caſſia fiſtula,ſarcocolla,ireos, coloquintida,& ſimilia. Quædam ſunt,quæ materias à ſplene educunt ſicut agaricus,& ſenę,epithimum elleborus niger,ſtœchados,eupatorium,abſinthium,calamentum montanum,& ſimilia. Quędam ſunt,q̄ materias à ſtomacho, & inteſtinis educunt,ſicut abſinthium,⁊ aloes,& mirabolani,& proprie,q̄ magis materias,q̄bus obuiant,educunt. Et quædam,quæ ab hepate, & partibus eius, ſicut agaricus/aqua caſei/⁊ uolubilis maior/lupulus/reubarbarum/ſuccus roſarum/eupatorium/abſinthium/mirabolani/& tamarindi,fumusterræ,& ſimilia. Et quędam ſunt quæ à iuncturis,& partibus remotis,ſicut hermodactylus/ſarcocolla/coloquintida/turbith/opoponacum/ſalgemma/ſerapinum/euforbium/cētaurea/cucumer aſininus/elleborus niger/polipodiū, & ſimilia. Et quædam ſunt,quæ materias à cute educūt,& ipſaꝫ mūdificant,ſicut aqua caſei,fumusterræ/coloquintida/epithimum/⁊ agaricus/polypodium/ mirabolani Indi/& uolubilis,& ſimilia.

Intelligendum quinto ſecundū eūdem ca.primo intentionis primæ circa conditiones medicinaꝝ ex parte ſubſtantiæ.ſ.grauitate/leuitate/ſubtilitate/groſſitie/tenacitate/frāgibilitate/raritate/denſitate, ꝙ quæ ſoluūt attrahendo,in quibus non requiritur aggregatio ſubſtantiæ,leuiores ſunt meliores, & grauiores malignæ: ut ſcamonea/aloes/coloquintida/euforbiuꝫ/ baurach/ & agaricus. Sed ē contrario eſt de his in quibus requiritur commaſſatio ſubſtantiæ, ſicut hermodacty-

lus,& lapis lazuli.

Et medicinæ,quæ ſoluunt comprimendo/grauiores ſunt meliores,ſicut mirabolani/& reubarbarũ. Et licet reubarbarum euacuet attrahendo,etiam ſui terreſtreita te euacuat comprimendo.Et propterea Meſue inter me dicinas benedictas poſuit reubarbarum, & mirabola- nos.Nam cum hoc,quòd euacuant membra, & eorum uirtutes corroborant,eorũ terreſtreitate,& aliqua aro maticitate.Et quæ ſoluunt leniendo,& lubricando,gra uiores ſunt meliores,ſicut pſilliuz/caſſia fiſtula/pruna/ ſebeſten/& ſimilia. Et frangibile ſubtilius, purius eſt,& groſſum tenax impurum eſt.Si tamen res ſit, cuius ma- teria ſit humiditas uiſcoſa,ſicut manna,'ꝛ zuccharũ can didũ,tunc purius eſt ſubtilius,& tenacius.De raro & dẽ ſo dic,ut de graui,& leui.

Intelligendum ſexto ex parte complexionis,ꝙ medi- cina calida non multũ excedens in caliditate/calefacit/ ſubtiliat/rarefacit/maturat/digerit/aperit.Si in calidi- tate excedit,& non ultimate mordicat,quia tunc perue nit ad tertium graduz caliditatis. Si ultimatur acuitas, quia uſqz ad quartum gradum,inflãmatio, attractio,& conſumptio erit ſuperflua. Et ſi frigida ſit medicina/in- frigidat/inſpiſſat/indigerit/compactionez facit. Si ſu- perflue frigida,coarctat,& oppilat.Si ultimatur,conge lat,& mortificat.Si humida/ humectat/lubricat/ lenifi- cat/conglutinat.Si ſuperfluat/oppilat/uentoſat/nauſeã facit.Si ſicca/deſiccat/arefacit/attenuat,& ſimilia.

Septimo intelligendum circa qualitates ſecundas,ꝙ medicina mollis poteſt ſui mollitie cito præparari,qa molle eſt bene terminabile termino alieno, licet male termino proprio,Et cito ſui mollitie ad actũ reducitur propter eius facilem ad minimã diuiſionez, durũ uero difficile corrigi poteſt.Intellige hoc,tam de mollitie,& duritie per naturã,ſicut eſt mollities caſſiæ, & durities

hermodactyli,q; de mollitie,& duritie,per artem,ut ele
ctuaria,potiones,& pilulæ, Citius enim alterantur à
natura,& ducunt ad actũ electuaria,potiones, q; pilu-
læ.Propter quod medicinæ liquidæ citius educunt.Et
dicit Meſue.Odor bonus.ſ.aromaticus in medicina fa-
cit ipſam ad latus incolumium declinare,eo quòd dila
tat animam,& ſpiritus,& uirtutes reparat,& uirtutum
mineras confortat.Auerroes 5.coll'3.omnis medicina
odorifera eſt aromatica.Auic.3.canone, Fen ſecunda
cap.de canonibus uniuerſalibus in curatione ægritudi
num cordis:Omnis medicina aromatica eſt cordialis.
Et Galenus dixit ſecundo de ratione uictus cõ.12.In po
tu medicamentorum purgantium,quorum natura cor
poribus noſtris aduerſa eſt,ſeminum aliqua,quæ bon i
ſint odoris miſcenda,quæ & malitiam obtundere na-
ta ſint,& operationẽ ipſorũ non prohibeant,tenuentq;
ita,incidantq;,ut & craſſos incidant,humores, & uias,
quibus uacuatio ſit,aperiant,& patefaciant.Etiam cir-
ca ſapores conſiderandum,qui ſunt,acutus,amarus,ſal
ſus,unctuoſus,dulcis,ponticus , inſipidus, & acetoſus.
Nam acutum facile eſt inflammabile , mordicatiuum,
penetratiuum,aduſtiuum,excoriatiuum aperitiuũ,car-
minatiuum,uentoſitatiuum,exiccatiuum,extenuatiuũ,
inciſiuum,ſubtiliatiuum,diuiſiuum,attractiuũ à longin
quo,reſolutiuum,& cito ſuum effectum, & fortem ope
ratur.Amarum eſt deſiccatiuum,conſumptiuum, aperi
tiuum orificium uenarum,exiccatiuum,prȩſeruatiuum
à putrefactione,attractiuum,tardius tamẽ, q; acutum,
abſterſiuũ,reſolutiuum,inciſiuum,conturbatiuum,ex-
coriatiuum,& ponit operationem ſuam fortem,& tar-
dam.Salſum eſt inciſiuum,abſterſiuum , ſubtiliatiuum,
liquefactiuum,mordificatiuum, præſeruatiuum à putre
dine,conturbatiuum,ſubuerſiuum præparat ad uomi-
tum,exiccatiuum,exaſperatiuum, mũdificatiuum,cum

abſterſione,aperitiuum, & facit operationem ſuam in comparatione ad amarum tardam,ꝛ debilem. Vnctuoſum eſt lenititiuum,lambificatiuum,relaxatiuũ,mollificatiuum,abominatiuum, nauſeatiuum, uentoſitatiuũ, generatiuum,oppilatiuuʒ,facit operationem ſuam tardam,& debilem.Dulce eſt lauatiuuʒ,lenitiuum,oppilatiuum,uentoſum,& facit operationem ſuam debilem, & inter citam,& tardam mediocrem.Inſipidum,eſt lubricatiuum,uentoſum,caliditatis extinctiuum,oppilatiuum,inſpiſſatiuum,facit eius operationem tardam & debilem.Stipticum eſt coadunatiuũ,acentatiuum,confortatiuum/ conſolidatiuũ/inſpiſſatiuum/ facit operationem ſuam tardam,& debilem.Ideo animã à ſubuerſione,& nauſea ſedat,acuitatẽ frangit,medicinæ opponitur,cuius proprietas eſt uenas aperire, ꝛ uiſcera excoriare:& medicinæ quæ ſuperfluę attractionis eſt,& ei q̃ in uiſceribus lenitateʒ multiplicat.Et dicit Meſue, ꝙ eſt de melioribus miſcibilibus in medicina, quæ cum acuitate ſoluit,propter quod laudatur ſcamonea,quæ in cydoniis aſſatur,quia ſic frangit acuitatem&, inflãmationem.Etiam ex eius cõmixtione fit conpreſſio,ꝛ facilior à corpore medicinæ expulſio.Propter qđ laudauerunt Medici eos, qui ſcamoneam cum mirabolanis miſcuerunt.Tertio etiam,quia non fit impreſſio nocumentorum cordi,ꝛ membris ex admixtione ſtipticorum cum medicina.

Acetoſum/eſt penetratiuum/aperitiuum/inciſiuum/diuiſiuum/ſubtiliatiuum/ inſpiſſatiuum/ exaſperatiuũ/ abſterſiuum/extinctiuum/facit operationẽ citam,& mediocrem inter fortem & debilem,

Intelligendum etiam,ꝙ medicinarũ deteriores ſunt, in quibus eſt acuitas pura,ſicut euforbiũ, & meʒereon. Minus autem,in quibus eſt amaritudo pura, ſicut coloquintida,& cucumer aſininus. Et quæ compoſita ſunt,

ex acuitate,& amaritudine,ſunt inter eas,ſicut ſamonea. Et meliores ſunt medicinę,in qbus adeſt dulcedo,ſicut manna, & caſſia fiſtula, aut inſipiditas ſicut mucilago pſillii,aut ſapor cōpoſitus ex dulci,& acetoſo,ſicut pruna,& tamarindi.Etiam ad latus incolumium declināt, quæcūq; ex partibus amaritudinis, & dulcedinis cōpoſita ſunt,ſicut ſunt uiolæ:magis in qua eſt,cū his ſtipticitas,ſicut roſa.Ex coloribus uero,in uniuerſali cognitio haberi non poteſt de bonitate,& malitia ſolutiuarū medicinarū:quoniam ut dicit Gal.4.de ſimplici medicina cap.ulti.generaliter non poteſt per colorem iudicari de earum complexione,(uidemus enim aliquā medicinam in colore rubeam,& tamē frigida eſt, ſicut bolus armenus:& aliquā albam,quæ eſt calida, ſicut elleborus albus.Sed in ſpecie aliter eſt, nam roſa rubea eſt minus frigida, q̃ roſa in colore alba. Et color in una ſpecie coloris ſignificat de bonitate, & malitia medicinę,ut in ſpecie ſcamoneæ,illa,quæ eſt uaria,aut ſubalbida eſt bona,ſed nigra eſt mala.& agaricus albus bonus, & niger malus,non tamē uerum eſt uniuerſaliter,ꝙ ſolutiua medicina nigra ſit peior alba,)aut ſubalbida,nã aloes in colore eſt nigrum,tamen eſt melius quacūque ſcamonea ſubalbida ſeu uaria.

Intelligendum decimo circa tempus, ꝙ medicinæ amaræ antiquiores ſunt deteriores, quia ſicciores.Et acutę antiquiores meliores ſunt,reſoluitur enim calor in ſuperficie earum exiſtens.Cum enim eius partes ſint ſubtiles,cito euaporant,& magis illę q̃ ſunt in ſupficie. Stipticę iuniores ſunt meliores,qa illæ ꝓprie hñt malitiam,propter nimiam ſtipticitatem, modo quanto iuniores,tãto hūidiores.Dulces,mediocres meliores,qa collectæ in tēpore iuniori,non ſunt bene digeſtæ,& in tēpore antiqori collectę ſunt amaræ.Inſipidę ſil'r,quia recētiores humido abundāt ſuperfluo, qđ eſt cā ad in-

flatione & uẽtoſitatẽ.Salſę antiqores ſunt magis acutæ, quia propter moram ſiccitas in eis eſt exhauſta, & humiditas diminuta.Et iuniores conturbatiuæ propter humiditatem aqueam, quæ tunc in eis eſt,eſt cauſa ad ſubuerſionem.Et medicinæ,quæ uirtutem habent debilem,& quæ debilis ſunt texturæ,& quæ uirtutẽ habent facile reſolubilem, iuniores meliores,qm̃ antiquarum uirtutes reſoluit tẽpus.Et in cõtrarijs ẽ cõtra.

Vltimo ex loco & ſitu,inquit Meſ.ꝙ humido ſuperfluo abundantes,ortæ in locis ſiccioribus ſunt meliores,ꝛ ſicciores in ſiccioribus,deteriores.Et ideo hermodactylus natus in locis humidis/malus/cum ipſe ſit ſuperfluo humido abundans.Et mezereon in locis thermarum,& ualde calidis,malus eſt, & uenenoſus.Similiter cucumer aſininus:& coloquintida.Et ideo dicitur, ꝙ ſcamonea coraſceni,quę naſcitur in loco calidiore, & ſicciore,eſt mala.Et Antiochena bona.

Eſt etiam conſiderandum ſm Meſ.cap.primo ſecundæ intentionis,de conſolatione medicinaꝝ,ꝙ medicinis ſolutiuis bonitas acquiritur tribus modis: Aut in uirtute earum addendo: Aut earum malitiam permutãdo: Aut operationes meliorando.In uirtute addendo, quando ipſa eſt debilis per aliquod ei adiunctũ, quod uigorat eius operationem.Eſt autem medicina debilis duobus modis: Aut quia debiliter operatur, & minus quàm oportet,ſicut turbith,quod educit de phlegmate quod eſt ſubtile tãtum.Et ſicut epithimum, de quo niſi quantitas magna exhibeatur,nõ ſoluit,niſi parum, aut nõ ſoluit.Et ſicut manna,quæ debiliter ſoluit,ꝛ hermodactylus: Aut qa tarde operaẽ,ſicut agaricus,& aloes, hermodactylus,& turbith.Erit ergo eis admiſcendum aliquid,quod operationem facilem reddat, & feſtinare faciat.Verbi gratia: Agaricus cum oximelle ſimplici ꝛ ſalgemma.Alo es cum ſpeciebus aromaticis.Et hermo

dactylus cum ſquilla,& raphano,& turbith cum zinzi-
bere.Permutatur uero medicinarum malitia, aut cum permixtione alicuius medicinæ,aut cum bonitate,quæ acquiritur eis per artem,ſcilicet,eas decoquendo,aſſando, aut infundendo.Eſt autem cõmune nocumentum medicinarum ſolutiuarum facere corpus ſeneſcere, eo ꝙ omnis medicina,pręcipue euacuans attrahendo,corpus calefacit,& exiccat, & afferre principalibus membris,quæ ſunt mineræ uirtutum læſionem,⁊ motores earum,qui ſunt ſpiritus, & calor naturalis debilitare. Permutant ergo,inquit Meſ.eorum nocumentum admiſcendo cum eis res,quarum proprietas eſt confortare cor,& membra principalia, & afferre eis diſpoſitiones laudabiles.Sicut ſunt medicinæ cordiales, ⁊ſtomaticæ,& cerebrales,& aliæ aliorum principalium cõfortatiuę.Verum inquit,intentio prima debet eſſe ad cor, tanquã ad baſim uitæ,& ſecunda ad ſtomachum,tanꝙ̃ ſuſceptorem,& medicinam retinentem,ſed ad aliorum membrorum confortationem,nõ eſt principalis intentio,niſi proprie,quando oportet ex aliquo eorum materias eucuare.Melioratur aũt medicinarũ operatio in permiſcendo cũ eis rem,q̃ proprietate ſua facit uirtutẽ earũ ꝑuenire ad mẽbrũ,cuius mãz euacuare intẽdis: ℣.g.ſi cum agarico ꝑmiſceaẗ ſtœcados,aut acorus,eius uirtus ad caput ꝑueniet,& ad hepar,ſi endiuia,& ſpica, ⁊ ad pectus,ſi cũ eo hyſopus ꝑmiſceaẗ.Inquit.n.Meſue, dominus benedictus fecit,ut natura lineet,⁊ diſtinguat ſm rerum aſumptarum proprietates.

De Caſſia fiſtula. Cap.39.

POST hæc dicamus primo de medicinis ſimplicibus materiã cholericam educentibus.Et primo de caſſia fiſtula,quam dicunt antiqs,Galeno & uetuſtorib⁹ fuiſſe penitus incognitã.Hoc eſt de tarde,& debiliter ſol

uentibus,& ſine nocumento carens acuitate & mordicatione pueris,& prægnantibus cõueniens: dicit Auic. cõplexionis ęq̃lis eſt in cal'itate,⁊ frigiditate ⁊ ẽ hũida: dicit Meſue,ꝗ declinat ad calidũ & humidũ. Raſis.d.ꝗ declinat ad frigidum & humidũ. Et dicit Serapio ꝗ eſt temperata: lenit,reſoluit,ſanguinẽ clarificat,eius acuitatem,⁊ choleræ rubeæ ſedat. Educit cholerã,⁊ phlegma. Raſis,& Auic.cap.proprio dicunt educit cholerã aduſtam,& phlegma: ⁊ dicit Meſ.nocet debilia habentibus uiſcera,& lubrica. Et ab ea hoc nocumentũ remouetur, cum permixtione mirabolanorum, & reubarbari: ⁊ lenit pectus & guttur,& reſoluit apoſtemata acuta in eis. Confert calefactioni renũ,ſumpta cum diureticis, & in fuſione liqritiæ,& prohibet generationẽ lapidis in eis. Liquiritia enim Græce glycyrhiza,ut dicit Auic. renes mundificat,& confert ardori urinæ, & ualet ad ulcera renum,& ueſicæ,⁊ ipſius ſcabiei: & ſi cum ea permiſceãtur,quæ acuitatẽ habent, ſicut eſt hyſopus eius ſolutio uigoratur,& magis adhuc,ſi cum quibuſdam ex uentrẽ ſoluentibus miſceatur: & ſi cum aqua caſei miſceaẗ,nobilis eſt operationis. Et dicit Auic. liniuntur ex ea podagra,& iuncturæ doloroſę: & quando diſſoluiẗ in aqua coriandri humidi cum ſpuma pſillii, & deinde fit ex ea gargariſmus,confert ꝓfocationi. Et doſis eius cõmunis eſt vnc.i.ʃ. Dic ergo ſic: ℞ caſſię nouiter tractæ vnc.i.ʃ. diſſoluatur cum decoctione pectorali, uel cõmuni florum,& fructuũ,& fiat potus. uel ſic in forma boli. ℞ floris caſſiæ nouiter tractæ vnc.i.ʃ.& cum zuccharo fiat bolus. Et uigoratur eius ſolutio ſic. ℞ floris caſſiæ nouiter extractæ vnc.i.ʃ. cinam. uel hyſopi ſcrup.ʃ. miſce cũ zuccharo fiat bolus. Vel ſic: ℞ caſſiæ nouiter tractæ ʒ.x. diaphiniconis ʒ.i.ʃ. miſce cum zuccharo fiat bolus. Et debilia habẽtibus uiſcera,detur cum reubarbaro,ſic dicendo: ℞ floris caſſiæ nouiter tractæ ʒ.x. reubarbari

ſubtiliter

ſubtil'r pulueriʒati ſcrup.i.uel ſcrup.ij.miſce cũ ʒuccharo fiat bolus Et confert caliditati renum, ſi cum aqua ſeminum quatuor frigidorum extrahatur,& decoctione liquiritiæ diſſoluatur,ſic dicendo: ℞ caſſię cuʒ aqua ſeminum quatuor cómunium extractę vnc.i.ʃ.diſſoluatur cuʒ decoctione liquiritiæ,& fiat potus. Vel ſic:℞ liquiritię vnc.i.alkekengi ʒ.ij.ſebeſten numero x.ſeminũ quatuor maioruʒ frigidorum añ.ʒ.ʃ.fiat decoctio uſqʒ ad conſumptionẽ tertię partis,deinde coletur,de dicta colatura accipe.q.ſ.ad diſſoluendum caſſię tractæ vnc.i.ʃ.& fiat potus. Etiam dari poteſt in forma boli cum ſyrupo de liquiritia, & aqua quatuor ſeminum frigidorum,ſic dicendo: ℞ caſſiæ nouiter tractę vnc.i.ʃ. Item ℞ ſyrupi de liquiritia vnc.i.ʃ. aquę quatuor ſeminum cómunium frigidorũ vnc.iij.miſce. Et hora exhibitionis eius & aliorum lenientium eſt per paruin temporis ante prandium ſcđm Gale.2. de alimentis cap.de prunis,ut per horam mediaʒ ad plus: nam ſi plus ſtaret ſine cibo.tunc cum ſit medicina debilis, pars eius conuerteretur in nutrimentum,p̃ſertim in cholericis,& parum uentrẽ ſubduceret: nec illico dãdus eſt cibus: q̃m tunc ſe permiſcebit,antequã euaporet cum illo,& perueniet ad os uentriculi ad uomitũ prouocandũ,potius q̃ ad uentrem leniendũ:ſecus autem eſt de medicinis exoluentibus non lenitiuis,ut poſt dicemus.

De Manna. Cap.40.

MANNA eſt ros cadens ſuper plantas, & lapides, de qua aliquid Gal.tertio de alimentis cap.de melle.Et tereniabin eſt ſpecies mannæ.dicit Auic.Manna eſt omnis ros cadens ſuper lapidem,& arborem, & ſit dulcis, & coagulatur ſicut mel, & exiccatur ſicut gummi,quemadmoduʒ tereniabin,⁊ aſeracoſt. Et cap.

de tereniabin dicit. Tereniabin eſt ros, qui plurimũ cadit in locis, qui ſunt ultra fluuium, & plurimum caſus eius in regione noſtra eſt ſuper lapides. Dicit Serapio tereniabin eſt ros cadẽs de cœlo, ⁊ aſſimilaẗ melli granoſo aggregato, ⁊ eſt nominatum mel roris. Et dicit ꝙ confert calidis natura, & proprie quādo diſſoluitur in aqua frigidorum, ut puta tamarindorum uel prunorũ: qm̃ cum ipſa ſit de mellis nã facile in cholerã uertitur. Dicit Meſ. quæ cadit ſuper lapides/melior eſt/quæ eſt ſicut ſemen album/& poſt iſtam/quæ eſt ſubcitrina: ſed fuſca/& cenoſa/& antiqua/non eſt bona. Et quæ cadit ſuper plantas, melior eſt illa quæ eſt paucæ permixtionis cũ folijs ſubalbida/⁊ recens. Eſt ex debiliter ſoluentibus/& ſine nocumento/complexionis æqualis/plus ad caliditatem declinans/lenit/abſtergit/⁊ mundificat. Eius ſolutio uigoratur cuꝫ permixtione hyſopi/& aliorum/quemadmodũ & de caſſia fiſtula dictum eſt. Choleram educit cum facilitate/guttur lenit, pectus/&, uentrem / & ſitim ſedat. Et dicit Meſ. ꝙ ipſa iuncta cum alijs medicinis / earum uigorat operationem / quoniam eius dulcedine, eas facit naturæ approximare. Et ꝙ Gal. ipſam, cũ ſcamonea ꝑmiſcuit, & opabatur cũ eis, ut in confectione mannæ, de qua Meſ. diſtinctione tertia de medicinis ſolutiuis. Doſis eius communis eſt ℥.ij. uel ℥.ij.ſ. ut ℞ mannę maſticinę electę ℥.ij. uel ℥.ij.ſ. diſſoluatur cum decoctione cõmuni florũ, & fructuũ, uel decoctione pectorali, & fiat potus.

Decoctio communis florum, & fructuum: ℞ prunorum damaſcenorum, tamarindorum, paſſularum enucleatarum, liquiritiæ, hordei mundi, uiolarum, florum bugloſſæ añ. partes ęquales, bulliant in. ſ. q. aquæ ſecundum artem, deinde coletur.

Decoctio cõmunis pectoralis: ℞ hyſopi ſiccę, capillorum ueneris, ficuuꝫ, dactylorum, ſebeſten, iuiuba-

rum,paſſularum enucleatarum hordei mũdi,liquiritię an̄.partes ęquales,bulliant ut ſupra.

De Prunis Cap.41.

DICIT Galenus ſcd̃o alimẽtorum pauciſſimũ ex fructu iſto corpus accipit alimentum, ſed utile eſt humectare & infrigidare mediocriter uentrem uolẽtibus. Et optima ipſoruꝫ ſunt,quęcũqꝫ mediocriter ſtipticantia magnaq; ſunt,& laxa: q̃ autẽ & parua & dura & pontica,praua.Et dicit Auic.Illa quæ habent colorem paleæ ſunt fortiora nigris,& citrina fortiora rubeis,& alba ſunt magis grauia paruæ ſolutiõis,& armena ſunt magis abſterſiua, & uehemẽtius ſoluentia: & meliora ſunt magna pinguia. Et dicit Meſue dantur ad alterandum & ſoluendum, & muʒa conferunt ad alterandum magis,ꝛ dulcia ad ſoluendum.Et in his damaſcena ꝛ armena ſunt fortiora.ſicca minus corrũpuntur in ſtomacho,q̃ humida: ꝛ ſunt humida praua ad putrefactionem cõuertibilia.Dicit Auic. frigida ſunt in principio ſecũdi & humida in fine tertii.Et dicit Meſue dulcia ſunt inter caliditatẽ & frigiditatem: declinant tamẽ ad latus frigiditatis,& ſunt humida in ſecũdo.Muʒa uero ſunt frigida in principio ſecũdi.Et omnia ſunt lauatiua,refrigeratiua & lenitiua,ſolutione educunt cholera̅m,& dulcia uehementius.Et dicit Gal.7. ſimpl.Hi fructus uentrẽ ſubducũt recentes q̄dem plus, aridi minus. Et nõ ſcio cur Dioſco. pruna damaſcena ſiccata uentrẽ ſiſtere dicat:cum & ipſa etiam manifeſte ſubducãt:licet minus,q̃ quę importantur ex Iberia:& ſecũdo alimentorum.d.decocta in mellicrato habẽte plus mellis,ſufficienter uentrem laxant: & ſi ſola quis ipſe comedat, & multo magis ſi ſuper ſorbeat mellicratuꝫ:ſed manifeſte confert ſubductionem uentris poſt oblationem ipſorũ

interponere aliquod tempus, & non mox prãdere poſt ipſa. Et dicit Meſue q̃ addunt in operatione eorum ſunt tamarindi/caſſia fiſtula/manna/uiolę conditę/& ſimilia. Et fit ex aqua eorũ ſyurpus noti iuuamenti: & ex carnibus eorum electuarium bonũ. dicit Auic. eius gũmi conſolidat ulcera, & cum aceto abſcindit impetiginem, & proprie ſi fuerit cum ea mel aut zuccharũ & confortat uiſum cum ex ea fit collyrium. Et dicit Gal. ſunt qui dicunt gummi arboris cum uino potũ lapides confringere, cum aceto puerorum impetigines ſanare.

De Rheobarbaro Cap. 42.

RHEVMBARBARVM radix p̃cioſiſſima cuius tm̃ adſtrictoriã uiꝫ/ut dicũt/ antiqui cognouerunt, eſt inter ſolutoria medicamenta præſtantiſſimum, & eſt ex medicinis benedictis. Et dicit Meſ. Melius eſt, quod naſcitur in India, & eſt rauetſceni, & quod eſt ſubnigrum, declinãs ad rubedinem/graue cum raritate ſua/& in quo in cõfracturis inuenitur diſgregatio ex ruffo/& glauco. Et quod eſt croceæ tincturæ/calidæ complexionis eſt/& ſiccæ in ſecundo gradu, carens nocumẽto. Et datur in omni tempore, omni ętate, pueris, & prægnantibus. Et quod melius magnificat operationem eius, eſt aqua lactis, & proprie quod ex capris ſumptum eſt. Et ſimiliter eius operationem magnificat infuſio eius in aqua endiuiæ, & apij, aut plantaginis, & non prætermittatur, quin cadat in eius ſocietate ſpica, eſt enim proprij iuuamenti cum ipſo. huius enim radix, & ad iecur, & ad ſtomachum, tum pota, tum extrinſecus impoſita rationabiliter cõuenit, dicit Gal. 8. de ſimplic. medicamen. cõpoſita enim eſt ex adſtringente ſufficienter ſubſtantia, & acri calida non multa, & quadam leuiter amara. Neqꝫ prætermittas additionẽ modici uini

albi odoriferi,& clari in eius infuſione,& proprie quā do in oppilationum emendatione propinatur.Et eius quidem infuſio competit,quando ſolum quæritur abſterſio,ſolutio,& oppilationū apertio. Et ipſius contriti exhibitio,quando quæritur,ut poſt illam in uiſceribus ueſtigia conſtrictionis remaneant,⁊ ex eo ꝙ aſſum eſt,uehementius fit illud,& adhuc uehementius ex aduſto.Et in raro,& laxo uehemens cōſtrictio reſoluit uirtutem,& decoctio ſimiliter.cholerā educit,⁊ phlegma. Et maior eius proprietas eſt mundificare,⁊ confortare hepar,& ſtomachum, ⁊ conferre doloribus pungitiuis eorum, & clarificare ſanguinē,& auferre oppilationes ⁊ morbos quorū mater eſt oppilatio,ſicut hydropiſim & ictericiam,& groſſitiē ſplenis, ⁊ febres oppilationū, & ſimilia. Et dicit, confert ſputo ſanguinis, & manationi eius undecunq; ſit,& caſui,& percuſſioni,& ſanat rupturas intrinſecas,& extrinſecas, ⁊ proprie cum mumia,& rubea tinctorum,& uino ſtiptico,ut,℞ Reubarbari ℥.i.mumiæ gr.ij.rubeæ tinctorum gr.xv.uel ſic ſecūdum Nicol.Florent.ſermone ſeptimo cap.de caſu,& offenſione:℞ reubar.ʒ.i.rubeę tincto.ʒ.i.ʒ.mumiæ.ʒ.ij. doſis eſt ʒ.i uſq; ad ʒ.ij.Sed Aui. quarta quarti tract.ij. cap.5.dat cum Reubarbaro de rubea aur.i.Et dicit, ꝙ medicina melior & pręcellens eſt mumia pura,cū oleo ſambacino,& uino.Et ipſum eſt medicina ſingultus,& medicina bona dyſenterię, & ꝓprie qđ ex eo eſt aſſum, & bibitū cum ſucco plantaginis,⁊ pauco uino ſtiptico. Inquit Auicē.confert ualde caſui,& percuſſioni: & inquit Alcanzi potio eius ſit ʒ.ij.in uino permixto, & cōtuſionibus:& confert aſmati,⁊ ſputo ſanguinis,hepati, & ſtomacho,& debilitati,& doloribus eorum,⁊ doloribus intrinſecis,⁊ ſingultui,& rupturę,⁊ extenuat ſplenem.Confert dolori pungitiuo uentris, & dyſenteriæ, & dolori renum/ ueſicæ/matricis/ & fluxui ſanguinis/

febribus antiqs/& habétibus periodos:& confert mor ſui uermium uenenoſorum & ſerpétis. Doſis eius in infuſione ſecúdum Meſ. eſt à ʒ.i.ſ. uſq; ad ʒ.x. ſed doſis cómunis eſt ʒ.vi. uel ʒ.vij. ut ℞ reubarbari boni electi ʒ. vi. ſpicę ʒ.ij. pulueriȝentur groſſo modo, & infundátur per viij. horas in ſ.q. aquę endiuię, cú modico uini boni odoriferi, deinde fiat fortis expreſſio, ⁊ cú decoctione florum & fructuú fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. uel ſic, in infuſióe aquę lactis: ℞ reubarbari boni electi ʒ.iij. ſpicæ ʒ.i. pulueriȝentur groſſo modo, & infundantur in lib.ſ. aquę lactis caprarum per horas x. deinde coletur, & aſſumatur. Et in ſubſtátia doſis eſt ʒ.iij. uel ʒ.iij.ſ. cum tertia parte ſpicæ, uel ſquináti, ſi uis reubarbari uirtutem peruenire ad matricem. Vt ℞ reubarbari boni electi ʒ.iij. uel ʒ.iij.ſ. ſpicæ ʒ.i. pulueriȝentur omnia ſubtiliter, & cum decoctione florum, & fructuú fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. Et in uermibus puerorum fiat potio breuis, ut infra: ℞ reubarbari electi ſcrup.ij. infundat̃ in vnc. duabus aquæ graminis p horas ſeptem, deinde fortis fiat expreſſio: cui adde ſyrupi de cicorea cum reubarbaro. Vel ſic in ſubſtantia: ℞ reubarbari electi ſubtiliter pulueriȝati ſcrup.ſ. ſyrupi d̃ cicorea cum reubarbaro vnc.ſ. aquę graminis vnc.ij. miſce. Vel ſic ℞ reubarbari electi ſcru.i. cum ſucco abſinthii formentur pilulæ numero iij. & détur cum apoȝimate iſto: ℞ ſyrupi de cicorea cuȝ reubarbaro vnc.ſ. aquæ graminis vnc.ij. miſce. Et in dyſenteria fiat potio cum decoctione rerum ſtipticarú facta in plantaginis, ⁊ granorum mirti/ſumach/mirabolanorum/ſeminum plantaginis/ & acetoſæ/ facta prius leui torrefactione reubarbari/& mirabolanorum/ut ſic dicendo: ℞ corti cum mirabolanorum citrinorum leuiter torrefactorú ʒ.iij. terantur groſſo modo/& in ſ.q. aquæ plantaginis fiat decoctio uſq; ad conſumptionem medietatis dein-

de coletur,de dicta colatura accipe q.ſ.ad diſſolu dum reubarbari boni electi leuiter torrefacti, & ſubtiliter pulueriʒati ʒ.ii.ſpicę ſcrup.i.miuę cydoniorum vnc.i. & fiat potus. Vel ſic: ℞ corticum mirabolanorū citrinorum leuiter torrefactorū ʒ.iij.granorū mirti/ſumach/ ſeminis plantaginis/ acetoſæ añ.ʒ.i.fiat decoctio in.ſ.q. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis/deinde coletur,de dicta colatura accipe.q.ſ.ad diſſoluendum reubarbari boni electi leuiter torrefacti, & ſubtiliter pulueriʒati ʒ.ij. ſpicæ ſcrup.ii. miuæ cydoniorum vnc. i. Et fiat potus.

De Mirabolanis citrinis. Cap.43.

MIRABOLANORVM quinq; ſunt ſpecies/citrini/ bellirici/chebuli/emblici/ & Indi,de quibus nihil dixerunt antiqui. Sed Gręci per mirabolanos glandem unguentariam intelligebant, quam Gale.in tractatu de theriaca ad Piſonem maximā dixit habere proprietatem ad ſplenem, & eſt fructus arboris myricę ſimilis,magnitudine auellanę nucis, cuius nucleus humorem reddit,quo ad p̄tioſa unguenta pro oleo Græci utuntur.Dioſco.libro.4.cap.163.Et dicit Meſue, ꝙ ſunt de medicinis benedictis,quoniam ſolutione non debilitant, immo ſtomachum confortant, & uiſcera, cor,hepar,& totū corpus.Et ſunt de perfecte rectificantibus,medicinas,quæ habent acuitatem,& purgant cōprimendo,& ſunt ſuperfluitatum putridarum cōſumptiui.Eſt tamen in eis nocumentum,quia faciunt cadere in oppilationem,& proprie paratos cadere in illam. Et facile adhærent uillis ſtomachi, & partibus inteſtinorum,& dimittunt ueſtigia corrugationis in ipſis.Paratis cadere in oppilationem penitus prohibetur eorū exhibitio,& in non paratis miſcenda ſunt ea cum ipſis,

quæ oppilationē fieri prohibent,ſicut aliqua ex diureticis,& infuſio eorum in aqua caſei remouet hoc nocumentum ab ipſis,& ſuccus fumiterræ,abſinthium agaricus,& Reubarbarum,ſpica,& ſimilia.Et ſm,& tertium nocumentum remouetur cum his,q̃ leniunt, ſicut ſi cũ oleo amigdalaꝝ dulciũ,aut ſaltē cũ amigdalis dulcibꝰ, aut paſſulis enucleatis,conterantur.Etiam dicit Meſ.ſi cum eis permiſceatur medicina lambificatiua, & lenitiua,remouetur ab eis adhærētia,& corrugatio,& acquiritur ſolutio facilis.Et decoctio eorum plus oppilat, & infuſio minus,& aſſatio plus,& ad huc magis combuſtio.Ideo infuſio eorum cōpetit,qñ ſolum quærit ſol'o citrini frigidę ſuntcomplexionis in p̄ gradu,& ſiccæ in ſecundo.Et dicit Auic.ꝙ omnes ſunt ita & in quinq; laudantur,in colore,ut ſint multæ citrinitatis declinātes ad uiriditatem.In pondere graues, & denſi.Tertio, ꝙ in confracturis ſuis inueniatur,ſicut gummoſitas, & ut ſint groſſi,& ut cortex eorum ſit ſpiſſus,denſus complectens oſſa parua.Hi choleram educunt,⁊ excellenter eius inflāmatiōem extinguunt.Et dicit Auic.ꝙ omnes mirabolani conferunt lepræ.Doſis citrinorum in infuſione ſiue decoctione ſm Meſ.eſt à ʒ.v.uſq; ad ʒ.x.Sed doſis cōmunis eſt ʒ.vi.uel ʒ.vij.ut, ℞ mirabolanorum citrinorum ʒ.vi.ſpicæ.ʒ.i.pulueriʒentur,⁊ infundantur per horas viij.in decoctione paſſularum , deinde fiat fortis expreſſio,& cũ decoctione florum & fructuũ,uel ſero caprino fiat potio, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. Vel ſic cum medicina lenitiua:℞ mirabolanorum citrinorum ʒ.vi.ſpicæ ʒ.i.pulueriʒentur,& infundantur per horas viij.in aqua caſei.aut decoctione paſſularũ,deinde fiat fortis expreſſio , in qua diſſolue elect.de caſſia, uel mannæ maſticinæ ʒ.vi.⁊ cũ decoctione,florũ,& fructuum,uel ſero caprino fiat potio,cui adde ſyrupi uiolati vnc.i.Et in ſubſtantia doſis eſt ſecūdum Meſ.à ʒ.ij.

uſq; ad ʒ.v.Sed doſis cõmunis eſt ʒ.iij.ut,℞ mirabola-
norum citrinorum ʒ.iij.ſpicæ ʒ.ſ.torrefiant aliquantu
lum/ ꝛ cum vnc.i.ſyrupi mirtini/uel miuę cydoniorũ/
& aquæ plantaginis fiat potus.

De Tamarindis.Cap.44.

TAMARINDI ſunt dactyli Indi,de q-
bus nulla eſt mentio apud Græcos,ſed ſo-
lum Arabes hos fructus/& eorum uires
nobis tradiderunt.Et dicit Meſ.meliores
ſunt nigri non ueræ nigredinis cum luci-/
ditate/& teneri mixti cum uillis/quę ſunt ſicut radices
& recentes/& pingues abſq; deſiccatione. Sunt tardæ/
& debilis operationis.ꝛ lædunt ſtomachum frigidum,
ꝛ debilitant eum:eorum operatio uigoratur,ſi in aqua
lactis ſumpti ex crapris infundantur, aut in ſucco fumi
terræ,aut lupuli:& nocumentum emendatur, permiſcẽ
do cum eis aliquid de confortantibus ſtomachum,ut
ſpica,macis,& ꝓprie maſtix. Frigidæ cõplexionis ſunt,
& ſiccæ in ſecũdo gradu:& aliqui ponunt in tertio.Vt
Raſis,Serapio,& Auer.5.colliget.cap.55. De decoctio-
ne non multum ſuſtinent.Solutione choleram educũt,
& eius furorem,& ſanguinis feruorem reprimũt, & cõ-
ferunt inflãmationi hepatis & ſtomachi.conferunt icte
riciæ, & reprimunt uomitum: & ſunt medicina uera
febrium acutarum,quæ indigent lenificacione.doſis in
fuſionis,uel decoctiõis ſecũdum Meſ. eſt ab vnc.ii.uſq;
ad vnc.v.Sed doſis cõmunis eſt vnc.iij. ut,℞ tamarin-
dorum vnc.iij.infundantur in lib.i.ſ.aquæ caſei,& fri-
centur manibus,& bulliãt bullitione una,deinde colẽ-
tur decoctio eorum,ſcd̃m Meſue debet fieri in ſextuplo
aquæ:ut vnc i.eorũ vnc.vi.aquæ. Raro ſic ſunt in uſu.
Sed cum neceſſitas eſt lenitionis uentris,ut ſæpe cõtin-

git,cum in caliditate hepatis ſit ſuctio,& ſecum indura tio,& uentris adſtrictio. Tunc uenter ſolui poteſt cum decoctione horum,etiam prunorum ꝛ cum zuccharo, ut infra: ℞ pruna numero x.tamarindorum vnc.5.bulliant in.ſ.q aquæ ad conſumpt. ſecundæ partis: poſtea facta ex his expreſſione & colatura,addatur colaturę ſi placet floris caſſiæ nouiter extractæ vnc.5.uel mannæ maſticinæ vnc.i. & erit lenitiuum conueniens. Et ſi uis cum lenitione ſolutioneȝ appropriatā magis,potes infundere ȝ.ij.reubarbari in aq̄ endiuię ꝛ facere expreſſionem.Et totum erit fortius.

De ſucco Roſarum. Cap.45.

DICIT Meſue: Roſa eſt ex medicinis benedictis,in qua non eſt malitia, quoniam eſt reſolutiua conueniens,extinctiua inflā mationum, confortatiua membrorum, coadunatiua partiū & conſtrictiua:& melior eſt rubea ueræ rubedinis paucorum foliorū,& planorum:& roſæ completæ ſuccus eſt melior.Frigida eſt in primo gradu,ꝛ ſicca in ſecundo:componitur ex terreis ptibus,& aqueis mediocribus dantibus eis ſtipticitatem: ꝛ ex partibus aereis,ꝑpter quas eſt in ea de dulcedine aliquid,& aromaticitas.& ex igneis ſubtilibus, in quibus conſiſtit perfectio ꝛ ſpecies,dantibus eis amaritudinem,& ruborem.Amaritudo autem in ea, quæ recens eſt,plus eſt ſtipticitate ipſius. Et prima opatio eius eſt propter amaritudinem ſuam.Propter quod roſa recens,& proprie ſuccus eius ſoluit.Eſt autem ſuccus eius calidus uſqȝ ad primum gradum, propter excluſionem eius à re terreſtri,& frigida,oppilationum aperitiuus ꝛ reſolutiuus,abſterſiuꝰ,ꝛ ſolutiuus.Et intelligit de ſucco nuper expreſſo,& nondum depurato ab ſuis ſuperfluitatibus.ratione quarū dicitur calidus.Et dicens Gale.de

aqua eius.8.ſimpli.cap.de ea,q̄ eſt calida, intellexit acci dentaliter de elaborata ratione uaporũ calidorũ quos ex elaboratione acquiſiuit. & non per ſe: cum per ſe ſit frigida,ſicuti dixit in 4.eiuſdem cap.ulti. Eius operatio nem uigorat aqua caſei.Si enim ſucci roſarũ.3.i.miſcea- tur cum aqua caſei, ⁊ pauca ſpica,eſt ſolutiuum conue- niens.Et ſimiliter infuſio foliorum roſarum in aqua ca ſei cum pauco melle ſoluit ſine moleſtia. Et ſyrupus fa- ctus cum ſucco eius leuis eſt ſolutionis.& Dioſcor.ait: uinum in quo roſæ decoctæ ſunt, prodeſſe doloribus capitis,aurium,oculorum,gingiuarũ,ſedis,uuluę,recti inteſtini inunctum, aut clyſtere infuſum.Et florem qui in medij roſis inuenitur inſperſum, facere ad gingiua- rum deſtillationes.Et capita pota ad alui profluuium, & ſanguinis,excreationes.Inquit Io.Manardus quarto epiſtolarnm epiſtola quarta.Antiqui in roſa ſex partes non,nomine tantum,ſed uiribus quoq; & facultatibus differentes cognouerunt.Roſam primo diuidunt in fo lia,flores,& folia in ungues,& id quod exemptis ungni bus remanet.In flore,aliud ſemen,aliud capillus in capi te, aliud cortex,aliud calix intelligitur.Vnguis pars il la candida uocatur,quæ capiti de proximo hærens prę cidi à ſeplaſiarijs cõſueuit,rhodomeli,uel rhodoſacca- rum reliquo paraturis.Vnde roſæ tales exungulatæ ſo lent appellari.Florem luteum illud intelligunt, quod folijs circunquaq; ambitur, ſeparatum in capillum,id eſt,in tenuia quędam fila,& in ſemen,quod ſub his filis lanugine quadam opertum cortice continetur.Caput autem ſolidum illud,quod folijs,& floribus,ceu baſis ſubſternitur,cuius ſuperior pars,ex qua flos,⁊ folia pro deunt,proprie caput,reliquum calix nuncupatur.Diffe runt autem hæc, non nominę tantum,ſed & uiribus. Dioſcoridis primum teſtimonio probatur, florem in gingiuarũ fluctione inſperſum,capita epota in alui pro

fluuijs,& ſanguinis excreationibus,folia ad alios uſus commendatis.Sed & Gal.lib.7.de ſimpl.medicamētis, florem in adſtrictoria ui ait folijs pręſtare,quod etiam cōfirmauit Auic.lib.2.licet pro flore ſemē, ſicut quoq; alijs in locis ſcripſerit.Septimo quoq; lib.qui de compoſitis medicinis ſm loca patientia inſcribitur Hiram medicum,ait idem Gal in quadam Andromachi compoſitione,roſarum folia in flores mutaſſe.Plinius florem ſcribit ſomnum facere,ſemen urinam ciere, dentiū dolori,igni ſacro,& ſtomacho mederi,& naribus ſubductum caput purgare, ungues epiphoris ſalubres.Et dicit Meſ.ſuccus roſæ,& aqua infuſionis recentium, & completarum ſolutione educit choleram,⁊ mundificat ſanguinē ab ea, & uenas & arterias,⁊ confert ictericiæ, & aperit oppilationes hepatis,& ſtomachi,& mundificat,& confortat ea,& cor,⁊ confert tremori eius,⁊ educit materiam cauſantem eum,⁊ confert cholericis febribus.Roſa uero & oleum eius, & aqua ipſius per ſublimationem facta confortant cor,ſtomachum, & hepar, & coadunant partes laxas membrorum, & confortant retentionem,⁊ ſedant dolores calidos mira ſedatione, & extinguunt,& permutant inflāmationum malitias,⁊ ſedant eas.Et ſunt ex medicinis dormire facientibus: faciunt tamen corizam, & ſternutationem,& obſunt catarrhis,& ſtringunt vuulam,⁊ guttur,⁊ confortant ea, & auferunt crapulā.Et doſis ſucci roſarum eſt ab vnc.i. uſque ad vnc.ij.cum zucchar o.Et potio ſyrupi cū ſucco earum eſt ab vnc,ij.uſq; ad vnc.v.Et ſimiliter eſt de infuſione roſarum recentium.Aſſumantur enim ſummo mane roſæ recentes plenæ rore,qui ſereno tempore ex aere fluit,& in aqua calida infundantur, & uaſe obturato,per totam diem dimittantur,poſtea exprimantur.Et ſequenti mane eadem aqua calefacta iterum aliæ roſæ recentes,ut ſupra infundantur,⁊ exprimantur.Et ſic it:

rum per octo dies,aut decem continuos.Cum dicta in fuſione, & zuccharo, fit ſyrupus, quem aliqui uocant muccharum roſatum, datur cum aqua endiuiæ, & eſt medicina ſatis guſtui delectabilis,⁊ operatur ſine læſione.Et eius doſis eſt vnc.iij.uſque ad vnc.iiij.Vt,℞ mucchari ſeu ſyrupi roſati ſolutiui vnc.iiij aquæ endiuiæ vnc.i.ſ.& miſce.

De Scamonea.Cap.46.

SCAMONEA antiochena, in quinq; laudatur,in colore,ut ſit clara,ſicut gummi,aut ſubalbida,aut uaria:in pondere leuis.Tertio ut ſi confractum eius ſaliua tãgatur,aut aqua,fiat ſicut lac.Quarto, ꝙ faciliter frãgatur,& pulueriзetur.Quinto, ꝙ ſit boni odoris proprij non grauis,calidæ complexionis eſt & ſiccæ in tertio,ſed eius caliditas eſt maior ſiccitate de iſto Gal.non fecit capitulum ſed bene Dioſcorides.Et Paulus refert dicta eius ubi ſolet referre dicta Gal.Et dicit Meſ.ſolutiuum eſt magnum uehementer attrahens, & orificia uenarum uehementer dilatans,in quo eſt uapor mordicatiuus,faciẽs ſubuerſionem,& nauſeam, & laborioſam turbationem,⁊ caliditas,⁊ acuitas habiles inflãmare.Et ſeroſitas operans ad excoriationem uiſcerum,imprimens proprietate ſua nocumentum in membra,quæ ſunt mineræ uirtutum,ſicut cor,hepar,& ſtomachus.Reſoluitur uapor eius turbidus,& mordicatiuus per deccctionẽ eius in cydonio malo.Digerit enim & maturat,& reſoluit,& excludit uapores eius,⁊ aufert eius ſeroſitatem,& magis,ſi cũ ea miſceantur,quæ uentoſitates reſoluunt,& carminant,ſicut daucus proprie, & galanga,& ſemen feniculi,apij, & ſimilia Et aufertur primum nocumentum p decoctionẽ,in qua miſcentur, quæ adiuuant uirtutes membrorũ,ſicut ſunt res ſtipti-

citatem habentes,& omnia,quæ auferunt eius acuminis ſuperficiem,& reprimunt ſubtilitatem,& ipſius penetrationis uirtutem,ſicut eſt maſtix,& cydonium, & ſuccus eius, & mirabolani citrini ſunt mirabiles in hoc,ſimiliter & aloes.Et aufert tertium nocumentum, decoctio cum eis,quæ extinguunt,& leniunt, ſicut eſt mucilago,ꝛ aqua pſillij,& carnes prunorum,ſuccus roſarum,& aqua uiolarum,& uiolæ recentes,aut ſi inuoluantur ante decoctioné ipſius in oleo roſato,aut uiolato.Et quartum aufertur miſcendo cum ea res, quæ cito audaciam eius expellunt, & eam deſcendere faciunt, ſicut ſunt lubricantia,ut mucilago pſillij,& carnes prunorum.Et quæ reprimunt ei uirtuté ſeroſitatis,& acuitatis,ſicut ſunt humida,& unctuoſa,ut eſt dragagantũ, bdelium, oleum roſatum,ꝛ oleum amygdalarum dulcium.Quintum nocumẽtum aufertur, cum medicinis cordialibus,ſtomaticis,& hepaticis,ꝛ arte & modo pręparationũ.Modus ergo rectificationis eius, eſt fruſtra primo in oleo amygdalarum dulciuꝫ leuiter decoquã tur,poſtea in ſucco cydoniorum acetoſorum, in quo bullierint,ſpica,aniſum,ꝛ aliqua ex ſpeciebus redolentibus.Deinde cum pauco maſtice,& bdellio in cydonio Etiam eam corrigere cum cydonio docet Gal.3.de ſimplici.medi.cap.14.ꝛ ſic præparata uocatur diagridium. Et Gale.inquit/dicit Meſ.miſcui ſcamoneam cum ſexcuplo ipſius mannæ,& triplo eius ſucci roſati poſt bonitatem coctionis eius in pomo,ꝛ inueni ex modis pręparationis eius hunc modum ſatis laudabiliter emendantem plura ex nocumentis,quæ timentur per ipſam. Et aliquando miſcui cum eis ſexcuplum ipſius glutini pſillii.& aliquãdo medicinas cordiales, & aliquando alias,ſicut res exigebat: Meſue dicit cholerã educit:dicit Dioſco.etiam pituitam. Idem dicit Auic.2.can.cap. ꝓprio.& eius doſis eſt ſecũdum Meſ. à gr.v.uſqꝫ ad gr.

xij. Sed cõmunis doſis gr. vij. uel viij. & debet aſſumi cũ his quæ cor/ſtomachum/cerebrũ/ & hepar confortãt/ ut electuariis, ſpẽbus/ ſyrupis aut ſimplicibus medicinis lenitiuis/aut compoſitis/ut ſic dicẽdo: ℞ electuarii de gemmis ʒ.i. conſerue uiolarum,& bugloſſarũ añ. ʒ.ij. diagridii gr. viij. miſce,& cum zuccharo fiat bolus. Vel ſic: ℞ reubarbari boni electi, ſpecierum aromatici roſati añ. ʒ.ß. diagridii ſcrup.ii. zucchari diſſoluti cum aqua roſarum vnc.iij. fiat pfectio in rotulis: doſis eſt ʒ.ß. Vel ſic ℞ diagridii gr. viij. diſſoluant in vnc.i.ß. ſyrupi uiolati & cũ vnc.iij. aq̃ endiuiæ fiat potus. Vel ſic: ℞ caſſię noviter tractæ ʒ.vi. reubarbari boni electi ſcrup.ii. ſpicæ gr.x. diagridii gr.v. miſce cum zuccharo fiat bolus. Vel ſic: ℞ mãnæ maſticinę vnc.i. ſyrupi uiolati vnc.i.ß. diagridii gr.v. diſſolue,& cum vnc.iij. aq̃ endiuiæ fiat potus. Vel ſic: ℞ reubarbari boni electi ſcrup.i. trociſci de abſinthio, lætificantis Almanſoris añ. ſcrup.ß. diagridii gr. vii miſce, formenť pilulæ numero v. Et inquit Meſ. cum ſcamonea, myrrha, coſto, croco,& ſucco agreſtæ,& pauco opio fiunt trociſci cũ uino pontico aur.i. & cũ fit linimẽtum ex uno eorũ ſup frontẽ,& tẽpora cõprimẽdo,& ꝓprie cum uitello oui, & aceto forti, ſanat ſodã frigidã antiquã,& hemicraneã difficilẽ. & ſi liniť ſuper ſcrophulas cũ ſucco apii, aut dauci, delet eas. Et ſi loco apii ponatur caſtoreũ,& lineať in poſteriori pte capitis eſt magni iuuamẽti ad ſubeth,& lithargiã. Et qñ ipſa ſcamonea ſupponitur cum lana, educit menſtrua. & facit aborſum, & curat ſcorpionum morſus deſuper linita cum ſucco mentæ, aut cum uino.

De Elleboro Cap. 47.

ELLEBORVM magis cõmendat Gal. q̃ ſcamoniũ. 2. de ratione uictus acutorũ cõmen. 11. & in tractatu, quos purgare cõueniat, ubi comparat hiera cum elleboro

ad hieram cum ſcamonio. Et Paulus libro 7. dicens ſcamoniam inter cætera quæ purgationem moliuntur aduerſiſſimā eſſe ſtomacho,& ob hoc dari his qui febri carent, & ſtomacho ſunt meliori: & duæ ſunt ſpecies albus & niger. Et dicit Meſue niger incolumior eſt albo, imo albus corporibus noſtri tẽporis eſt ſicut uenenum proprie, ſuffocans. Et melior eſt, cuius calor eſt acutus mordicans, habens colorem ſicut aſſarum proprie, & qui eſt frangibilis, medius inter ſubtile & craſſum, inter recentem & antiquum, non ponderoſus, carens aſperitate: & melior pars eſt radix ipſius. Melior pars radicis, ſunt fuſtes: & melior ps eorũ eſt cutis ipſoꝝ: ⁊ melius tp̃s collectionis eius eſt uer, & æſtas: & niger calſus eſt ⁊ ſiccus ĩ tertio. Idẽ dicit Gal. 6. ſimp. ca. proprio. Sed niger guſtu calidior eſt, & albus amarior. Et Paulus 7. Idem & Aetius libro p̃. Sed Auicẽ. dicit ꝙ niger calidus eſt & ſiccus uſq; ad ſecundum & albus in medio ſecundi. Et dicit Gale. uterq;, tum albus, tum niger extergentis eſt facultatis. quãobrem ad alphol, lychenas pſoras lepraſq; accõmodi ſunt. Etiã ſi niger in fiſtulam callo induratam infundatur duobus tribus ue diebus: callum detrahit. Et dicit Meſue, educit cum facilitate choleram permiſtã craſſam, & phlegma, & cholẽram nigrã cum uirtute ſine moleſtia. Et Paulus dicit potiſſimum bilem flauam: & totum corpus mundificat à ſuperfluitatibus membrorũ corruptis, ⁊ ſanguinẽ mũdificat, & attrahit à uenis ſupfluitates ſanguini mixtas, immo à toto corpore, & concauitatibus mẽbrorum, ⁊ partibus remotis, & cute. Idem Auic. & dicit Meſue. Nõ conuenit niſi robuſtis, & animoſis corporibus & proprie tempore ueris: & datus/quãdo/& cui conuenit, facit acquirere iuueneſcẽtiam & incolumitatem, ⁊ mores laudabiles, & complexiones bonas: hoc enim eſt ei proprium, ſicut dicit Hippoc. Et confert manifeſte ſodę, hemicraneæ/

micraneę/maniæ/melancholię/uertigini/epilepſię/paralyſi/& ęgritudinibus iuncturarũ/& ſcrophulis:& eſt ſicut Therfaca ad lepram/ cancrum/& ſpecies herpetis. Et confert ægritudini ſplenis,& febr.antiquis longis,& ægritudinis melancholię difficilis eradicationis.Et dicit Auic.bonum quod de eo adminiſtratur eſt,ut aſſumatur lignum paruum,quod eſt apud radicem eius,& infundatur parua aqua,& excorticeť,& aſſumatur cortices eius & exiccentur in umbra,& adminiſtretur triti & cribrati Sed dicit Meſue,ꝙ puluerem eius ſumere nõ eſt tutum:expellit uirtuteʒ eius à corpore aqua mellis/ aqua paſſularum/aqua hordei/ius gallinarũ cum oleo amygdalaꝝ dulcium.Inquit Meſue fit terreniabin ſicut mel & ſũmerguntur in eo tepido ex feſticulis nigri partes conuenientes circiter horas octo & ab eo extrahuntur:& tunc propinetur terreniabin: qm̃ habet ellebori uirtutem,& conſimile fit de melle paſſularum,& quandoqʒ ſubmergũtur in iure gallinaꝝ aut carnium,& ſimiliter fit,& in oximelle ſimiliter:& quãdoqʒ in uino dulci, aut aliquo ex ſyrupis aut robub. Confectionis pilularum Haly iuuamentum eſſe ultimum ad ęgritudines melancholicas,cancrum,leprã, morpheam nigrã difficilem dicit Meſue,cuius hęc eſt deſcriptio.Hieræ picræ ʒ.xii.ellebori nigri,polypodii añ.ʒ.v.epithimi ſticados añ.ʒ.vij.agarici lapidis laʒuli,ſalis Indi,coloqntidę añ. ʒ.iij.doſis eſt ʒ.i.ʃ.Ad idem mirum in modum ualet ſyrupus de quo infra, ut nobis ſæpe numero experientia demonſtrauit ℞ ellebori nigri.ʒ.x.polypodii,epithimi añ.vnc.i.agarici vnc.ʃ.ſucci roſarũ recentium ʒ.vi.uiolarum,ſticados,radicum bugloſſæ,liquiritię añ.vnc.ʃ. mirabolanorum citrinorum Indorum: chebulorũ añ. vnc.i.ʃ.florum cordialium, ſeminis citri, acetoſæ,aniſorum añ.ʒ.ii.paſſularum enucleatarum vnc.iij.omniũ fiat decoctio ſecundũ artem in.ſ.q.aquæ uſqʒ ad con- Sy: de.

ſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, & pro quali-bet libra dictæ colaturæ accipe lib. i. ʒucchari, & ſm ar tem fiat ſyrupus, doſis eſt vnc. ii. uſq; ad vnc. iij.

De Aloe. Cap. 48.

INquit Meſ. Aloes eſt de ſublimibus medicinis, & melioribus habens prærogatiuã, ſuper alias medicinas. Nam quanq; intentio uniuſcuiusq; ſolutiui ſit ſm plurimũ debilitare uirtutes, & membra, quæ ſunt mineræ uirtutum, hæc tamen intentio cadit ab aloe, non ſolũ enim non nocet, imo inuenitur ad confortationem membrorũ debilium addere. Et ipſe eſt aliarum medicinarum rectificator bonus, & proprie cum eis cõmixtus, quę ſolutionem faciunt diſſoluendo. Et qui utitur eo, non uidet in corpore ſuo, & in cõſtitutione ſua, neq; in inſtrumentis ſenſuum ſuorum ægritudinem, quæ non ſit habilis ſanari. Et ſic ab ægritudine incurabili uſus eius præſeruat, ut podagra & epilepſia. Caueãt tñ ſenes ab uſu eius: quia accelerat ſenectute;. In quinq; laudatur, in colore/odore/ſapore/pondere/& ſuba. In colore, ut ſit coloris citrini declinantis ad rubedinẽ in quo ſit claritas, & ĩ colore dẽſitas. In odore ut ſit boni odoris proprij non extranei In ſapore, ut ſit in primo guſtu dulcis, declinans ad amaritudinem. Et in pondere leuis/& quanto leuior/tanto melior. Et ut in ſubſtantia ſit frangibilis. Sunt tamen in eo tria, in quibus cadit correctio. Primum: quia eſt de tarde ſoluentibus. Secũdum: quia ſua operatio uix pertranſit hepar. Tertium: quia ex quadam eius inſita uirtute aperit orificia uenarum, apertione ſanguinem manare faciente quod experientia docet in his q hęmorrhoidas pati cõſueuerunt/ cui magis/q̃; rationĩ/non demonſtranti credendum. Videmus enim multos/quorũ hæmorrhoidales uenæ

aperiuntur/quádo aloem ſumunt,ᷓ tamẽ quibuſcunqꝫ alijs pharmacijs ſumptis eandem materiam cum aloe ducentibus/nõ mouentur.Etiam Gal.in prouocatione menſtruorum utitur hiera/quæ illud facit uirtute ſua Et ſi alibi uulnera conſolidare & adſtringere dicatur/ per exteriora illud/non per interiora intelligitur. De multis ſcribit Gale.in lib.de theriaca/quæ uno modo ſumpta/unũ faciunt/alio modo oppoſitum/& de aloe dicens, per exteriora aloem ſupercreſcentes ulcerum carnes aſtringere/& humores/qui ſub ipſis naſcunt/ſub inde exiccare.Si uero per os ſumat uniuerſum corpus purgare/qđ aperire eſt.Et ſi dicas authoritate Dioſcor. & Gale.eam iuuare ſanguinem reiicientibus:Dico,ꝙ in ea eſt pars ſtiptica,& pars quæ ſoluit:nam quæ ſunt intenſe amara,nõ ſolum adſtringunt: ſed etiam acredineꝫ habent,merito cuius abſtergunt:exedunt, & mordicãt, ut Gal.dicit.4.de ſimpli.medicina cap.17.Modo poteſt eſſe quòd pars ſtiptica per uirtutẽ quæ diuidit trãſeat ad pectus,& non pars acuta, & ſiſtat ſputum ſanguinis. Cita & facilius operatio acquiritur cum ſpeciebus acumen habẽtibus/ſicut cum mace/nuce muſcata/cinamomo/ſpica/calamo aromatico/cubebe/ ſquinanto/ aſſaro/maſtice/hyſopo/chariophyllis.Horum partes æquales/& croci pars media,bulliant in ſextuplo eorũ aquæ uſqꝫ ad tertiam eius cum facilitate,ᷓ pro qualibet libra illius accipe aloes vnc.vi.& dimitte exiccari in umbra prius ab illa aqua. Et poſtea cum altera in ſole, donec fit tota aqua conſumpta/ terendo/ imbibendo/& deſiccando.Et dicit Gale.7.Methodi cap.11. non elota ualẽtius euacuat:ᷓ elota minus: ſed roborat magis uirtutem.Et propterea oportet picram.i.amaraꝫ paratam habere:atqꝫ hanc dupliciter confectã: utiqꝫ ex aloe elota, & nõ elota.Et ſecundũ acquiritur.ſ.ut eius operatio ad partes remotas extendat,cum his, quæ agunt ad ui-

gorem eius,ſicut coloquintida proprie,& turbith,& ſimilia. Tertium nocumentum ab eo remouetur, ipſum rectificando cum adminiſtratione bdellii dagraganti, aut maſticis,& ſimilium.Eſt autem aloes complexionis calidæ in ſecūdo gradu,ꝛ ſiccæ in tertio.Et dicit Auic. eſt calidum uſq; ad tertium,& ſiccum in ipſo: & dicitur ꝙ eſt calidum,ꝛ ſiccum in tertio,ſed non eſt ita.Et Gal. dicit,ꝙ tertii eſt ordinis exiccantium, & primi intenſi, aut ſecundi remiſſi calefacientium. Sed Aetius dicit,ꝙ in calore eſt ſecundi ordinis intenſi, aut tertii remiſſi: Et dicit Meſue:ſolutione educit choleram,& phlegma: & aliqui dicunt, educit phlegma ſubtile corruptum,& non phlegma uiſcoſum groſſum,quia propter ſuam ſtipticitatem non poteſt diuidere, quod puto eſſe falſum abſolute.Etiam cum aliis mixta poteſt ad hepar tranſire:uoluit Gale.8.Miamir.cap.5.ſi cum cinamomo miſceatur,quod poros aperit,ſubtiliat, & abſtergit etiam ſola ſi copioſior fuerit: non tamen totum corpus aloe purgat:etiam ad illa quæ in corpore ſunt longinqua, ut.d.Auicen.2.can.cap. proprio: licet Meſue dixerit,ꝙ mundificat caput à cholera & phlegmate.Et dicit Paulus libro 7.daſ capite grauatis,lippietibus, ſiticuloſis, ꝛ qui per ſomnū imaginibus torquentur ſine febre. Ad hæc qui horroris diſcurſum in corpore ſentiunt, flatus acreis edunt,inteſtinis roduntꝰ,quibus ſtomachus imodice æſtuat,aut faſtidio ex ciboꝝ copia euertiꝰ.S; Raſis ꝑ Continentis cap.8.d. Dico ꝙ non debet quis uti aloe in cura lethargiæ: quoniam eius uirtus inducit ſubeth. Hæc enim eſt medicina magis aliis ſolutiuis ſtomacho cōueniens,ipm̄ à phlegmate mūdificans,ut dicit Auic. & ſtomacho egregie cōferens,ut dicit Galenus. Et dicit Meſ.ſi miſceatur aloes cum ſanguine draconis,mirrha, ſanat ulcera putrida mala.Exiccat eni; ſine mordicatione:& ablutio infuſionis eius in aq̃ roſata aut uino,aut

ſucco feniculi præparato, abſtergit oculos, & addit uiſum, & ſtringit lacrymas. Et dicit Galenus. ulcera quæ ægre ad cicatricē ducūtur ſanat, pſertim, quæ in ſede & pudendis fuerint: confert & earūdem partium inflāmationibus, ſi aqua diluatur. Et dicit Aetius oculorum inflāmationes cōpeſcit, reprimit ſimul, ac diſcutit, & non nihil abſtergit. Et oculis humeſcentibus, præſertim puerorum mirifice opitulatur, ſi modica aqua ad craſſiorē ſubſtantiam ſoluatur, & nucleo ſpecilli angulis imponatur. Et inquit Meſ. confert hepati, & aufert icteritiam, & dari non debet in tēporibus frigidis. Et inquit Auic. quādo datur his temporibus, timetur, ꝙ faciat ſolutione exire ſanguinem, quia tempore frigido partes acutę non tranſpirant, ſed retinētur intra, & magis exc dunt. Doſis eſt ſecūdū Meſ. in ſubſtantia ab auř. 5 uſq; ad ℥. ii. & ifuſiōe ab auř. i. uſq; ad ℥. iij. Sed doſis cōmunis in ſubſtātia eſt ʒ. i. in infuſione eſt ʒ. ii. eſt in uſu permixtus cū rectificantibus. Vt ℞ aloes electi, & ppara ti ʒ. ii. agarici, reubarbari an. ʒ. i. maſticis ʒ. ſ. croci ſcrup. ſ. miſce, fiant pilulæ cū ſucco abſinthii. Doſis eſt ʒ. i. caput & ſtomachum mundificant, & confortant.

De Agarico. Ca. 49.

DICENDVM ſecūdo de his, quę phlegma educūt. Et primo de Agarico, medicina magni iuuamenti. Hęc in quatuor laudatur, in colore, ut ſit albus, in pondere, leuis, in ſubſtantia, uelociter frangibilis, poroſus, & ualde rarus, in ſapore apparēs in primo eius guſtu dulcis, ſ; poſt ſuccedit ei amaritudo, & ſtipticitas. Galenus 6. ſimplic. de eo ait. Agarici radix, hoc eſt quæ trunco innaſcitur, primo quidem guſtu dulcis, ſed paulo poſt ſubamara apparet, & acrimonię quādam ſpeciē temporis ſpatio inducit, leuiculæq; adſtrictionis, & di-

gerendi uim habet,& craſſitudinem incidendi,tum infractus uiſcerum expurgandi.Proinde regio morbo laborãtes ſanat,eos utiq; qui ſic ab infracta iecoris laborant.Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate:tum rigores per circuitũ recurrentes ex craſſis aut uiſcoſis humoribus natos ſanat. iuuat & morbos à beſtiis frigore lædentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impoſitum tum intro in corpus ſumptum pondere drachmæ unius cum uino diluto.Inquit Meſ. melior pars eius,eſt pars ſuperior: calidæ complexiõis eſt in primo,& ſiccæ in ſecundo,compoſitus ex ſubſtãtia aerea in ſuperficie compoſita, & ex partibus terreis ſubtilibus dantibus ei ſtipticitatem.Et eſt ſubtiliatiuus, inciſiuus,carminatiuus uentoſitatum groſſarum,aperitiuus oppilationum omnium.Et ſunt in eo duo,in quibus cadit correctio.Primum eſt,quia imprimit in uiſceribus læſionem,ea debilitans. Secundum quia eius operatio eſt debilis,& tarda.Primum remouetur cum permixtione abſtergentium. Secũdum ſi ei ſalgemma, aut zinziber aut aliquid aliud uirtute acutum addatur:& cum oximelle ſimplici,aut ſquillitico.Sed Auer.in ſcða parte practicę canticę.d.ꝙ eſt medicina ualde laudabilis,& ꝙ non indiget rectificatione quãtum ad aliquam eius proprietatem illaudabilem:& ꝙ in ſumma eſt ſecurior omnibus ali s.Et inquit Meſue:dixit Gal.fiant trociſci ex eo cum uino infuſionis zinzib. in quo puluis ſæpe ſubmergatur,& fiet operatio eius completa.Et ex rebus ſibi additis uigorantibus ipm,eſt ſpica,& aqua caſei,& proprie ſumpta ex capris. & quòd de decoctione, & trituratione rem ſuſtinet mediocrem.Solutione educit phlegma groſſum,& choleram rubeã. Et Auic.dicit educit hũores groſſos diuerſos melancholiæ, & phlegmatis,& choleræ rubeæ, & ꝓprie cum ſumitur cũ mellicrato.Et dicit in de uiribus cordis, ineſt ei proprietas

theriacalis contra omnē uenenū,& propter ſubtilitatē eius cum caliditate,eſt aperitiuus,& laxatiuus humoris turbidi,propter quæ oīa ineſt ei proprietas confortādi & lętificandi cor:& quandoq; adiuuat medicinas ſolutiuas,& facit eas peruenire uſq; ad extrema corporis.& uirtute ſua euacuat à remotis,& electiue reſpicit pectus & pulmonem: immo etiam laudatur in ſputo ſangui.pectoris: & non ſemper uigoratur cā zinzibere, ꝓpter nimiam eius acuitatem & mordicationem: ꝛ quoniā prouocat ad uomitum,& agaricus faciliter leuigat.& dicit Meſ eius proprietas eſt cerebrum mūdificare,neruos,ꝛ mēbra ſenſuū,& lacertos,& educere materias,quę ſunt in nucha,& finibus eius: ꝛ mūdificare pulmonem,& pectus ab humoribus uiſcoſis,& putridis,& mundificare ſtomachum,hepar,& ſplenem,renes & matricē, & educere materias à iūcturis.Propter quod uocauit Democritus agaricum medicinam familiæ,quia ad ſingularū partium corporis cōmoditatem habet, & ualet ad oēs dolores intrinſecos corporis:& eſt medicina mirabilis ad ſodam antiquā, & epilepſiam, & uertiginem ꝓprie. Et confert etiam maniæ,& melancholiæ,& ægritudinibus neruorum,& apoſtematibus cerebri. Et eſt ex medicinis bonis,aſmati,& difficultati anhelitus,& ulceribus pulmonis,& pectoris,& ſanat dolores ſtomachi, & uiſcerum.Et eſt medicina oppilationum,& ægritudinum omnium,quarum mater eſt oppilatio,ſicut eſt icteritia proprie,& hydropiſis,ꝛ groſſities ſplenis.Et cōfert dolori hepatis iuuamentum manifeſtum,& ſplenis,ſimilr & renum,ꝛ curat apoſtemata eorū:eſt ex medicinis educentibus uermes:& confert ſciaticæ, & doloribus iuncturarum.Et eſt iuuamentum ad febres antiquas diuerſarum materierum,& ad tibum earum magnū eſt,& ꝓprie cum eo,quod conuenit ex potibus. Doſis eius ſm Meſ.eſt in ſubſtantia à ʒ.i.uſq; ad ʒ.ii.In infuſione à ʒ.ii.

uſq; ad ʒ.v.Doſis cōis in ſuba eſt ʒ.i.ſ.cū tertia parte ſa liſgemmę.Vt ℞ agarici boni ʒ.i.ſ.ſaliſgemmę ſcrup.i. boni ponderis,puluerizentur, & diſſoluantur cum decoctione florum & fructuū,& fiat potus,cui adde mellis ro.co.vnc.i.Non eſt ſic in uſu.Sed bene trociſcatus, qui ſic fit: ℞ agarici electi vnc.i.ſ.ſaliſgēmæ vnc.ſ.con teratur & cum oximelle aut uino infuſionis zinziberis fiat trociſci.Et inter agaricum trociſcatum,⁊ trociſcos de agarico,nulla eſt differentia. Et eſt in uſu ſic dicedo: ℞ trociſ.de agarico ʒ.i.uel ʒ.i.ſ.cum melle roſ.formentur pilulæ numero ſeptem. In infuſione doſis eſt ʒ.ii.ſ. uel ʒ.iij.Vt ℞ agarici ʒ.ij.ſ.ſaliſgemmæ ſcrup.ij.puluerizenſ,⁊ infundatur per horas viij.in.ſ.q.oximellis ſimplicis,qut ſquillitici,deinde fiat fortis expreſſio.Et cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde mellis ro.co.vnc.i.

De Turbith. Cap.50.

TVRBITH bonū/eſt album/uacuum/ arundinoſum/& gummoſum/cuius cortex eius cineritius eſt/& planus/recens/& facile frangibile. Calidæ complexionis eſt in tertio. Et dicit Meſue / ſunt in eo tria/in quibus cadit correctio. Primum eſt/ quia eſt debilis & tardæ operationis.Secundum/quia nocet ſtomacho faciēs ſubuerſionē/& nauſeaz. Tertium/quia acquirit uſus eius ſiccitatem/⁊ exiccationē in corpore: quoniam extrahit humiditates ſubſtantiales.Primum remouetur/admiſcendo ei acutum/⁊ proprie zinziber. Hoc enim ſigillat ei proprietatem mirabilem,ut educat humorem groſſum,& uiſcoſum,etiā à remotis iuncturis,anchis,& locis profundis,& diſtantibus Secundum remouetur admiſcendo ei, de medicinis ſtomaticis , & redolētibus,ſicut eſt maſtix,⁊ gallia,⁊ aromatica.Ter-

tium remouetur miſcédo ei oleum amygdalarum dulcium, aut cũ amygdalis, aut cũ ʒuccharo. Sol'one per ſe phlegma ſubtile educit, ſed confortatũ educit humores phlegmaticos groſſos, & uiſcoſos, & à remotis, & iuncturis proprie. Et dicit Auicenna educit phegma ſubtile. Et ſi confortetur cum ʒinʒibere, & eo quod habet acuitatem, educit groſſum, ⁊ crudum humorem. Solum uero, non ſoluit groſſum, niſi inueniat in ſtomacho fixum, & in inteſtinis. Et dicit Meſ. ipſum mundificat ſtomachum, & expellit ab eo ſuperfluitates adhęrentes in uillis eius, & mundificat pectus à phlegmate groſſo, & putrido. Et eſt medicina ad dolores iuncturarum. Et uſus eius præſeruat à lepra, & ab infectionibus phlegmaticis, ſicut eſt morphea, & baras. Et eſt medicina bona febrium phlegmaticarũ. Doſis eius in ſubſtantia ſm Meſ. eſt à ʒ.i. uſqʒ ad ʒ.ij. Et in infuſione à ʒ.ij. uſque ad ʒ.iiij. Communis doſis in ſubſtantia eſt ʒ.i.ſ. cum tertia parte ʒinʒiberis. Et in infuſiõe ʒ.ij.ſ. uel ʒ.iij. Non eſt in uſu ſic per ſe. Sed bene cum alijs, ut in confectione de dactylis, elect. Indo, Elect. eleſcoph, de quibus Meſ. in antidotario. Poſſunt cum eo fieri trociſci, ut ℞ turbith electi pręparati vnc.i. foliorum uiolarum vnc. ij. ʒinʒiberis ʒ.ſ. galliæ ʒ.i. conficiantur cum ſucco abſinthij, aut cũ melle. Et ſoluunt ſine moleſtia. Doſis eorum eſt ʒ.i.ſ. uel ſic ſine ʒinʒibere: ℞ turbith electi præparati vnc.i. foliorum uiolarũ vnc.ij. ſucci liquiritiæ vnc.ſ. fiant trociſci cum melle, ſic ſoluunt phlegma ſubtile, ⁊ aquoſitatem. Doſis eſt ʒ.i.ſ. dentur cum melle, aut pulpa caſſiæ fiſtulæ. Et cum reubarbaro ſunt mirabiles in hydropiſi aquoſa. Fiunt etiam pilulæ de turbith, quas Meſ. uocat aureas. Vel ſic, & ſunt de maxime conferentibus laborantibus glandulis phlegmaticis, & ſcrophulis, & apoſtematicis ſchliroticis: ℞ turbith electi, & præparati vnc.i. agarici trociſcati, aloes hepa-

ndci,polipodij quercini an.vnc.ſ ʒinʒiberis,maſticis an. ʒ.ij.croci ʒ.i.formentur cum ſucco abſinthij. Doſis eſt ʒ.i.ſ.

De Coloquintida. Cap.51.

COLOQVINTIDA ab antiquis colocyntis dicta laudatur,quæ groſſa eſt leuis,laxa,alba,lenis,& completæ maturitatis,cuius pars interior eſt pulpoſa laxa, lenis,& alba uehementis albedinis.Calidæ complexionis eſt,& ſiccæ in tertio gradu, de decoctione complete ſuſtinens.Et eſt ſolutiua attractiua ſuperfluitatum multum à remotis reſolutiua,inciſiua, & abſterſiua.Nocet ſtomacho,cordi,& hepati.Et eſt conturbatiua, ſubuerſiua uiſcerum, faciens ſubuerſiones difficiles. Aperit orificia uenarum apertione ſanguinē fluere faciente,& uehementius,q̄ aloes.Et excoriat uias. Primum,& ſm nocumentum/inquit Meſue/emendatur cōmiſcendo cum ea medicinas cordiales, & ſtomaticas,& hepaticas. Tertium,& quartum cum rebus acquirentibus ei uiſcoſitatem,& glutinationem,& remouentibus ab ea ſeroſitatem, & cito lubricare eam facientibus ſicut eſt dragagantum proprie,& bdellium,& gummi,& maſtix, & ſimilia.Solutione educit phlegma, & humores uiſcoſos,attrahens à profunditate membrorum,etiam choleram.Doſis eius ſm Meſ.eſt à kiractis vi.uſq; ad x.Communis eius doſis eſt, kirat.viij. Non eſt in uſu,cum res ſit multū uiolenta.Et dicit Meſ.eius poſſe eſt magnum in mundificatione cerebri,& neruorum,& lacertorum,pulmonis,& pectoris,& magna medicina ægritudinibus eorū, ſicut eſt dolor capitis antiquus, hemicraneæ difficilis,& epilepſia, & apoplexia. Et confert ægritudinibus neruorum,oculis, & uertigini.Et eſt res magni iuuamenti ad aſma, & antiquam

tuſſim,& ad dilatationē anhelitus.Et eſt eius operatio
uirtuoſa ad dolores iuncturarum, & podagram frigi-
dam,& ſciaticam proprie ſm omnem modum admini
ſtrationis eius,etiā in cliſterijs,& collyrijs. Et confert
colicæ phlegmaticæ,& inflatiuæ iuuamentum ultimū,
& hydropiſi.Et ſi ſupponatur in matrice occidit fœtū.
Et ſi ex ea cum aceto forti fricetur morphea ſanat eam,
& ſimiliter lepram,& elephantiā.Et ſi euacuetur, quod
eſt in teſta eius,& impleatur oleo,& bulliat in cinere ca
lido,& inungantur capilli,denigrat eos,& tardat cani
ciem,ꝛ prohibet caſum eorū.Et ſi diſtilletur ex ea in au
rem,ſanat dolorem eius,& confert ſonitui in ea.Et di-
cit Auicen.ꝙ eſt ex medicinis magnis iuuantibus ad
puncturam ſcorpionis.Et ꝙ quidam uni Arabum de-
dit in potu,quem ſcorpiones in quatuor locis pupuge
rant ʒ.i.ex ea,& ſanatus eſt ſtatim.

De Mirabolanis Chebulis,Emblicis,& Belliricis.Cap.52.

CHEBVLI groſſi laudanť ſubnigri, ad
rubedinē declinantes, in pondere graues,
& habentes corticum ſuorum ſpiſſitudi-
nem.Frigidę ſunt complexionis in primo
gradu, & ſiccæ in ſecundo. Solutione
educunt melancholiam & phlegma, mundificant &
confortant ſtomachum, conferunt hydropiſi, & fe-
bribus antiquis.Eorum doſis eſt ſm Meſ.in ſubſtantia
à ʒ.ij.uſq; ad ʒ.iiij.Et infuſiōe à ʒ.iiij.uſq; ad ʒ.x.Sed cō
munis doſis eſt in ſubſtantia ʒ.iij.in infuſione ʒ.vi.Em-
blici meliores ſunt habentes fruſta groſſa,denſa,& gra
uia,& qui minus creſcunt in oſſibus & plus in carne,fri
gidæ ſunt,& ſiccæ in primo gradu.Solutione educunt
phlegma,mundificant ſtomachum à phlegmate, & pu-

trelactione,& confortant cerebrum,& neruos,hepar,ꝛ
cor,& conferunt tremori eius.Doſis eorum in ſubſtan
tia ſm Meſ.eſt ab aur̃ i.uſq; ad iij.Et in infuſiõe ab aur̃.
iij.uſq; ad vi.Communis doſis in ſubſtantia eſt aur̃.ij.
in infuſione aur̃.iiij ſ.Belliricí meliores ſunt groſſi,
ſpiſſi,& ponderoſi,cõmuniter denſi. Frigidi ſunt in pri
mo,& ſicci in ſecundo.Solutione educunt phlegma &
corũ doſis eſt,ſicut emblicorum.

De Cucumere ſilueſtri. Cap.53.

QVOD de cucumere aſinino adminiſtra-
tur,eſt ſuccus fructus eius,& proprie com
pleti,& quod dicitur Elaterium.Calidę cõ
plexionis eſt,ꝛ ſiccę in tertio,reſolutiuus,
ſubtiliatiuus,aperitiuus oppilationum,ꝛ
orificiorum uenarum,abſterſiuus,extenuatiuus,exicca
tiuus,& ſolutiuus ſed Gal.dicit ꝙ calefacit in ſecundo.
Duo ſunt corrigibilia in eo.Excoriat enim ꝛ aperit ori
ficia uenarum,& eſt tardæ operationis.Dicit Meſ.Pri-
mum nocumentum emendatur, ſi in operatione ſucci
eius adiũgatur ex bdellio aliquid aut dragaganto,aut
ſi propinetur cum lacte dulci recenter mulſo, aut cum
aqua mellis,ꝛ ſale.Et ſm emendatur,ſi in eius operatio
ne miſceatur aliquid ſalisgemmæ,aut ex ſpeciebus ale-
phangineis.Solutione educit phlegma, & aliquando
choleram,& educit mirabiliter aquoſitates à partibus
difficilis eradicationis earũ.Et Auic.dicit;Confert hy-
dropiſi extrahendo aquoſitatem mirabiliter ſine nocu
mento,quando in potu datur de radice eius anuluſat.i.
obulus unus & ſemis.Et quando decoquit̃ media libra
eius cum duobus kiſt.uini,& dantur in potu omni die
tres anuluſat,uſq; ad quinq;.Et obulus eſt pondus triũ
kirat,& kirat ponderat grana iiij.hordei.Et kiſt eſt lib.
i.ſ.Et cum fit ex radice ipſius emplaſtrũ cũ farina hor-

dei reſoluitomnem apoſtema phlegmaticū antiquum. Inquit Gal.8.ſimpl.Elaterio angina laborantis inun gunt qdam cum melle,aut oleo uetere.Bonū etiā eſt re gio morbo affectis,fuſum cū lacte in nares:& dolores capitis ſanat.Et d.Meſ. ſi decoquātur radices eius cum abſinthio in aq̄,ꝛ oleo uſq; dū bene ſint excoctæ,& em brocent tēpora ex eorū aq̄ calida,& oleo,& fiat ex fece emplaſtrum circa tēpora, reſoluitur hemicranea labo- rioſa difficilis.& hoc emplaſtrum reſoluit apoſtemata groſſa,& dura,& ſcrophulas,& proprie miſcēdo ei ali- quid de ſtercore caprarum cum melle: & capurpurgiu; ex ſucco eius educit ſuperfluitates plurimas, & ualet ad fœtorem naſi & ad dolorem capitis antiquum, & epi- lepſiam,& ſuccus eius,& ſuccus radicis eius eſt medici- na bona hydropiſi:extrahit enim aquā citrinam cum fortitudine.Et ſimiliter decoctio radicis ipſius,& con- fert ictericiæ,& oppilationi hepatis, & ſplenis,& ꝯfert ſciaticæ iuuamentum manifeſtum.emplaſtratur,& cly- ſterizatur.Et puluis radicis eius cum melle attenuat ci- catricem fœdam,& remouet ueſtigia magna,quæ rema nent poſt percuſſiones: & fit ex ſucco radicum ipſius,& farina fabarum linimentum bonum abſtergens ſordi- tiem faciei,ꝛ fœditatem cutis Et ſi fricetur morphea cū radice eius,& aceto forti,aufert eam. Succus eius admī niſtrandus eſt poſt ſex menſes: & eius doſis eſt ſecūdum Meſ.à gr.x.uſq; ad ſcrup i.& doſis pulueris radicis eius eſt à gr.xv.uſq; ad ʒ.ſ.ꝛ aquæ decoctionis eius eſt à ℥.ii. uſq; ad iiij Non multu; eſt in uſu.Poteſt dari de ſucco uſq; ad gr.vii.& ſi cum reubarbaro miſceat̃ & cum aq̄ mellis,aut cum melle ro.co.detur, eſt medicina multu; conferens hydropiſi cum hepatis & uentriculi confor- tatione. Vt ſic dicendo: ℞ reubarbari electi ſcrup.i.ſ. ſalisgemmæ,elaterii an̄.gr.iij.miſce, cu; ſucco abſinthii formentur pilulæ numero quinque.Item, ℞ mellicrati

vnc.iiij.uel ſic: ℞ pilularum de reubarbaro ſcrup.ii.ſa-
lisgemmæ,elaterii gr.iij.miſce,fiant pilulæ numero.v.
Item, ℞ mellis ro.col. aquæ abſinthii añ.vnc.ij.miſce.
Vel ſic: ℞ pilularum aggregatiuarum ſcrup.i.elaterii.
gr.iiij.miſce.formētur pilulæ numero iij. Vel ſic:& me
lius: ℞ pilularum de reubarbaro, agarici trociſci.añ.
ſcrup.i.reubarbari electi ſcrup.ſ.elaterii gr.iij.miſce,cū
ſucco abſinthii formenť pilulæ numero v.Item, ℞ mel
lis ro.co.aquæ abſinthii añ.vnc.ij.miſce: & cum eis ſu-
matur.

De Euphorbio. Cap.54.

EVPHORBIVM eſt gūmi excedens oīa genera gūmi in calefaciēdo,& ſubtiliādo,complexionis calidæ,& ſiccæ in quarto gradu,inimicum hepati, & ſtomacho. Præparatur cum rebus eius acumen obtundentibus & inflammationem extinguentibus, & ei lubricitatem acquirētibus.Solutione,phlegma uiſcoſum,& groſſum à locis profundis corporis educit.Et dicit Meſ.q̄ eſt medicina magna doloribus nodoſis,q uadunt, & ueniunt per iuncturas. Et ex medicinis educentibus aquam citrinam: & quòd diſſoluitur cū oleo de keiri, & inungitur cum eo, & confert ægritudinibus neruorum frigidis. Sicut eſt paralyſis,& ſtupor, & tremor,& tortura,& ſpaſmus,& quòd eſt res mirabilis ad hoc.Doſis eius eſt ſecundum Meſue à kirat.i.uſque ad iij. Secundum alios doſis eſt à granis iiij. uſque ad xii. Non eſt in uſu,Poſſunt cum eo præparato maſtice, & ſpica formari pilulæ. Vt, ℞ euphorbii præparati, maſticis,ſpicæ añ ʒ.ſ.miſce cum ſucco acetoſę formentur pilulæ. Doſis eſt ſcrup.i.ſ uſque ad ſcrup.ij. Et ſunt mirabiles,& expertæ in morbo peſtilentiali, ſi in principio exhibeantur.

De Mezereon. Cap. 55.

MEZEREON dicit Meſ. proximum eſt ueneno, calidum & ſiccum in quarto excoriatiuum, ulceratiuũ, ſeroſum, & inflãmabile, cõſumptiuum, & diſſolutiuũ uirtutis, frangitur eius malitia, & acuitas cũ mucilagine pſillii, ſucco portulacæ, & proprie cum ſucco endiuiæ, & ſi infundantur per diem in aceto, in quo decocta ſint cydonia, aut in lacte dulci, aut acetoſo, & mirabolani frangunt acuitatem eius excellenter. Facit Meſ. confectionem almezereon, quam dicit eſſe medicamen benedictum ad hydropiſim aquoſam cum fortitudine, ſed nõ eſt in uſu. Etiam pilulas facit de mezereon, & ſunt in uſu, quarum doſis cõmuniter eſt ʒ.i. quæ ſi cũ reubarbaro dentur, aut pilulis de reubarbaro, ſine alicuius membri nocumẽto aquam citrinam educũt. Vt, ℞ pilularũ de mezereõ ſcrup.ii. reubarbari electi ſcrup. i. miſce, cum ſucco abſinthii formentur pilulæ numero vij. Vel ſic: ℞ pilularum de mezereon, pilularũ de reubarbaro añ. ʒ.ſ. miſce, formentur pilulę numero v. Et dicit Meſue, Gal. dixit, infundant folia mezereon in ſyrupo roſarum parum anteq̃ terminetur coctio ipſius, & ꝓpinetur ſyrupus ubi oportet, quia nõ eſt in eo timor. Et dixit etiam, decoquatur in iure gallorum antiquorũ & eſt ſine nocumẽto: ſuſtinet de decoctione parum. Solutione, educit aquam citrinam cum fortitudine uehementi. Et dicit Meſue, dixit Alex. iuncta cum rebus educentibus melancholiã, educit eã, & cum rebus educentibus phlegma, educit ipſum: & abſinthium duplicatum ei, aut mirabolani addunt ei bonitates, & faciunt educere choleram. Sed maius iuuamentum, quod ex eo expectatur, eſt ad hydropiſim, aquam enim educit aggregatam in uentre. Nocet tamen hepati, & omnibus mẽbris

nutritiuis.Interficit lūbricos,& uermes,& eos ſolutiõe
educit.Et ſi fiāt unguēta ex eo,& melle curat fiſtulas,&
ulcera fraudulēta:⁊ fit unguētū: ex eo aceto,⁊ oleo,⁊ ce
ra ad ſcabiē bonū Et fit ex eo linimentū cū ſulphure,&
melle,⁊ aceto forti ad morpheā ⁊ albaras,⁊ lētiginē,&
delet eas.Doſis eius ſꝫ Meſ.in decoctiõe ē à ʒ ſ.uſq; ad
ʒ.i.Et in ſubā à kiratis ij.uſq; ad v.Non eſt in uſu.

De Hermodactylo.Cap.56.

HERMODACTYLVS melior eſt,q
eſt albus intus,⁊ extra,⁊ groſſus,⁊ medio
criter durus. Calidus eſt,& ſiccus in prin-
cipio ſecūdi.Et in eo eſt humiditas ſuper-
flua,cauſa uentoſitatis,ſubuerſionis,⁊ nau
ſeæ ſoluit debiliter,& tarde,corrigitur cū cinamomo,
maſtice,& zinzibere aut pipere longo.Educit phlegma
groſſum à iuncturis proprie.Et dicit Meſue,ꝙ eſt medi
cina arteticæ magna, & podragræ ſumptus.Et etiam
cataplaſmatus,& proprie cum farina hordei,& uitellis
ouorum,aut cum mica panis pinguis, & uitellis oui.
Et eſt medicina bona uulneribus, abſtergit enim ſor-
des eorum,& conſumit carnes putridas in eis.Et Auic.
dicit,ꝙ ſedat dolorem ſtatim podagrę more emplaſtri
ſuperpoſitus.Et cum ex eo multoties fit emplaſtrum,in
durat apoſtemata, & in lapideam naturam conuertit.
Et eſt conferens theriaca omnibus doloribus iunctura
rum,& proprie in horis fluxuum.Doſis eſt ſm Meſ.ab
aur.i.uſq; ad ij. Non eſt in uſu.

De Ireos.Cap.57.

IREOS melior eſt,cuius radix eſt alba
participans aliquid rubedinis,& groſſa,
& dura,& ſpiſſa,cuius odor eſt proprie,
ſicut odor uiolarum, & cuius ſapor eſt
acutus mordicatiuus,habens nodos bre

ues

ues collectos.Calidæ complexionis eſt,& ſiccæ in tertio.Eſt abſterſiuus,maturatiuus reſolutiuus,lenitiuus, aperitiuus oppilationũ, ſedatiuus,mũdificatiuus,ſolutiuus, & prouocatiuus.Educit phlegma groſſum, & choleram permixtam,& aquam citrinam cũ facilitate. Et dicit Meſ.remouet oppilationes hepatis, & ſplenis, ⁊ curat in eis morbos oppilationũ,ſicut eſt hydropiſis ꝓprie.Et eſt ex bene reſoluẽtibus duritiem & apoſtema eorũ:eſt & medicina bona lenitiua,⁊ reſolutiua omnis duritiei,& proprie coctum cum aqua ſiclæ,aut cauliũ, aut cum uino,& permixtum cum melle,& oleo camomillæ: & eſt medicina magna uulnerum antiquorum ⁊ putridorũ mundificans,⁊ generans in eis carnem laudabilem,& etiam oſſa nuda ueſtiens carne.Et emplaſtratio,& clyſterizatio facta ex eo,confert ſciaticę: & ſi coluitur os ex aceto decoctionis eius,remouet dolorẽ dentis,& ſedat reumatiſmũ eius: & ſuppoſitio facta ex eo,aperit orificia hæmorrhoidarũ,& confert uſus eius ei,qui effundit ſemen ſuum inuoluntarie:& ſi ex ſucco ipſius,⁊ farina fabaꝝ,⁊ ciceꝝ,linimẽtũ bonũ mũdificãs faciẽ,& abſtergẽs maculas:eius:⁊ oleũ eius ꝯfortat neruos,& iuncturas,& ꝯfert ſpaſmo humido,& cõfert dolori pectoris,& pleuriſi,& peripneumoniæ: & confert diſtillatio eius in aurem dolori eius, & diſtillatur ad fœtorem naſi,& remouet eum,& inunctio eius in temporibus facit dormire,& confert dolori capitis,& maturat catarrhum:& confert inunctio eius dolori hepatis,& ſplenis,& renum:& dolori matricis,& iuncturarum & podragræ.: & dicit Aui.confert ulceribus ſordidis,& facit carnem naſci in fiſtulis etiam ſi pulueriʒetur,⁊ ueſtit os carne,⁊ attrahit lachrimas.Et fit encatiſma in decoctione eius propter duritiem matricis,⁊ dolores eius frigidos, & adminiſtratio ſuppoſitorij eius cum melle facit abortiri, & eius oleum iuuatiuum eſt

matricis,& remouet frigus,& tremorem & quando bibitur cum aceto, confert uenenis omnibus, educit phlegma groſſum, & choleram permixtam, & aquam citrinam cum facilitate:& dicit Auic.educit aquam citrinam,& colerá,& phlegma,quando bibitur ex ueteri eius confracto.Doſis eius ſm Meſ.eſt à ʒ.ij.uſq; ad ʒ.vi.ſed doſis cõmunis ſucci radicis eius eſt vnc.ſ.Datur cũ aqua mellis,aut lactis cũ ſpica,aut maſtice.

De ſucco Sambuci.Cap.58.

SVCCVS radicum ſambuci euacuat mirabiliter aquam hydropicorum,& eſt medicina experta.Eius doſis ē vnc.i.uſq; ad vnc. ij.cum vnc.i.oximellis ſimplicis,aut mellis roſati colati.Vt,℞ ſucci radicum ſambuci per reſidentia depurati,mellis roſati colati añ.vnc.i.miſce, cum aqua cuſcutæ fiat potus.

De Soldanella.Cap.59.

SOLDANELLA, quam aliqui ſoldanam uocant,herba eſt, quæ in maritimis naſcitur,quam marinam braſſicam Dioſ. uocat. Hæc aquam intercutem habentes excellenter ſoluit.Datur,ſimiliter cũ aqua mellis, aut melle roſato colato cum ſpica,aut maſtice. Eius doſis eſt vnc.ſ.Vt ℞ pulueris ſoldanellæ vnc.ſ. aquæ mellis vnc.i.ſ.miſce, & cum aqua cuſcutæ fiat potus.Vel ſic:℞ pulueris ſoldanellæ ʒ.ij.ſ.ſucci ireos per reſidentiá depurati ʒ.ij miſce,& diſſolue cũ aqua mellis. Vel ſic:℞ Reupontici ʒ.i.ſpicæ gř.vij.infundantur in aqua cuſcutæ cum modico boni uini per horas x.deinde fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue pulueris ſoldanellæ ʒ.ij.mellis roſati colati vnc.i.Et cum decoctione florum, & fructuum fiat potus.Vel ſic: ℞ reubarbari electi ʒ.i.ſpicę gř.x.infundãtur in aqua endiuię per viij.

horas,deinde fiat fortis expreſſio,in qua diſſolue pulueris ſoldanellæ ℥.ij.ß.Et cũ decoctione florũ,& fructuum facta in aqua cuſcutæ,uel ſcolopendriæ fiat potus, cui adde mellis roſati colati.vnc.ß.

De Serapino & oppoponaco. Cap.60.

SERAPINVM melius eſt,cuius color eſt inter ſubrubeum, & ſubalbidũ habens odorem porrorum,& quod faciliter reſoluitur in aqua, quod clarum eſt cum ſpiſſa ſubſtantia,& quanto leuius,tanto melius. Calidæ complexionis eſt in tertio & ſiccæ in ſecundo. Compoſitum plus ex ſubſtantia ſubtili,quàm terrea. Reſolutiuum,carminatiuum uentoſitatum groſſarum,ſubtiliatiuũ,extenuatiuũ,ſolutiuũ,& prouocatiuũ. Nocet ſtomacho,& hepati,eius nocumenta remouentur cum maſtice proprie,& ſpica,& quando nutritur cũ ſucco enulæ,rutæ,aut feniculi,educit humores uiſcoſos,& phlegma groſſum,& aquam citrinã.Et dicit Meſ.quod eius proprium eſt mundificare cerebrum,& neruos, & educere materias eorum,& conferre ægritudinibus frigidis eorum,ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, quæ ſunt dolor capitis antiquus,hemicranea difficilis,& epilepſia,& uertigo,& paralyſis,& tortura,& tremor.Et quod eſt ex medicinis ualde bonis ad mundificandum materias quæ ſunt in pectore, & proprie nutritum cũ aqua rutæ aut enulæ,& confert duritiei ſplenis,& reſoluit inflationem eius ſumptum in potu, & ſuperlinitum cum ſucco capparis,& aceto,& reſoluit ſcrophulas,& nodoſitates mẽbrorum:& nutrito cum ſucco rutæ,cõfert obſcuritati uiſus,& eſt medicina magna deſcenſui aquę ad oculum,& proprie ad cohol factum ex eo,& linitur cũ aceto ſuper ordeolum,& delet ipſum,& bibitum,& clyſterizatum.confert colicæ frigidæ & uentoſæ,& dolori

uentris,& bibitum,& ſuppoſitum prouocat menſtrua, & interficit fœtū,& confert dolori matricis,& præuocationi ipſius:etiam quando bibitur cum uino confert morſibus uenenatis, & doloribus hæmorrhoidarum, quando ſumitur ſimplex,aut compoſitum,& diſſolutū cum ſucco rutæ frangit lapidem. Doſis eius ſecundum Meſ.eſt à ʒ.5.uſq; ad aur.i.Non eſt in uſu: & opoponacis doſis à ʒ.i.uſq; ad ʒ.ij.Et præparatur quemadmodū & ſerapinum,& eiuſdem ferè uirtutis eſt cum eo. Phlegma groſſum,& uiſcoſum à partibus remotis,& iuncturis educit cerebrum, & neruos mundificat, & ſimiliter confert ægritudinibus frigidis eorum. Et dicit Meſ.cū bibitur cum aqua mellis calida,confert guttationi urinæ,& prouocat ipſam,& menſtrua,& facit aborſum.Et ꝙ eſt medicina magna doloribus iuncturarum, & podagræ ſecūdum oēm modum adminiſtrationis ipſius: Etiam linitum,& emplaſtratum, & proprie cum ſucco caulis,melle,& ſale pauco,& linitū in ſpina dorſi diſſolutum cum ſucco apii, & oleo anetino eſt medicamen expertum rigori febrium: tamen de eo dicit Raſis ꝑ cōtinentis de mente Serapionis,⁊ ita eſt in cap. de aſmate, ꝙ nocet neruis,& ſic membris neruoſis,& conſequēter cerebro.Et ideo eius exhibitio eſt ſuſpecta ex propoſitione famoſa ſcripta à Raſi ꝑ continen. ꝙ habentes neruos debiles facile incidunt apoplexiam.

De Mirabolanis Indis. Cap.61.

TERTIO dicamus de his,quæ melācholiam educunt: & ꝑ de mirabolanis Indis. Hi in quinque laudanť ut ſint nigri,& cōfracti denſitatē habentes,groſſi,& graues, ⁊ oſſibus carentes.Complexionis ſunt frigidę in primo & ſiccę in ſecundo.Educunt melancholiam,& choleram aduſtam:conferunt tremori,leprę,&.

quartanæ,triſtitiam remouent, & colorem clarificant. Eorum doſis eſt ſicut chebulorum.

De Lapide Lazuli. Cap.61.

LAPIS LAZVLI, ſiue ſtellati, quẽ Grę ci Cyaneum uocāt, melior eſt, cuius color eſt perfectiſſimus in colore lazuli, maculas aureas habens, lenis ſine aſperitate, & ſine admixtione alterius lapidis, qui non eſt de facili frangibilis, & cuius fruſtra ſunt magna. Hunc lapidem pharmacopolę imperfectiſſimum habent. Calidus eſt in ſecundo, & ſiccus in tertio: nocet ſtomacho generans ſubuerſionem. & ſoluens cum anguſtia: & pręparatur, ſi teratur in uaſe lapideo, & lauetur cum aqua dulcī trigeſies, & poſt decies cum aqua roſarū, aut bugloſſæ. Et dicit Meſ. lotus per uentrem educit melancholiā, & humores aduſtos, & ſanguinem mundificat ab eis, & cō ſeruat, & prolongat pilos, & generat eos in palpebris, & confert ægritudinibus cerebri, & cordis, ſicut eſt epilepſia, & mania, & melācholia, quarum eſt mater humor melancholicus, & confert iuuamentum ſublime ægritudinibus timoris, & tremori cordis, & ſyncopi, & cōfortat cor, & aufert nocumenta eius, & dilatat animam, & mūdificat pectus, & pulmonem, & confert aſmati ab humoribus groſſis, & ægritudinibus ſplenis, & eſt ex rebus conſeruantibus iuuentutem, & beatificātibus uitā, & præſeruat à lepra, & ſuppoſitus educit mēſtrua, & datur patientibus febres melancholicas, & curat eas. Eius doſis eſt à ʒ.i.uſque ad ʒ.ij.ſ. ſecundum Meſ. Poteſt adminiſtrari cum zuccharo bugloſſato, uel aqua bugloſſæ. Non eſt in uſu. Sed pilulæ eius, de quibus Meſue in antidotario, ſunt multum in uſu: quarum doſis eſt ʒ.i.uſq; ad ʒ.i.ſ.

De Lapide Armeno. Cap.63.

IN ARMENO lapide, eſt aliquantulũ lazuli color,& diſtinctiones macularũ habet uirides:& nigras,& facile diſſolubilis, & puluerizabilis eſt,⁊ eſt lenis tactus,& eo quandoqz utũtur pictores loco lazuli. Calidæ complexionis eſt in principio ſecundi, & ſiccæ in ipſo,corrigitur,& pręparatur,ſicut lapis lazuli:ſolutione educit choleram nigram.Et dicit Auic. educit melãcholiã fortius,q̃ lapis lazuli:& de uiribus cordis cap. proprio dicit proprietatem habet cõfortandi cor & ipſum lętificandi ſeparando uaporem melancholicum ⁊ fumoſum à ſpiritu,& mundificãdo ſimiliter corpus ab humore melãcholico:ſed his duobus lapidibus Græci non dant uirtutem ſoluendi.Eius doſis eſt,ſicut lapidis lazuli.Non eſt in uſu,nec eius pilulæ,quas ponit Meſue in antidotario ſunt in uſu,quia uirtute conueniunt cũ pilulis de lapide lazuli,ſed ſunt maioris uiolẽtiæ.Dixit Auer.in ſecũda parte ſcdæ partis cãticæ ꝙ medicinæ à proprietate ſoluentes humorem melãcholicum, fortis eſt lapis lazuli,poſt eam epithimus: deinde polypodiũ, poſt mirabolani Indi & chebuli. Sene autem & fumus terræ educunt humores aduſtos:bugloſſam dicit non educere,licet ſic de eis reſiſtentibus.Et Auic. in de melãcholia dixit adminiſtra elleborum cum timore & cautela, & lapidem lazuli,& lapidem armenum: & pilulas factas ex eis ſine timore ⁊ cautela: ſed laudauit adminiſtrationem earum in aqua caſei ad remoueudum ſiccitatem earum.Sed de his fortius dixit Raſis p̃ continentis cap.proprio,ꝙ ubi non ſufficiant aliæ medicinæ ad elleborum uel lapidem armenum oportet reiterare. Et dixit, Antiqui utebantur elleboro.Sed ego cõmendo lapidem armenum magis:eo ꝙ nulla dubitatio:nec defe-

ctus eſt in eius opatione:nam ipſe lapis armenus eſt ca-
lidus in primo & ſiccus in ſecundo: nec eſt nimium al-
teratiuus:ſed ut dicũt omnes,agitat & cõmouet ſtoma
chum.Sed Raby Moiſes in tractatu ſuo ſpeciali de me-
lancholia dicit, Nõ purget cum lapide lazuli dominus
meus propter eius fortitudinem:neq; cum lapide arme
no:qm non cognoſcit,de quo intulit dubitantem no-
bilior Medicorum Auenzoar.

De Sena.Cap.67.

SENAM apud antiquiores incognitam fuiſſe aliqui dicunt.Ideo ab Auerroe inter medicinas nouas numerari,tamẽ eam Galenum cognouiſſe dicit Meſ.Huius melior pars plantæ eſt folliculus, deinde folia.In folliculis enim maior uis educendi eſt,q̃; in folijs,ut ex perientia oſtendit,ob perfectiorem ætatem,denſiorem ſubſtantiam,& potentiam contentorũ ſeminum.Et,dicit Meſue,melior folliculus eſt, cuius color accedit ad uiriditatem,& ſubnigredinem quandam,& in quo eſt parum de emaritudine,& qui eſt magis completus,ꝛ in quo ſunt ſemina ampla compreſſa,ꝛ meliora folia ſunt uiridia,ſubalbida uero,& tenuia nõ bona,ꝛ antiquum ex eo eſt ſine ſpiritu,& ſtipites eius ſunt inutiles.Calidę complexionis eſt in principio ſecũdi gradus,& ſiccę in primo.Debiliter ſoluit,& tarde, & ſtomachum debilitat,ut experientia oſtendit,q̃uis ſubamara ſit.Confortatur in permiſcendo cum ea aliquid ex rebus acutis, ſicut zinziber proprie & ſalgemma,& medicinę cordiales cum ea,& ſtomaticæ fœlicitant eius opus,educit cũ facilitate melancholiam,& choleram aduſtam.Et dicit Meſ.dixit Gal.decoquantur cum iuribus gallorum,aut gallinarũ,aut carnium,ꝛ ſoluit ſine moleſtia.Sed oportet,ut eius quantitas ſit multa.Et ſi infundatur in aqua

caſei cum ſpica: deinde coquatur ebullitione aliqua eſt medicamẽ bonum. Et ſi propinetur puluis eius in lacte dulci, fiet medicamen bonum, & ſunt qui propinant decoctionem eius, & prunorum, & ſpicæ, & fit ſolutiuum bonum, & ipſa mundificat cerebrum, cor, & hepar, & ſplenem, & membra ſenſuum, & pulmonem, & confert ęgritudinibus eorum. Et aperit oppilationes uiſcerum, & conſeruat utentem ea, in iuuentute, & generat gaudium, & cauſam triſtiæ amputat, & ſi ponantur, folia eius in lauacris ad caput, & ꝓprie cum camomilla, confortat cerebrum & neruos, & ſm̃ adminiſtrationẽ eius addit in uiſum & corroborat auditum, & eſt medicina bona febrium melancholicarum, & antiquarum. Doſis eius in infuſione ſm̃ Meſue eſt ab auſ.iij. uſq; ad vnc.i. & duæ vnc. tutiſſime exhibentur. In puluere ſm̃ alios eſt à ʒ.ij. uſq; ad vnc.5.

De Polypodio. Cap. 68.

POLYPODIVM latini ex ſimilitudie foliorum cum filice, filiculam uocant. Et dicit Meſue, melius eſt, quod ſuper quercus naſcitur, & proprie quod eſt groſſum, & ſolidũ, & nodoſum, cuius color participat aliquid nigredinis, & parũ rubedinis, in quo eſt ex aromaticitate aliquid, in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtipticitate, derelinquẽs in guſtu ex amaritudine aliquid. Et quod eſt recens. Et autoritate Dioſco. dicit, ꝙ calidæ complexionis eſt in tertio, quod nõ eſt uerum nec hoc dicit Gal. & ſiccæ in ſecũdo, & dicit Auic. calidæ in ſecundo, & ſiccæ in tertio, & Auer. in caliditate ferè temperatũ eſſe dixit & ſapore dulci & ſtiptico. Reſolutiuũ eſt humiditatum uiſcoſarum, & groſſarum, & eſt, dicit Meſue, ex maxime deſiccantibus, ſubuerſionem, & nauſeam facit, eius operatio debilis eſt, & tarda. Primũ no-

cumentum aufertur ab eo, ſi adminiſtratur cum aqua mellis, aut aqua paſſularum, aut hordei. Et ſm cum redolentibus, ſicut cum ſeminibus feniculi, aniſorũ, dauci, ʒinʒinberis cinamomo, gariophyllis. Educit cholerã nigram ⁊ plegma groſſum mucilaginoſum, ⁊ materias iuncturarum, ⁊ confert colicæ ſm omnem modum adminiſtrationis eius, ⁊ duritiei ſplenis, ⁊ proprie cũ epithimo, ⁊ ſale Indo, & confert ad melancholicas febres, ⁊ proprie cum aqua mellis, ⁊ ſanat ſciſſuras, quæ ſunt in manibus, Doſis eius ſʒ Meſ. eſt à ʒ.ij. uſqʒ ad aur.iiij. Secundum alios eius decocti, aut infuſi eſt à ʒ.ij. uſqʒ ad ʒ.v. ⁊ ſine decoctione, aut infuſione eſt à ʒ.i. uſqʒ ad ij. Auic. in de uirib. cordis dicit, ꝙ confortat cor, per accidens: quia euacuat à corde ⁊ cerebro, & toto melancholiam.

De Epithimo. Cap. 69.

DICIT Meſ. Epithimũ eſt ex rebus ſuper creſcentibus alijs herbis ſimile cuſcutę, ⁊ melius eſt, quod eſt ſubruffum cretenſe, acuti odoris completum, ponderoſum, cuius partes ſunt extremitates eius groſſæ, quæ ſunt ſicut flores. De decoctione modicum ſuſtinet, Calidę cõplexionis & ſiccę in ſecũdo. Et Galenus de alio epithimo loquens, eſſe calidum, ⁊ ſiccum in tertio. Dixit idem Paulus & Aetius. Dicit Meſ. debiliter ⁊ tarde ſoluit, ſed eius operatio confortat in multiplicatione ipſius quantitatis, ⁊ aſſocietate rei cum eo, eius effectũ magnificantis, ſicut ſunt mirabolani nigri Indi, proprie. Et aqua mellis aut decoctionis paſſularum cũ pauco ſale, aut aqua lactis ex capris. Salgemma ⁊ ſal Indus uigorant eius operationeʒ, ⁊ citam facilem faciunt res acutæ, ſicut piper, ⁊ ʒinʒiber. Et non prætermittas inquit, quin cadat in potibus eius oleum amygdalarũ

dulcium quo inuoluatur,quoniam addit ei ad bonita tem leniendo,quod timetur ex nitroſitate ipſius.Et di cit prærogatiuam habet educere ſuper omnibus ſolu tione educentibus melancholiam,eam enim educit ſi ne moleſtia,& facile.Et poteſtas eius eſt magna in ægri tunibus capitis,quarũ materia eſt melancholica, etiam ualet ad tremorem cordis & ſincopim, & ægritudines melancholicas in eo.Et eſt magna medicina oppilatio nis ſplenis & ægritudinum in eo,& confert ægritudini hypochõdriæ,& oppilationibus renũ,& frequens uſus potionis eius eſt medicina ſolennis cancro & lepræ,& uulneribus nigris,& ſoluit quartanam.Doſis eius deco cti ſm Meſ.eſt à ʒ.v.uſq; ad xx.& pulueris à ʒ.iij.uſq; ad vij.Sed de alio epithimo loquens Dioſco.ad ſummum ʒ.iiij.tribuit.Non datur tempore æſtatis.Et aliqui dicũt quando datur corporibus cholericis, ingroſſat hepar eorum.

De Aqua lactis. Cap.70.

OMNES Medici,qui de lacte locuti ſunt: ipſum ex triplici ſubſtantia cõponi conue nerunt,butyroſa.ſ.& pingui,caſeali craſſa, & ſubſtantia aquea,quæ ſerum,ſeu aqua la ctis appellatur.Hãc tertiam ſubſtantiã eſſe materiam infuſionum, & per ſe medicinam bonam ca rentem nocumento, dixit Meſ.& maxime, quæ ſumpta ex lacte iuuenum caprarum & nigrarum,& boni paſtus, ſi recens ſit boni odoris,& ſaporis ꝓprii,non extranei, in qua nulla eſt corruptio,& hãc dixit eſſe calidæ com plexionis & ſiccæ in primo gradu,uſq; ad ſecundum:& ipſam eſſe ſubtiliatiuam,lauatiuam,abſterſiuam per ni troſitatem ſuã ſine mordicatione, & oppilationũ ape ritiuam.Et ſimiliter eam eſſe calidam dixit Auic. lib.2. cap.de lacte.& hoc propterea inquit cap.de caſeo, quia

In ipſa ſunt nitroſitas acquiſita ex ſanguine primo, & pars cholerica, licet ſibi uideaẽ aduerſari Fen: decima octaua tertii can.cap.de cura apoſtematum calidorum renum dicens: & in aqua quidem caſei eſt declinatio materierũ ad inteſtina,& ablutio,& abſterſio,& frigefactio. Idem Haliabas 5.theo.cap.de lacte.Iſaac quoqꝫ in lib.de diebus pticularibus cap.de lacte,duꝫ diuidit lac in tres partes ſubſtantiales,aquoſæ ſubſtantiæ attribuit acuitatem cũ calore.Sed Gal.eam eſſe frigidã uoluit 4.ſimpl. cap.16.Nam poſtquã lac in illas tres ſubſtantias diuiſit, uidelicet craſſaꝫ caſealem,pinguẽ butyroſam,& aqueã, quæ eſt ſerum.d.uerum ex hiſce pinguis quidem uel maxime temperata eſt, craſſa uero paululũ ab ea declinat. At uero excrementum illud ſeroſum & frigidum, & humidum eſt.Hoc ſic ſuadet Conciliator differentia 148, Et Io.Manardus 16.Epiſtolarum epiſtola 5.Nam ſi ſerũ calidum eſſet,cum butyrum pars lactis ſit calidum tẽperatum,& caſeoſa ſubſtantia modicæ frigiditatis exiſtat,uniuerſa lactis ſubſtantia calida potius, q̃ frigida redderetur,cuius contrarium ſentit Gale.4.ſimpli.cap. 16.& tota medicinæ ſchola. Item ſi ſerum calidum eẽt, lac eo eſſet calidius,quo ſeroſius eſſet. Conſequens falſum,quũ lac aſininum,qđ maxime ſeroſum eſt.multum ſit frigidũ,alioqui præ cæteris in hectica febre non eligeretur. Quare dicunt aliqui,aquam lactis duas habere ſubſtãtias,ſiue partes: Alteram aquoſam,& inſipidã, & hanc frigidam eſſe: Alteram uero cholericam,nitroſam,acutam,quæ obſtructiones aperit,abſtergit,& uentrem ſoluit:& hanc dicunt eſſe calidã:ſed hoc non ſoluit,quoniã ut inquit Conciliator,ſi hæc calida ſubſtantia in aqua lactis dominatur.nõ ergo eſt,ut ibi 4.ſimpl. dicit Gal.Illa tertiã ſubſtantia lactis frigida & humida. Quidam nouus doctor ita ait:quædã eſt aqua lactis, quę ex lacte coagulato,non per ignem,ſed flore aliquo

aut coagulato egreditur. Quædã uero eſt aqua lactis, quæ proprie aqua caſei, & ſeruʒ dici debet, quæ ex lacte egreditur, dum ex eo butyrum, & recocta per decoctionem extrahitur. Et hæc eſt quæ nitroſam, & acutam habet ſubſtantiam, & hanc eſſe calidam uoluit Gale. 3. alimentorum cap. de lacte acetoſo. Et primam eſſe frigidã 4. ſimpl. in quã aquoſæ lactis partes ex ſola lactis coagulatione reſoluũtur abſqʒ ignis inſtrumento. Iſte doctor peius. d. Nam de iſta ſecunda aqua loquitur Gal. 4. ſimpl. & non de prima, quia prima non eſt totaliter ſeparata à parte caſeali, ⁊ butyroſa. Et modum ſeparandi ipſam docuit Gal. 4. de ratione uictus cõmen 7. præcoquendo lac, ⁊ imponendo in ipm oximel, aut uas æneũ frigida plenum. Etiam ſecũdũ hoc ſequitur ut ſupra, lac ꝓpter eius duas ſubſtantias ſeroſam. ſ. & butyroſam calidũ eſſe, cum ſuba caſeata modicæ frigiditatis exiſtat. Etiam de uniuerſa lactis ſubſtantia Gale. uidetur ambiguus. Nam 5. ſimpli. cap. 20. declarans ꝙ ſint ea quæ generant lac, dicit: partim ſunt medicinę excalefacientes, phlegma in ſanguinem cõuertentes, partim alimenta ꝙ boni ſunt nutrimẽti, humida, ac tepide calida ſicut lac. Et dicit ꝙ lac eſt in medio pituitæ & ſanguinis: non tamen aquæ: ſed longius à pituita abeſt, & ꝓpinquius ſanguini. Ergo lac ad calidum declinat. Item & 3. cõplexionum ubi dicit, ꝙ calida potentia ſunt, quæ in ſanguinẽ facile conuertuntur, ut lac. Etiam hoc dicit Ariſt. 4 metheo. 45. ſed 4. de ſimpl. medicina cap. 16. uoluit ipſum in ſua natura eſſe frigidum, & de quocũqʒ lacte intelligit dicens lac etſi guſtui ſit dulce, tamen ex ſeſe nunquã amarum efficitur: uincitur enim in eo à frigore magis caliditas, ꝗ̃ ipſa uincat. Proinde etiaʒ repoſitũ acceſſit: ex tribus enim ſubſtantiis qualitate diſſidentibus conſtat. Prima qdem craſſa ex ꝙ caſeus cõficitur: altera pingui, ex qua butyrum: & tertia aqua quod ſerum nũcupa

mus. Verum ex hiſce pinguis uel maxime temperata eſt, craſſa uero paulum ab ea declinat: at excremẽtum illud ſeroſum, & frigidum & humidum. quare lac uniuerſum à modicæ caliditatis corpore lõgo interuallo relinquitur: q̃propter ex ſeſe aceſcit potius, q̃; amareſcit. Sũt.n. qui diſtinguunt de lactis diuerſitate ſecundũ animaliũ diuerſitatem: & dicunt ꝙ lac calidiorum aīalium homine eſt calidius caliditate temperata, & frigidiorum frigidius: lac uero humanum temperatũ. Sed iſte eſt error: q̃m Gal. in tractatu de euchymia & cacochymia cap. 8. in fine expſſe dicit, ꝙ ſi diſtinguamus ſpecies uini inueniemus aliquã calefacientem, aliquam infrigidantẽ manifeſte, hoc eſt in gradu ſecũdo. In aliis uero rebus hoc non inuenies: neq; enim, inquit, inuenies aliquam cępa rum uel porrorum, uel alleorum infrigidare: ſed magis uel minus calefacere: nec lactucam aliquã uel portulacam calefacere. Et ſimiliter de lacte nõ eſt uerum aliqđ eſſe calidum & aliquod frigidum. Item quinta aphoꝝ aphor. 40. lac tanto frigidius eſt ſanguine, quanto caro glandoſa eſt frigidior carne hepatis, & talis caro glandoſa quia priuata ſanguine reſpectu cutis eſt expſſe frigida: omne enim exangue frigidum eſt, Gale. ibidem. ergo lac frigidum erit. etiã caro glandoſa animalis quãtũcunq; calidi eſt frigida reſpectu cutis. Bene tñ diſtinxerunt Medici de diuerſitate lactis ratione animalium diuerſorum in participatione triũ ſubſtantiarum: quoniam aliquod magis ſeroſũ eſt, aliquod magis caſeale, aliquod magis butyroſum. Errant etiam: quoniã dicũt ꝙ lac caprinum eſt frigidum, quia capra eſt frigida: q̃m eam eſſe calidã uult Hippoc. & Gal. 4. de ratione uictus acutorum prope finem, ubi eius carnem dicũt eſſe actu frigidam comedendam: quia eſt calida, & cholerã pariens. Et ideo dicendum, ꝙ Gal. 5. de ſimpl. medicina cap. 20. intelligit per tepidum aliquãtiſper temperato frigi-

dius:ficutl & tertio de ſanitate tuenda de balneo aquæ dulcis,quod noſtrum corpus infrigidat ⁊ humectat.& dicens ipſum eſſe in medio pituitæ & ſanguinis,ſed lõgius à pituita,p̃ſupponit ſanguinẽ eſſe temperatæ caliditatis factus à moderata animalis caliditate:in ſe eniꝫ ſanguis eſt calidus:ſed redditur temperatus per contra operantiam aliorum membrorũ,ſicut & redditur corpus temperatum.Si ergo lac eſt in medio eſt declinans ad latus frigiditatis reſpectu corporis temperati.Et ad id tertii complexionum.Conceditur ꝙ omne quod facit ſanguinem calefacit quãdo conuerſum eſt in ſanguinem.etiam lactuca ipſa.Et ad Ariſt.lac eſſe calidũ dicit, non reſpectu corporis humani:ſed in ſe: quoniam ſi tãgatur quando exit ab ubere,eſt calidum: quo pacto uinum actu eſt frigidum,potentia calidum.Ad hunc ſenſum loquũtur Philoſophi, ad quẽ non loquuntur Medici.Arguunt etiam aliqui:lac ex ſanguine generatur q eſt calidus:ergo calidum eſt:ſed tunc etiam oſſa & nerui eſſent calidę complexionis.Et ſi dicas dulce eſt:ergo calidum:Dico ꝙ nõ ſequitur abſolute: participat tamẽ aliqua caliditate ratione ſeri,quod etiam eſt frigidum: tamen partes calidas habet, ſicut acetum: non habet tñ lac intenſam dulcedinem,ſicuti ʒuccharum ⁊ mel:nam pepo & anguria dulces ſunt,& ſunt frigida in ſecundo. Nota tamen,ꝙ in aliquibus caſibus non eſt lactis exhibitio cõueniens. Primus eſt fluente catarrho, qui fit cũ phthiſis:nã tũc oportet ſiſtere catarrhum,alias augeretur eius fluxus per lactis exhibitionem:⁊ amplietur etiã in habentibus dolore capitis:& cerebrũ de bile,⁊ ęgritudines neruorum proprie.Secundus caſus eſt, cura febris eſt intẽſa:unde ſi cum hectica coniungat̃ putrida, non eſt lac exhibendũ.Tertius caſus eſt inquibus hypochõdria inflata ſunt & flatuoſa quinta apho.64. Quartus eſt in habentibus fluxũ uentris: qm̃ leniendo & ab-

ſtergẽdo ꝑcipitaret ad fluxũ . Alium caſum ponit Conciliator in corporibus,quæ illud non appetunt. Debet etiam eligi lac diuerſum ſecundum diuerſas intẽtiones: nam ſi intendimus penetrationi magis, primum eſt lac camelarum, deinde aſinarum,⁊ equarum: ſed ubi q̃ramus maius tẽperamentũ in lacte,conueniens eſt lac caprarum: & ubi q̃ratur maior nutritio & cõfortatio lac uaccarum & ouium eſt excellentius. Hinc eſt ꝙ Gale.5. Metho.cap.12. in cura phthiſis mittebat phthiſicos ad mõtẽ thabias,& ibi ponebat boues,aſinos, & capras,ut dari poſſet lac craſſius & ſubtilius,ſecũdum quod reqrebatur:propter tamẽ proprietatem conuenientẽ inter corpus humanum & lac humanum laudatur magis lac humanum,etiam & à Gale.5.& 7.Methodi cap.6.Secũdo aſininum,cum tenuiſſimũ ſit,& minime coagulatur ⁊ quoquo uerſus ocyſſime in corpus digeritur.Et dicit Auicẽ.lac uaccinum eſt plurimi butyri:& ouium plurimę eſt caſeatis, & butyroſitatis:ſed caſeitas in lacte camelino eſt pauca,poſtea in lacte equino, deinde aſinino:& ꝑpter hoc raro caſeatur in ſtomacho: & in lacte camelino eſt ſalſedo:ꝑpterea quia diligunt acetoſum: & hoc eſt melius lac.quando autem ex animalibus accipitur lac:quia non poteſt ex ubere ſugi : tunc emulgeatur in uaſe in aqua parum per calida poſito, ut eius naturalis caliditas conſeruetur:poſtea ſumatur ſic tepidum: & ipſa animalia à quibus ſugitur ſint bene ſana, & depaſcantur ſecũdum uarias intẽtiones: nam ubi ſit intentio ad abſtergendum magis depaſcantur cum hyſopo,thymo,⁊ feniculo:ſed ad conſolidandum magis, cum rubis,burſa paſtoris,plãtagine.mirthis,& ſimilia. Et miſcetur cum eo mel,dicit Galenus 5. Methodi 12.ſi cui cogi in uentriculo ſolet:& ſal, quãdo ipſum deſcendere ad aliũ citius cupimus.Et Meſue cap.de phthiſi dat lac acetoſum coctum cum tortellis de ſeni.i.biſco-

tellis de ſimilia:uerbi gratia primo vnc.i.tortellarum tritarum,& vnc.iij.lactis,& ſequēti die addendo de lacte:uerbi gratia vnc.i.& minuendo vnc.5. de tortellis. Et ita ſingulis diebus diminuendo panem, & addendo lac, donec deueniatur ad lac ſolum:naʒ ita per conſuetudinem diſponitur corpus ad acceptionē lactis: ſed in corporibus diſpoſitis de ſe lac ſumere, nō eſt neceſſaria iſta mixtio:ſed cum deuētum erit ad declinationē ęgritudinis,ita ut nō ſit amplius neceſſaria exhibitio lactis, ſed cibariorum dantium nutrimentum magis conſtās, etiam domeſticorum: Tunc ē cōtra oportet gradatim diminuere lac,⁊ addere panem,donec deueniatur in totum ad dandum panem ſine lacte. Et hunc ordinem ſeruauit ad aſſuefaciēdum corpora ad exhibitionē lactis in conſueta. Et in hunc modum/dicit/ſit lac acetoſum: ex lacte bono caprino extrahatur butyrum,& dimittaẽ una nocte in aere temperato: mane autem agitetur uehementer,& tota eius ſpuma abiiciatur: huiuſmodi eni lac eſt ſedatiuum uehemētis caloris,conſtrictiuū, & cōſolidatiuum.Et inquit Auicē.cap. de eo illum qui bibit lac poſt ipſum quieſcere oportet,ut nō corrumpatur,⁊ non aceſcat:neqʒ oportet ut ſuper ipſum dormiat:neqʒ ſuſcipiat ſuper ipſum cibum alium, donec deſcendat:& magis conueniens eſt conſiſtentibus,q̄ʒ adoleſcentibus calidam cōplexionem hn̄tibus:nam in ipſis ad chordā conuertitur.Poſtea inquit Meſue:aqua lactis per ſe debilis eſt ſolutionis,& mel uigorat eius operationem,& uigoratur cum chebulis,& hyſopo,alhaſce ⁊ agarico,⁊ educit choleram & phlegma,⁊ cum mirabolanis Indis & epithimo,& polypodio melancholiam educit.Et humores aduſtos,& cum aſſaro & ireos,ſoluit aquam citrinam,& inquit:non permittatur, quin in potionibus eius cadat ſpica, quoniam eius operationē magnificat & endiuia/cuſcutę/uolubilis/reubarbarum/abſinthiū/

& eupatoriū/

& eupatorium/aſſarum/ fumusterrę/apium/feniculus/ ſemina quatuor/ſcolopendria: & alia ſimilia, addunt ei ad oppilationum apertionem, ſolutione educit choleram & humores aduſtos, & confert maniæ, & melãcholię, & omnibus morbis oppilationum, ſicut hydropiſi, ictericiæ, & ſplenis groſſitiei, & febribus cholericis, & febribus oppilationum. Et eſt medicina bona infectionum, quarũ materia eſt cholera, ⁊ humor aduſtus, ſicut eſt impetigo, ſerpigo ſicca, & puſtulæ, & ulcera mala ſicca, & lepra, & ſimilia. Et confert dicit Auicẽ. potui medicinarum mortalium: & ei qui ſumpſit in potu leporem marinum, & gũmam rutæ agreſtis, & iuſquiamũ ⁊ benʒ & proprie qui in potu ſumpſit cantarides ⁊ elleborum & omnes medicinas putrefactiuas. Doſis eius ſecũdum Meſue eſt ab vnc. vi. uſqʒ ad lib. i.

De Medicinis cõpoſitis lenitiuis. Cap. 71.

CONFECTIO de manna Meſ. choleram citrinam educit ſine moleſtia.

Diaprunis non ſolut. Nic. datur patientibus acutas, & peracutas, & maxime cauſoni, & ſinochæ in principio, & augmento, & ſtatu ægritudinis, datur omni hora diei cum frigida.

Diacaſia magiſtralis. Valet in omni materia.

Electuarium de ſebeſten magiſtrale, ualet ſimiliter, ſed parum eſt in uſu.

Catolicon Nic. ſimiliter ualet.

Diaſene, ſeu electuarium lenitiuum magiſtrale, ualet in materia melancholica.

De Compoſitis non lenitiuis choleram educentibus. Cap. 72.

CONFECTIO de dactylis & dicitur Diaſinicon.

Electuariũ roſatum Meſ.ualet ad ęgritudines iũctu- rarum calidas,& ad ſodam calidam, & uertiginem, & ictericiam citrinam.

Electuarium de ſucco roſarũ Nic.ualet contra guttã calidam,& choleram rubeam educit.

Diacitoniten Nic.parum eſt in uſu.

Electuarium de pſillio Meſ.cholera3 citrinã educit, & cõfert ad febres difficilis eradicationis.

Diaprunis ſolut.Nic.datur in declinatione febrium.

Trifera perſica.Meſ.confert febribus acutis,⁊ eſt me dicina magna in æſtate peſtilentiali,⁊ autumno.

Diarob cum Reubarbaro.Fit quandoque ſm deſcri ptionem Petri de Tuſignano.

De His quę phlegma educunt. Cap.73.

DIAFINICON dicit Meſ.medicina eſt ſecuritatis,& mirabilis,conferens ad febres compoſitas,& chronicas,& ad colicã, ⁊ hu morem crudum.

Electuarium Indum Meſ.educit à membris nutritio nis,& à iuncturis & ualet ad colicam,& dolores renũ.

Electuarium eleſcoph.Educit à toto corpore,uento ſitatem expellit,& ualet ad dolorem iuncturarum, la terum,& ad colicam.

Diarob cũ turbith Petri de Tuſignano raro ẽ i uſu.

Hieram ſimplex Gal.7.Methodi cap.11.cuius compo ſitio eſt cinamomi,xilobalſami,aſſari,ſpicę nardi, cro ci,maſticis ãn.3.vi.aloes 3.100. pſtantiſſimum medica mentum ad uitioſos ſuccos qui in tunicis uẽtriculi ha bẽtur. Aliam ex eiſdem rebus parum ab iſta differẽtem ponit octauo de compoſitione pharmacoru3 de mente Andromachi.Doſis cõmunis eſt 3.iiij. & plus ⁊ minus, ſecũdum φ plus & minus in ea ponitur mellis. Aliæ re periũtur Hieræ deſcriptiones,ut Archigenis,hermetis,

diacoloquintidæ, de quibus Meſue in cap. de hieris, & hiera Themiſionis,& multę aliæ,de quibus Paulus ca. proprio:ſed non ſunt in uſu.De doſis Gale.7. Methodi cap.11.uidet dicere à ʒ.i.uſq; ad iij.Vbi dicit ſi uis parũ dare dabis unum cochleare paruũ, ſi medio modo dabis duo cochlearia parua,ꝛ ꝙ maximus eius modus,ac abſolutiſſimus,eſt duorum non paruorum ſed magnorum.Et eſt ac ſi dixiſſet parua doſis eſt ʒ.i.media ʒ.ij.magna ʒ.iij.cocleare dragma,& denarius idem importãt ſecundũ ipſum octauo de compoſitione pharmacorũ, ubi deſcribit hieram Themiſonis.etiã cochleare aliquãdo ſumitur pro dragma i.5.ut facile comprehendit,ex Alexandro Tralliano cap.de doldribus ueſicæ & renũ & Auicé.18.tertii tractatu 2.cap.3.Nam ubi Alexander facit medicinam,quę conſtat ex denariis tribus,& dicit da cochleare unum,Auic. eãdem facit ex tribus aureis, & dicit ſint duæ doſes. Ergo cochleare eſt ʒ.i.5. qđ etiã cochleare capiatur ꝑ dragma una & 5 patet ex Galeno 11.Methodi 11.de ſimpli.medicina cap.de caſtoreo, ubi caſtoreũ una cum pipere albo dat cochleare unum cũ mellicrato,Raſis ca.eodem exponit cocleare per aureũ unum. Per cochleare ergo unum paruũ,intelligit Gal. ʒ.i.per magnum ʒ.i.5.Minima ergo doſis hieræ eſt ʒ.i. mediocris ʒ.ii.maxima ʒ.iij.

De His quæ melancholiam educunt. Cap.74.

CONFECTIO hamech Meſ. ualet omni paſſioni,quę fit ex cholera,ꝛ phlegmate ſalſo, ſicut eſt impetigo, ſcabies,lepra, cancer corrodens.

Diaſene Nic.ualet proprie melancholicis maniacis, cardiacis,& triſtibus quartanarijs,& ſpleneticis.Medicina eſt debilis.

Puluis ſenę ꝑparatę, Laudatur puluis Mōtagnanæ, cuius deſcriptio eſt: ℞ folliculorum ſenæ ℥.i.ʒ.ſ.zinzib. macis añ.ʒ.iij.cinamomi, tartari añ.ʒ.i.ʒ.ſ.miſce, & pulueriʒentur, Doſis eſt ʒ.i.

Intelligendum, quòd quando miſcetur medicina lenitiua cum medicina, quæ non eſt lenitiua. Doſis lenitiui debet eſſe à ʒ.iiij.uſq; ad ʒ.vi. Et ſolitiui doſis debet eſſe ʒ.iij.uſq; ad ʒ.iiij. uerbi gratia. ſic dicendo, ſi uis choleram educere. ℞ catoliconis ʒ.vi.electuarij de ſucco roſarum ʒ.i.ſ.electuarij de pſillio.ʒ.ij.miſce, & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua endiuiæ fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. Et ſi uis phlegma educere, & mediante decoctione medicinam ad caput dirigere, ſic dices: ℞ diacatoliconis ʒ.vi, diafiniconis ʒ.ij.ſ.electuarij Indi ʒ.i.ſ.miſce, & diſſolue cū decoctione communi florum & fructuum cordialium, & florum de ſticados Arabici facta in aqua betonicæ, & fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati, uel mellis roſati colati vnc.i. Et ſi uis melancholiam educere, dicas ſic: ℞ electuarij lenitiui ʒ.vi.diaſene Nic ʒ.iiij.miſce, & diſſolue cum decoctione florum & fructuum cordialium, & folliculorū ſenæ facta in aqua bugloſſæ: & fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. Quandoq; etiam lenitiua ſimplicia, ut caſſia, & manna cū medicinis cōpoſitis nō lenitiuis miſcentur, ut ſic dicendo: ℞ caſſiæ nouiter tractæ ʒ.vi.electuarij de ſucco roſarum ʒ.iij.ſ. miſce, & cum decoctione cōmuni florum & fructuum fiat potus, cui adde ſyrupi uiolati vnc.i. Vel ſic: ℞ corticum mirabolanorum citrinorum ʒ.ij florum cordialium ʒ.ſ.ſeminis citri, acetoſæ, endiuiæ añ.ʒ.i. paſſularū enucleatarum ʒ.ij.fiat decoctio ſm artem in.ſ. q.aquæ acetoſæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur. de dicta colatura accipe.q.ſ.ad diſſoluendum mannæ maſticinæ ʒ.vi.diacatoliconis ʒ.iiij. electuarij

de ſucco roſarum ʒ.ij.& fiat potus,cui adde ſyrupi uiolati vnc.i.

De Potionibus Reubarbari & Agarici. Cap.75.

POTIO ex infuſione reubarbari: ℞ reubarbari electi ʒ.i.ſ.ſpicæ ſcrup.i. pulnerizentur groſſo modo,& infundatur ſm artem per horas viij.in.ſ.q.aquæ endiuiæ cum modico uini boni odoriferi, deinde fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue diacatoliconis ʒ.vi.electuarij de ſucco roſarum,electuarij de pſillio an.ʒ.i.ſ.& cū decoctione cōmuni florum & fructuum facta in aqua acetoſę fiat potus,cui adde ſyrupi uiolati vnc.i.

Potio reubarbari in ſubſtantia: ℞ reubarbari electi ſcrup.iiij ſpicæ ſcrup.ſ.catolicōis ʒ.v.diafiniconis ʒ.i. electuarij roſati Meſ.ʒ.i.ſ.pulueriʒetur reubarbarum,& ſpica,& irroretur cum modico uini boni odoriferi, & omnia cum decoctione communi florum & fructuum facta in aqua endiuiæ diſſoluantur,& fiat potus,cui adde ſyrupi uiolati vnc.i.

Potio ex infuſione agarici: ℞ agarici electi ʒ.i.ſ.ſalisgemmę ſcrup.i.infundantur in.ſ.q.oximellis ſimplicis per horas viij.deinde fiat fortis expreſſio in qua diſſolue diacatoliconis ʒ.vi.diafiniconis, electuarij Indi an ʒ.i.ſ.& cū decoctione cōmuni florum,& fructuum, & florū de ſticados facta in aqua betonicę fiat potus, cui adde mellis roſati colati vnc.i.

Potio ex infuſione reubarbari, & agarici ſimul: ℞ reubarbari electi ʒ.i.ſ.ſpicæ ſcrup.i.agarici electi ʒ.i.ſalisgemmæ ſcrup.ſ.infundantur,reubarbarum cum ſpica in aqua endiuiæ cum modico uini boni odoriferi,& & agaricus cum ſuo uigoratiuo in oximelle ſimpl.per horas viij.deinde omnium fiat fortis expreſſio, in qua

diſſolue diacatoliconis ʒ.v diafiniconis ʒ.i.ſ.electuarij de ſucco roſaꝝ ʒ.i.& cũ decoctione cõi florũ,⁊ fructuũ cordialiũ fiat potus,cui adde ſyrupi uiolati vnc.i.

De Pilulis. Cap.76

PILVLARVM doſis cõmunis eſt à ſcrup. ij.uſque ad ſcrup.iiij. & quæ educunt choleram,ſunt.

Pilulæ aureæ Nic.
Pilulæ Arabicæ Nic. } A capite educunt.
Pilulæ aſaiaret Auic.

Pilulæ de reubarbaro Meſ.ab.hepate.
Pilulæ aggregatiuæ Meſ.à toto.
Pilulæ de hermodactylis minores,à iuncturis.

Quæ educunt phlegma ſunt.

Pilulæ de hiera cum agarico magiſtrales
Pilulæ cochiæ Almanſoris.duas habetis à Gale.pilularum cochiarum cõfectiones.Vnam ſ.Methodi cap.14. quę ex aloe,ſcamonea,coloquintide, agarico,bdellio, & gũmi arabico conſtat.Ait p̊ de cõpoſitione pharmacorum ſecũdum locos cap.de alopecia,de qua Meſ. cap.de ſoda ex aggregatiõe cholerę & phlegmatis,quæ ſolum conſtat ex coloquintide, aloe, ſcamonea,abſinthio,& maſtice.
Pilulæ de hiera ſimplici Gal.
Pilulę fœtidę maiores Meſ.
Pilulæ ſine quibus Nic. } A capite.
Pilulæ de opoponaco Meſ.
Pilulæ Arabicæ Nic.
Pilulæ aſaiaret Auic.

Pilulæ aleſanginæ Meſ.
Pilulæ ſtomaticæ Meſ. } A ſtomacho.

Pilulæ maſticinæ Concilia. } A ſtomacho.
Pilulæ de benedicta Nic. }
Pilulæ cómunes Ruffi, } de quibus
Auic.prima quarti cap. de præſeruatione à peſtilentia. Fiunt ex duabus partibus aloes, & mirrhæ,& croci añ. parte.i.ut, ℞ aloes ʒ.ii.mirrhæ,& croci añ.ʒ.i. terantur & cum uino optimo pilulæ conficiantur. Purgant ſuperfluitates corruptas per aloë ſine moleſtia,⁊ per aloë & mirrham præſeruant à corruptione, & per crocum confortát cor.Et cum datur cum uino,uinum defert eaꝝ uirtutem ad omnia membra.

Pilulæ de agarico Meſ.
Agaricum trociſcatum Meſ. } A pectore.

Pilulæ de meʒereon Meſ. } Ab hepate.
Pilulæ lucis maiores Meſ. } Ab oculis.

Pilulę de hermodactylis maiores Meſ. }
Pilulæ arteticæ Nic. } A iuncturis.
Pilulæ fœtide maiores. }

Pilulæ aggregatiuæ Meſ. } A toto.

Quę educunt melancholiam ſunt.

Pilulæ Indæ Meſ. }
Pilulæ de fumoterræ Auic. } Ab hepate,
Pilulæ de lapide laʒuli Meſ. } & ſplene.
Pilulæ de lapide armeno Meſ. }

Dant medici pilulas poſt cœnam per horas duas, cũ uolunt caput,cerebrum,aut inſtrumenta ſenſuum purgare.Dantur,& cum apoʒimate uirtutem earum ad mẽbrum dirigente,à quo materiam euacuare intendimus, ut,ſic dicendo:℞ pilularum de agarico,pilularũ aureaꝝ añ.ʒ.ſ.miſce,fiant pilulæ numero quinq;,& deau-

rentur.Item ℞ ſyrupi de ſticados vnc.i.ʒ.aquarum be-tonicæ vnc.ij.bugloſſæ vnc.i.miſce.

De Trociſcis. Cap.77.

TROCISCVS, compoſitio eſt rotunda in medio compreſſa ad ſimilitudinem lupini, ut ℞ maſticis, cinamomi, calami aromatici, coriandrorum præparatorum añ ʒ.ʒ.terantur,& conficiantur trociſci cũ ſyrupo de menta.

Trociſcorum quidam ſunt aperitiui,quidam cõfortatiui,quidam aliqualiter ſolutiui, quidam cõſtrictiui, quidam opiati. Aperitiuorum,& opiatorum communis doſis eſt à ſcrup.i.uſq; ad ʒ.ʒ.Aliorum uero doſis eſt à ʒ.i.uſq; ad ʒ.i.ʒ.Et non ſunt trociſci ita abominabiles guſtui,ſicut pilulæ.Et quia eorũ forma eſt inepta ad deglutionem exhibentur in forma pilularum,aut cõfectionis,aut electuarij.Et quandoq; in decoctionibus ſic dicẽdo: ℞ trociſcorum de agarico,trociſcorum de reubarbaro añ.ʒ.ʒ.cum melle roſato colato fiant pilulę numero.quinq;.Vel ſic: ℞ trociſcorum de abſinthio, trociſcorum de reubarbaro añ.ʒ ʒ.pulueriʒentur, & cũ ʒuccharo diſſoluto cum aqua abſinthij fiat cõfectio in rotulis.Similiter dicendum de electuario.Et ſi cum eis dentur ſyrupi cum aquis,iuuant ad eorum uirtutem,& penetrationem,ut ſic dicendo: ℞ trociſcorũ de abſinthio,trociſcorũ de roſis añ ʒ.ʒ. cum ſucco abſinthij formentur pilulæ numero quinq;.Item,℞ ſyrupi de eupatorio,ſyrupi acetoſi,diarodon añ.ʒ.vi.aquarum abſinthij,ſcolopendriæ añ.vnc.i.ʒ.miſce.

Et in principio febrium non conueniunt trociſci frigidi,& ſicci.quia ſunt coarctatiui,& ſtrictiui materiæ, ſed bene in fine febrium calidarum,remouendo inflammationem,quæ poſt digeſtionem,& euacuationem re-

manſit,& membra confortando. Nec calidi uehementer aperitiui, quoniam materiam agitant, & eam difformiter exiccant, & ingroſſant, ſed in principio febrium frigidarum uti poſſumus trociſcis leuiter aperitiuis, & proprie ſi materia fuerit in ſtomacho, ſed ſi materia fuerit i uenis remotis meliores ſunt ſyrupi trociſcis ipſis, quoniam ſyrupi, & decoctiones melius penetrant. Sed infebribus frigidis in proceſſu, ⁊ in fine cõcedi poſſunt trociſci fortiores, & aperitiui, & eductiui. Trociſci aperitiui ſunt trociſci de Reubarbaro de abſinthio, de capparibus, de eupatorio, de lacca, de roſis, de mirrha, qui in retenti one menſtruorum commendantur. Solutiui ſunt trociſci de agarico, confectio trociſcorum amech, ſeu de uiolis, confectio prima trociſcorum de roſis Meſ. cum ſcammonea. Frigidi ſunt trociſci de berberis, de ſpodio, de canfora, de alkekengi. Conſtrictiui ſunt trociſci de terra ſigillata, trociſci de carabe, cum opio fiunt trociſci de terra ſigillata de carabe, de alkekengi. Et trociſci ſtellę poſiti ab Auic. 5. can. trociſcos de uiolis deſcribit Auic. 5. cano. ſumma prima tractatu. 8. ſub nomine trociſcorũ lenientium: & differũt ab illis Meſ. quoniam in his nõ additur manna. Deſcribit etiam eos Meſ. cap. de cura aſmatis cum ſcamonea ſic. Florũ uiolarum ʒ. vi. turbith ʒ. iiii. ſucci liquiritię, terreniabin añ. ʒ. ii. ſcamoneæ ʒ. ii. ualent ad conſtrictionem anhelitus, lenium naturam, & mundificant pectus. Doſis eſt ſcd̃m Meſue ʒ. ii. & ſm Auicen. ʒ. iii. uſq; ad iiii. Sed qua hora dandæ ſunt medicinæ ſolutiuæ dicendum eſt. Et primo de his qui potenter euacuãt, ut hieræ magnæ, ⁊ infuſio reubarbari, ſecũdo de debilibus, ut aloes, & hiera ſimplex Gale. De his quæ potenter euacuant, omnes ferè dicunt ꝙ mane ieiuno ſtomacho ſunt dandæ: cum ſint laborioſæ exoluẽtes, & multum inflãmantes, & operationem ſuam longo tempore perficientes. Niſi igitur ſum-

mo mane ſumerentur,eſſet neceſſarium multum cibum in die tardare. An uero cum eis dādus ſit cibus:an poſt earum perfectā operationē?Hippo.2.de ratione uictus acutorū 12.poſt elleborum ſubito dat ptiſanā hordei. Et Gale.in com̄.ait,ꝙ hoc ideo facit Hippoc. quoniam à pharmaco os uentriculi & meri maxime lęditur.non ſolum per qualitatem eius: ſed etiam qm̄ aſſumit aliqd eius ſubſtantiæ, quæ in tranſitu hæret ptiſanæ igitur cremor ſuperingeſtus cōmoditatem affert nempe,ꝛ detergere,& deorſum trahere,quod uiæ adhęret,& qualitatem medicamenti,qđ his partibus adhæret, tum temperare,tum ꝑmutare poteſt: ob eas igitur cauſas à purgantis medicamenti potu, ptiſanam ſuperſorberi pręcipit:ſed ubi purgatio cœpit,ab ea uult Hippoc.abſtinendum.Idem confirmauit Paulus lib.7.cap.6.ubi dicit in omni purgatione efficaci medicamentum dandū eſt ſtomacho ieiuno,& facta concoctione perfecta. Et ſubiungit,ꝙ ſi homo inediam non tulerit, aut ſtomachū biliosum habuerit. Tunc dādum ipſi panis ex uino aquoſo,aut ptiſanæ cremor,aut condri, idque nondum incepta euacuatione(ſic enim cibus corrūperetur) & ſic etiam uult ipſe, ꝙ danda ſit ptiſana poſt pharmacum. Idem & Auic.quarta primi cap.5.dicens. ꝙ medicinam bibere uoluerit,calidæ exiſtens complexionis,ꝛ debilis cōpoſitionis,& debilis ſtomachi. Erit ei melius ut eam bibat,poſtq̄ prius biberit aliqd qđ ſit ſicut aqua hordei,aut ſuccus granati,aut ut uniuerſaliter dicā, cū ſtomachus nutriens ſubtile & leue recepit:ſed qui non ita fuerit,erit ei melius ut eam ieiunus bibat.Sed dices contrarium uidetur dicere 22.tertii tractatu 2.cap.7.ubi dicit.Expedit ei qui uult medicinam ſumere,ut ſumo mane ſumat & tardet cibum: deinde ſumat xx. auř. panis cum uino & aqua pauca.Dico ꝙ litera hæc ſic eſt intelligēda: ſumat medicinam ſumo mane cibo digeſto,

⁊ tardet cibum,ſcilicet proprium prandiũ:ex quo tales medicinæ tardæ complẽt operationes ſuas: neq; debet talis cibus ſumi niſi completa pharmaci operatione,ut dictum eſt:deinde ſumat poſt tres horas.i.poſt ſolitum cibum per tres horas,& in pauca quãtitate,deinde poſt ſex horas ingrediatur balneum,poſt ſumat cœnam:uel aliter poteſt intelligi,ut uelit Auic. ꝙ poſtq̃ erit ſumpta medicina per tres horas, & iam pro parte operata fuerit,cõueniens erit,ut ſumat illum modicum panem in modico uino cum aqua infuſum,nã in talibus corporibus cum datur medicina eradicatiua,multo tẽpore recte ſteterunt cum diæta tenui:unde dicta corpora tunc ſunt multum debilitata,etiã ex dolore. Ideo ad cõfortandum ſtomachi uirtutẽ & totius, ut à uirtute coadiuuetur medicina in expellendo humores cõmotos, conueniens eſt tunc aliqualiter cum cibo modico uirtutem uiuificare.Et iſtum can.poſuit Auic. loco citato quarta primi.Sed dices:quãdo uolumus euacuare à capite,damus medicinam fortem poſt cœnã, ut poſſit melius ad caput euaporare:ſtat enim in parte ſuperiori uẽtriculi,& uaporat ad caput, plusq̃ ſi mane ieiuno ſtomacho ſumatur.Cõtingit enim in mane magis per corpus partiri,non prohibita per cibum cito deſcendere. ⁊ hoc uidetur uelle Auicẽ.ſexta tertii cap.3.de curatione linguæ,cum dicit opportunius quidem bibuntur hæc poſt cibum.Dico ꝙ modus iſte non eſt malus,mõ pharmacum detur per tantum temporis poſt cœnã,ut cibus ferè ſit totus digeſtus ante quam medicina ipſa incipiat opari.De debilibus uero medicinis ſolutiuis:Gale.poſt hieræ aſſumptionem dat ptiſanam 7.Methodi cap.11. & Paulus libro 7.cap.4.dicit ꝙ dragma.j.aloes purgat ſtomachum, & debet dari cum mulſa mane. Et uidetur ſibi contradicere lib. primo cap.43.ubi dat ipſam poſt cœnam,Dicendum ꝙ debiles medicinæ ſolutiuæ, quã-

doq; dantur, ut euacuent humorem: aliquãdo ut ſolũ feces: modo uult Paulus, ꝙ ſi dent in tanta quantitate, ut ſtomachum purgent, non debent dari cum cibo: ſed quãdo dantur ut ſolum feces purgentur dantur in minori quãtitate, & cũ cibo: & in hac parua quãtitate non poſſunt cibum corrũpere. Sed in febribus ſecus eſt: quoniam in interpolatis dandum eſt pharmacũ in hora interpolationis: in cõtinuis, hora in qua aliqua eſt decimatio, in uniformibus, in hora frigidiori diei: nam ſicut non licet in die critica euacuare ſic non licet in die periodi: quoniam in hoc tempore natura materiã expellit, uel à uenis magnis ad uenas paruas, uel à paruis ad extra uenas. Et tu ſi das pharmacum, agis contra motum naturę: quoniam trahit à centro ad circũferentiam, pharmacũ aũt à circũferentia ad centrum. De ſomno dicit Auic. 4. primi 4. Si quis medicinam uentris ſolutiuam forte biberit, melius eſt, ut ſuper ipſam dormiat anteq̃ operetur: quoniam operabitur melius: & ſi debilis fuerit, melius erit ei, ꝙ nõ dormiat ſuper eam: quoniam natura digeret eã: cum autem medicina operari cœperit, melius erit ei ne ſuper eam dormiat, quocũq; modo fuerit. Amplius cũ quis medicinam biberit, non illico ſuper eam ſe moueре debet: ſed debet ſuper eam quieſcere, ut ipſam natura circundet, & in eam operetur: quoniam niſi natura in ipſam operata fuerit, non operabitur ipſa in naturam. Paulus autem dicit, ꝙ ſomnus eſt prohibendus uſq; quo in totum purgatus fuerit libro. 7. cap. 6. motus forte authoritate Hippocr. 4 aphoriſmorum. 44. Cum biberit quis elleborum ad motiones quidem corporum ducere magis. Ad ſomnos uero atque quietem minus &c. Sed ratio Auicennæ eſt fortis: quoniam actuatio melior fit in quiete quàm in ſomno, cum uero incipit operari non indiget ſomno. Et ita credo Hippocra. intelligere.

DIFFERT electuarium à confectione, quia electuariũ fit, ut plurimũ cũ melle, aut ſyrupo. Confectio uero ex zuccaro cũ aqua diſſoluto. Et in compoſitione electuariorum pro qualibet lib. zuccahri uel mellis, aut ſyrupi dantur vnc.ij. ſpecierum, ut ſic dicendo, ℞ ſpecierum aromatici roſati. ſpecierum diarodonis abbatis añ. vnc. i. mellis, ul' ſyrupi roſati lib. i. miſce, fiat electuarium ſm artem. In confectionibus uero ſolidis pro qualibet lib. zucchari datur ʒ. vi. ſpecierum. Ita q̃ pro qualibet drach. ſpecieꝝ dantur vnc. ij. zucca. ut, ℞ ſpecierum aromatici roſati, ſpecierum diarodonis abbatis añ. ʒ. iij. zucchari diſſoluti cũ aqua roſarũ lib. i. fiat confectio in forma ſolida in rotulis. Et doſis communis electuarij, & confectionis pro uice una eſt ʒ. iij. uſque ad iiij. & plus, & minus ſm practicantis intentionem. Et debent dari ante cibum per horas duas ſi ſint, quæ confortant cor, hepar, & ſtomachum, & alia interiora membra, quæ uero confortant caput dantur poſt cœnam per horam ad quantitatem magnæ fabæ,

Electuaria calida, caput confortantia.

Pliris artoticon Nic.
Aurea alexandrina Nic.
Theriaca fermentata.
Mitridatum Nic.
Diacorus Magiſtralis. Et Meſ. cap. ægritu. neruorũ.
Diaolibanum Nic.
Diacaſtoreum Nic.
Teodoricon.
Confectio anacardina.
Confectio de muſco.

Diambra.
Acori conditi.
kebuli conditi.
Gallia muſcata.
Dianthos.
Conſeruæ ſaluiæ.
Conſeruæ florum roris marini.
Conſeruæ florum ſticados.

Electuaria infrigidantia caput.

Diacodion.ſ.ſp.cal.
Zuccharum roſatum.
Zuccharum uiolatum.
Loc de papauere.
Conſeruæ florum nenufaris.

Electuaria calefacientia pectus.

Diairis Nic.
Diapenidion Nic.
Diapraſſium.
Diacalamentum Nic.
Diadragantum cal. Nic.
Loc de pino.
Loc ſanum & expertum.
Loc de ſquilla.
Loc de pulmone uulpis.
Diahyſopus. Nic. non eſt multum in uſu.

Electuaria infrigidantia pectus

Zuccharum uiolatum.
Diapapauer.
Diadragantum frigidum Nic.
Diapenidion.ſ.ſp.cal.
Penidij.

Loc de farfara ſimplici.

Electuaria calefacientia cor.

Electuarium de gemmis.
Confectio de muſco.
Confectio de xiloaloes.
Electuarium lætificans Almanſoris.in 9.in cap.de melancholia.
Aromaticum muſcatum.
Confectio de citro.
Pliris ar toticon.
Cortices citri,
Diambræ,
Dianthos,
Gallia muſcata,
Conditum de bugloſſa,
Diamargariton Nic.
Electuarium de pomis.

Electuaria infrigidantia cor.

Zuccharum roſatum,
Trianſandali Nic.
Diarodon abbatis.ſ.ſp.cal.Nic.
Confectio manus chriſti cum perlis.
Confectio de acetoſis.

Electuaria calefacientia ſtomachum.

Theriaca fermentata.
Mitridatum.
Diaciminum.
Diagalanga.
Confectio de cinamomo,
Dianiſum,
Aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis,

Roſata nouella,
Diazinziber,
Zinziber conditum,
Diatrionpiperion,
Confectio de xiloaloes,
Electuarium, quo utuntur Reges, & Prælati.

Electuaria infrigidantia ſtomachum.

Zuccharum roſarum,
Diacitoniten.ſ.ſp.
Electuarium de ſorbis,
Triaſandali,
Zuccharum uiolatum.
Diarodon abatis.ſ.ſp.cal.Nic.
Diarodon conſcriptione communi.

Electuaria calefacientia hepar.

Diaciminum,
Diacalamentum, Nic.
Diagalanga,
Dialacca,
Diacurcuma,
Confectio de rauetſceni,
Diacoſtum.
Electuarium de paſſulis Auic.cap.de Cura debilitatis hepatis.

Electuaria infrigidantia hepar.

Zuccharum roſatum,
Zuccharum uiolatum,
Triaſandali,
Diarodon.ſ.ſp.cal.
Diarodon deſcriptione communi.

Electuaria

Electuaria calefacientia ſplenem.

Diacalamentum.
Diacoſtum, Nic. & Meſ.
Atanaſia magna.

Electuaria infrigidantia ſplenem.

Triaſandali,
Diarodon.ſ.ſp.cal.
Zuccharum roſatum.

Electuaria calefacientia matricem.

Diacalamentum,
Diambra,
Trifera magna,
Electuarium dulcie.

Electuaria infrigidantia matricem

Triaſandali,
Diarodon.ſ.ſp.cal.
Zuccharum uiolatum,
Zuccharum roſatum.

Electuaria calefacientia iuncturas.

Confectio anacardina,
Diazinziber,
Acori conditi,
Conſeruæ ſaluiæ,
Conſeruæ florum roris marini,
Conſeruæ florum ſticadós,

Electuaria infrigidantia iuncturas.

Diarodon.ſ ſp.cal.
Zuccharum roſatum,
Zuccharum uiolatum.
Triaſandali.

Electuaria calefacientia renes, & ueſicam.

Electuarium litontripon Nic.
Electuarium Iuſtinum Nic.

Electuaria infrigantia renes, & ueſicam

Zuccharum uiolatum,
Conſeruæ uiolarum,
Diadragantum frigidum.

De cliſteriis,& ſuppoſitoriis. Cap.79.

VARIANTVR Enemata ſꝫ uarias medicorum intentiones.Fiunt cõmunia cum brodio pulli,aut decoctione herbarum cõmunium ut blitis,mercurialis,maluæ, uiolarum. Et clyſteria fortia, quandoque ingrediuntur ſolutiua ſimplicia, ut turbith, ſalgemma, coloqntida,agaricus,quãdoq; cõpoſita,ut hiera pigra hieralogodion,diafinicõ,electuarium de baccis lauri, benedicta,litontripon,electuarium eleſcoph, electuarium Indum.Doſis ſimplicium eſt uſq; ad ʒ.ij.& cõpoſitorum uſq; ad vnc.i.zucchari,uel mellis uſq; ad vnc.i.ſ. olei vnc.iij ſalis.ʒ.iij.decoctionis,in qua hęc diſſoluuntur lib.i.aut.i ſ.ut,℞ foliorum maluę,blitis,uiolarum, mercurialis,uel aliqua ex iſtis an̄.M.ſ.fiat decoctio in ſ.q.aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis,deinde coletur,de dicta colatura accipe lib.i caſſię tractæ,zucchari rubei an̄.vnc.i.olei cõmunis vnc.iij. uitellũ oui numero.i.ſalis ʒ.iij.miſce,& fiat clyſtere.

Clyſtere commune in quacunq; leui diſpoſitione, ℞ brodij pulli,uel decoctionis maluæ, matrum uiolarum,blitis albę,hordei lib.i.zucchari rubei,mellis roſati colati an̄.vnc.i.uitellum oui numero.i.olei uiol. vnc.iij.ſalis ʒ.iij.miſce,fiat clyſtere.Sed Galenus in ſuo

clyſteri communi ſolū ponit aquam mellis & oleum: in febribus putridis cum clyſteri cōmuni intendimus humectare, lubrica inteſtina reddere: expulſiuam ſtimu lare, abſtergere, & infrigidare, ſi magna ſit flāma: ex oleo uiolato, humectatio & infrigidatio habetur, ſtimulatio ex ſale, & zuccharum abſtergit, & uitellus confortat. Has ferè omnes intentiones Gale. exequitur in ſuo clyſteri, quod maxime in acutis uidetur conuenire: Primum re mollitio, lubricatio etiā ſtimulatio habetur rōne olei, & abſterſio ratione mellis: nam ſecūdum ipſum 2. ſimp. diſtinctione 2. cap. 3. oleum oculos mordicat, cannam pulmonis exaſperat, & inteſtina abradit: & ſal non cōue nit in acutis. Per clyſteria pſeruamus aliquando à co lica, aliiſq; ægritudinibus inteſtinalibus, cum ueſtigia parua earum apparuerint, educētes tum humorē phleg maticum: tum etiā uentoſitates extenuantes pſeruamus & adhuc per illa à doloribus renum & à mēbris prin cipalibus attrahimus materias, quæ poſſunt eſſe in eis cauſæ morborum.

Clyſtere lauatiuū: ℞ aquæ hordei, uel brodij pulli, in quo decoctum ſit hordeum ſine ſale lib. i. zucchari rubei vnc. i. ſ. uitellum oui numero. i. fiat clyſtere, ſine ſale & ſine oleo, iſtud ſit poſt exhibitionem medicinę ſcamoneatę mane ſequenti.

Clyſtere lenitiuum, & reſolutiuum: ℞ foliorum mal uæ, uiolarum, camomillæ añ. M. ſ. fiat decoctio ad cō ſumptionem tertiæ partis in. ſ. q. aquæ, de qua accipe lib. i. caſſiæ tractæ, hierępigræ añ. vnc. ſ. zucchari rubei vnc. i. olei uiolati, olei de camomilla añ. vnc. i. ſ. ſalis ʒ. iij. uitelli oui numero. i. miſce, fiat clyſtere. Vel ſic: ℞ brodij pulli in quo decocta ſit camomilla lib. i. caſſiæ tractę, hierępigrę, uel benedictę ſimplicis, mellis roſati colati añ. vnc. ſ. zucchari rubei vnc. i. ſ. olei uiolati, de camomilla añ. vnc. i. ſ. ſalis ʒ. iij. uitellos oui numero

ij.miſce,fiat clyſtere.

Clyſtere fortiter carminatiuum, & reſolutiuum: ℞ florum camomillæ,meliloti,aneti,rutæ, cẽtaureæ minoris añ.M.i.aniſorum,feniculi,carui,ameos,cartami, cimini añ.vnc.5 miſce,fiat decoctio in.ſ.q.aquæ ad cõſumptionem tertiæ partis,deinde facta forti expreſſione colet, de dicta colatura accipe lib.i.benedictæ ſimplicis,zucchari rubei,mellis roſati colati añ.vnc.i.butyri recentis vnc.ii.olei de ruta,olei de lilio añ.vnc.i.5. ſalis ʒ.iii.miſce,clyſtere hoc conuenit in dolore forti à materia frigida.

Item ſic: ℞ prædictæ decoctionis lib.i.benedictæ, electuarii de baccis lauri añ.vnc.5 mellis roſati vnc.ii. pinguedinis anatis,anſeris,gallinæ añ.vnc.i.olei de ruta vnc.iii.ſalis ʒ.iii.miſce.

Item ſic: ℞ prædicta decoctionis uini albi potentis añ.lib.5.benedictę vnc.i.electuarii de baccis lauri vnc. 5.butyri recẽtis vnc.iii.olei de ſemine lini,olei amygdalarum amararum añ.vnc.i.5.ſalis ʒ.iii.miſce.

Item ſic, & eſt mirabile in dolore colico: ℞ florum camomillæ,rutæ,centaureæ minoris añ.M.i.fiat decoctio in.ſ.q.boni uini albi potentis, deinde facta forti expreſſione coletur, & de dicta colatura accipe lib.i.electuarii de baccis lauri,electuarii eſeſcoph añ.vnc.5,butyri recẽtis vnc.iii.olei de terebentina vnc.ii.ſalis ʒ.iii. miſce.

Item ſic: ℞ prędictę decoctiõis lib.5.ſucci abſinthii, ſucci de ruta añ.vnc.iii.electuarii de baccis lauri,benedictæ añ.vnc.5. butyri recentis vnc.ii.terebentinæ, olei de ruta añ.vnc.i.5.zucchari rubei vnc.ii.ſalis ʒ.iii. Miſce.

Item ſic: ℞ florum camomillæ,meliloti,aneti, rutæ centaureæ minoris,fiat decoctio in.ſ.q.aquę thermarũ ad conſumptionem tertiæ partis,deinde facta forti ex-

preſſione coletur, de dicta colatura accipe lib.i.benedi ctæ, electuarii ex baccis lauri an.vnc.5.zucchari vnc.ii. butyri recētis vnc.iij olei de ruta vnc.ii.ſalis ʒ.ii.miſce.

Item ſic, & eſt expertū: ℞ ſucci rutæ, ſucci abſinthii, uini maluatici potentis an.vnc.iiii.olei de ruta, olei amygdalarum amararum an.vnc.i.5.terebentinæ vnc. ii.ſalis ʒ.iii.miſce.

Item ſic: ℞ florū camomillæ, meliloti, aneti an. M. 5.aniſorum, feniculi, carui, ameos, cartami an.ʒ.ii.fiat decoctio in brodio galli antiqui uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde facta forti expreſſione coletur, de dicta colatura accipe lib.i.benedictæ vnc.i.zuc chari, mellis roſa.colati an.vnc.i.5.olei de camomilla, olei de ruta, olei de lilio an.vnc.i.ſalis ʒ.ii.miſce.

Clyſtere conferens doloribus renum cum præſentia arenarum, & lapillorum: ℞ foliorum maluę, uiolarum radicum althęe, florū camomillæ, meliloti, aneti parie tariæ an.quartam partem.M.fiat decoctio in.ſ.q.aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur de dicta colatura accipe lib.i.benedictæ ſimplicis vnc. 5.caſſiæ tractæ vnc.i. zucchari rubei vnc.ii olei amygdalarum dulcium vnc. iii.uitelli oui numero i. ſalis ʒ.iii.miſce.

Item ſic: ℞ prędictę decoctionis lib.i.benedictę ſimplicis, litontripon an.vnc.5.zucchari rubei vnc.ii.olei amygdalarum amararum vnc.ii.5.olei ſcorpionum cō poſiti deſcriptione Meſ.vnc.5.zucchari rubei vnc.ii.uitellos oui numero ii.ſalis ʒ.iii.miſce.Clyſtere hoc doloris eſt mitigatiuum, & lapidis cōminutiuum.

Item ſic: ℞ florū camomillæ, meliloti, aneti, parietariæ, pulegii, calamenti, camedreos, camepiteos, ſauinę, abrotani, radicum althæe, foliorū maluarum an.quartam partem.M.ſeminum lini, aniſorum, feniculi, carui, ameos, cartami, cimini an.ʒ.ii.fiat decoctio in.ſ.q.aquæ

uſq; ad cõſumptionem medietatis, deinde facta forti expreſſione coletur, de dicta colatura accipe lib.i.caſſiæ tractæ vnc.i.benedictę ſimplicis, litontipron añ.vnc.ʒ. olei de camomila, amygdalarum amararum, aneti añ. vnc.i.olei ſcorpionũ deſcriptione Meſ.vnc.ʒ.uitellos oui numero ij.ſalis cõis ʒ.iij.miſce, & fiat clyſtere.

Clyſtere mã; phlegmaticã fortiter reſoluẽs: ℞ cẽtaureæ minoris, ſaluiæ, maioranæ, betonicę, abrotani, calamenti, origani, florum ſticados arabici añ.M.i.aniſorum, feniculi, cartami, ſiſeleos, ſeminis baſiliconis añ. vnc.ʒ.fufuris M.i.pulpæ coloquintidæ ʒ.ii.elebori nigri vnc.ʒ.fiat decoctio in.ſ.q.uſq; ad conſumptionem medietatis, deinde facta forti expreſſione coletur, de dicta colatura accipe lib.i.hierę pigrę vnc.i.olei de caſtoreo, olei de terebintina añ.vnc.i.ʒ.ſalis gemmæ ʒ.i.ʒ.miſce, & fiat clyſtere, eſt enim efficax, & ultimũ in paraliſi, & apoplexia.

Clyſtere cõſtrictiuum: ℞ roſarum rubearum, balauſtiarum, hordei torrefacti, granorũ mirti añ.M.ʒ.bulliant in ſ.q.aq̃ cũ capite caſtrati, donec caput ſit coctũ, deide colet, de dicta colatura accipe lib.i.boli ar.ſanguinis draconis, draganti añ ſcrup.i.olei roſati omphacini vnc.ii.pinguedinis renum caprarum vnc.i.miſce, & fiat clyſtere, conuenit hoc in fluxu dyſenterico.

Poſſunt conſimilia clyſteria multiplicari ſm uarias medicorum intentiones. Etiam ſm diuerſas intentiones diuerſa poſſunt fieri ſuppoſitoria, ut cũ ſale, & melle inſpiſſato, aut ex ſpecicbus hierę, uel hierelogodion, cũ ſalgemma, aut ex coloquintida, agarico, uel elleboro. Vt, ℞ ſpecierum hierępigræ ʒ.vi.ſalis gemmæ ʒ.i.cum melle fiant ſuppoſitoria longa quantitatis quinque uel ſex digitorum cum filo appenſa, ut ad placitum remoueri poſſint. Et cum ʒucchari ſic fiunt: ℞ agarici ʒ. i.ʒ.elebori nigri vnc.ʒ.ſalis gemmę ʒ.x.ireos vnc.i.bul-

liant omnia ſimul cum lib.iiii.aquæ communis uſq; ad conſumptionem medietatis,deinde cum zuccharo ſufficienti.& prædicta decoctione colata ad ignem ſm artem cum coriandris fabricentur ad modum pilulæ magnæ,de quibus ponantur quinq; intra annum,& bene operantur.

Suppoſitorium uentoſitatis reſolutiuũ: ℞ amygdalarum amararũ,bdellii añ.ʒ.ſ.caſſię ligneę ʒ.ſ.radicum ireos,radicũ ariſtologiæ rot.ſeminũ apii,ſeminũ rutæ, ſeminum ſileris montani,aniſi,feniculi,carui,ameos,cimini,croci añ.ſcrup.i.ſalis communis ʒ.i.mellis.q.ſ. pro ſuppoſitoriis conficiendis.

Suppoſitorium uentoſitates carminans,& ad inferiora educens:℞ arthanitæ,ſeminis rutæ,baccarum lauri, caſtorei,galangæ,ireos,piretri añ.ʒ.i.ſalis cõmunis parum torrefacti,& pulueriʒati ʒ.ii.mellis.q.ſ.fiant ſuppoſitoria longitudinis digiti minimi,& de his ſemel in die,aut bis ante cibum per horã unũ ſupponat.

Suppoſitorium forte.℞ hieræ ſimp. Gale.vnc.i.pulpæ coloquintidæ interioris ʒ.ii.ſcamonę ſcrup.i. carthami & cẽtaureæ minoris añ. ſcrup.ii ſalisgẽmæ ʒ.ii. liquefiat hiera,qua liquefacta ſuperaſpergãtur pulueres ſpecierum dictarum,& incorporate totũ infrigidetur, & inducatur in formam duorum,aut trium ſuppoſitoriorum, quæ fiant longa cum filo appenſa & unum ſupponaſ.Et ualet qñ medicina exhibita,uel clyſteria facta etiam fortia ob uirtutem hebetatã non ſoluunt.

Suppoſitorium ad teneſmon: ℞ terebentinæ,mirrę, thuris,croci añ.ʒ.i.opii,licii añ.ʒ.ii.fiant cum albumine oui ſuppoſitoria cum filio.

De epithimate. Cap.80.

EPITHIMA eſt medicina alteratiua,& cõfortatiua ex aquis herbarum,& ſpeciebus cõpoſita,quæ membris,ut cordi, hepati,& re-

nibus mediante panno lineo, uel laneo in prædictis aquis infuſo applicatur. Et epithima cordiale fit cum aquis,& ſpeciebus cor reſpicientibus, ut cum aqua roſarum,acetoſæ,endiuiæ,buglоſſæ, meliſſæ, ſpeciebus electuarii de gemmis,diamuſci,lætificantis, diambræ. Et hepaticum cum his, quæ hepar reſpiciunt. Vt cum aqua endiuiæ,roſarum,ſolatri,hepaticæ,abſinthii, fumiterræ, eupatorii,ſpeciebus triaſandalorum in lapſu calido,& diarodon in lapſu frigido. Et doſis quantum ad aquas cõmuniter eſt lib.i.Et ſpecierum eſt à ʒ.ii. uſq; ad vnc.ʃ.Exempli gratia,pro corde: ℞ aquarum, roſarum,acetoſæ,bugloſſæ,meliſſę añ.vnc.iii.pulueris pro epithimate cordiali ʒ.ii.uel vnc.ʃ.uini maluatici vnc.i.ʃ.aceti vnc.ʃ.miſce,pro corde. Acetum ponitur, ut facilius penetret. Vel ſic: ℞ aquarum roſarum, acetoſæ,bugloſſæ,meliſſæ añ.vnc.iii.ſpecierum electuarii de gẽmis ʒ.ii.uini maluatici vnc.i.ʃ.aceti vnc.ʃ.miſce. Vel ſic in lapſu ualde calido: ℞ aquarum roſarum,acetoſæ,endiuiæ,añ.vnc iiii.aceti vnc.ʃ.roſarum rubearũ, ſandalorum omnium,ſeminis acetoſæ añ.ſcrup.i.albarum margaritarum,fragmentorum ꝑtioſorum,corallorum rubeorum,ſpodii añ.ſcrup.ʃ.canforæ,croci añ. gr̃.iii.conterantur,& omnia miſceantur. Vel ſic in lapſu ualde frigido: ℞ aquarum bugloſſę meliſſæ añ.lib.ʃ. ſpecierum diamuſci, uel lætificantis ʒ.ii.uini maluatici vnc.ii.aceti vnc.ʃ.miſce.

Puluis pro epithimate cordiali magiſtralis: ℞ florũ bugloſſę,boraginis,meliſſę añ.M.ʃ.ſandalorũ omniũ, roſarum rub.añ.ʒ.ii.doronici,been albi,& rubei,karabę,oſſis de corde cerui añ.ſcrup.iiii.corticũ citri ʒ.i.ʃ. ſeminis acetoſæ,ligni aloes,gariofilorum añ ʒ.i.ʃ.margaritaꝝ croci añ.ʒ.ʃ.muſci gr̃.iij.cãfo.gr̃.vi.fragmẽtoꝝ ꝑtioſoruꝫ omnium ʒ.i.coralli utriuſq;:ſpodii añ.ʒ.ʃ.cõterantur omnia per ſe,poſtea miſceantur.

Epithima pro hepate: ℞ aquarum roſarum, endiuię hepaticæ, ſolatri an̄. vnc. iii. ſandalorum alborum & citrinorum ʒ. ii. ſpodii, ſpicæ an̄. ſcrup. ſ. aceti vnc. ſ. canforæ gr̄. vii. miſce. Iſtud poteſt & renibus applicari. Et in lapſu frigido ſic: ℞ aquarum abſinthii, euapatorii an̄. lib. ſ. ſpecierū diarodon abbatis ʒ. i. ſ. aceti vnc. ſ. miſce, pro hepate. Vel ſic: ℞ abſinthii, eupatorii an̄. M. i. aniſorum ʒ. ii. ſpicę, ſquinanti, cinamomi, gariofilorum an̄. ʒ. i. fiat decoctio in. ſ. q. aquę uſq; ad conſumptionem tertię partis, deinde madefiat pecia linea, & ſic calida poſt expreſſionem hepati applicetur.

De Embrocatione, fomentatione. Cap. 81.

EMBROCATIO eſt caſus decoctionis herbaꝝ ab alto ſuper mēbrum læſum, & debet decoctio fieri uſq; ad conſumptionē medietatis, aut tertiæ partis, cum herbis membro lapſo appropriatis, ut pro ſtomacho, cum rebus ſtomachalibus, menta, camomilla, abſinthio, & huiuſmodi, & pro capite, cum capitalibus ut ſaluia, betonica, maiorana, ſticados, & huiuſmodi. Vt, ℞ florum camomillæ, florum ſticados, maioranæ, abſinthii an̄ M. v. aquæ ciſternæ lib. xx. bulliant uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde colentur, & fiat embrocatio. Idem dicendum de fomentatione, ſed fomentatio fit cum ſpongia in prædicta decoctione madefacta, & expreſſa membro patienti applicata. Vt, ℞ mentæ, florum camomillæ, abſinthii, ſpicæ, calamenti an̄ M. ſ. calami aromatici, aniſorum an̄. ʒ. ii. bulliant in ſ. q. aquæ, uel boni uini aromatici, in qua infundatur ſpongia, & expreſſa calida ſtomacho ſupponatur, & ſic tribus uel quatuor uicibus ſucceſſiue, poſtea exiccetur ſtomachus panno calido, & unguento unguatur ſtomachali, de quo infra.

De Embrocatione, quam Gutam uocant. Cap. 81.

EMBROCATIO, quæ capiti admi‑niſtratur, facta cum mineralibus, ſulfure, & alumine, herbis, radicibus, floribus, ſe‑minibus, eſt quæ ducia nuncupatur. Et cõ‑uenit catarrho frigido, & humido, & anti‑quo capitis dolori, qui eſt ex frigiditate. Et maximum affert iuuamentum, ſurditati, tinitui, paralyſi, ſpaſmo, tremori, etiam epilenticis. Debet aũt hæc artificialis na‑turali duciæ, quæ patienti eſt conueniens proportio‑nari, ut ſi petrioli ducia, in comitatu Senarum ei ſit cõ‑ueniens, cuius minera plus ſulfurea eſt, q̃ aluminoſa, in artificiali plus debet poni de ſulfure, & minus de alumi‑ne. Et ſi alia ſit ei conueniens, cuius minera à prædomi‑nio ſit aluminoſa, plus in artificiali debet poni de alu‑mine & minus de ſulfure. Et ſi ei conueniat naturalis, cuius minera, eſt ſulfurea, aluminoſa & nitroſa, ſicut illa de corſeno, in comitatu Lucano, debet in artificiali po‑ni de ſulfure, alumine, & nitro. Incipiendum tamen pri‑mo à debiliori, quemadmodum & in naturalibus ab illis apud caſtrum in romandiola, Santa Maria in ba‑gno nuncupatum, quorum minera ſulfurea eſt, alumi‑ne ferro & ære participans. Vt primo ſic dicendo: ℞ florũ ſticados arabici, ſaluiæ, betonicæ, maioranæ, ro‑ris marini, peoniæ, roſarum rubearum añ. M. iiij. abſin‑thij florum camomillæ, aſari, calamenti, origani, ſpicę añ. M. iij. nucum cipreſſi, granorum mirti añ. M. ij. ſul‑furis uiui lib. iij. aluminis lib. ij. incidantur incidenda, & piſtentur piſtanda, & ſm artem bultiant in corbibus iii. aquæ ciſterñ calybeate uſq; ad conſumptionẽ quin‑tæ partis. Et hæc decoctio debet renouari in fine qua‑tuor, dierum, de dicta decoctiõe impleatur uas aliquod

ad minus teneat mediam corbem,& ponatur ſupra tripodes,& ſit in dicto uaſe fiſtula habens foramen groſſi tiei parui digiti,per quod aqua egrediatur,& cadat per diſtantiã duorum palmorum,ſupra comiſſuram coronalem capitis,ubi coniungitur cum ſagitali,& ſubtus habeat uas,in quo mediante pileo aqua cadẽs recipiatur, quę aliquando miſcenda eſt cum calidiori,ut decoctio capiti ſemper calida adminiſtretur,cumq; aquam ſuſceperit per horã,exiccetur caput cũ panno calido abſq; multa fricatione,& exiccato capite, locus comiſſuræ madefiat cum modico infraſcriptę,aquæ:℞ aquæ uitę quater ſublimatæ lib.i.laudani puri,gariofillorum,nucis muſcatæ añ ʒ.i.ſ,thuris ʒ.i.piſtentur groſſo modo, & infundantur in prædicta aqua uaſe bene obturato. Huiuſmodi ducia fieri non debet,niſi corpus bene purgatum fuerit.Et debet fieri de mane ante cibum.Et iterũ fieri poteſt,cum tranſiuerint à fine prandii horæ octo, per integrum menſem cõtinuando.Vel ſecundo ſic: ℞ ſaluiæ,peoniæ,acori,roris marini,utriuſq; ſticados,betonicæ,maioranæ,iuæ,hyſopi,foliorum & granorum lauri añ.M.iiii.aſſari,calamẽti,origani,camomillæ,ſpicæ,mentæ,abſinthii añ.M.iii.roſarum rubearum, nucum cipreſſi,granorum mirti añ.M.ii.ſulfuris uiui lib. v.aluminis lib.iij.incidantur incidenda,& piſtentur piſtanda, & bulliant in corbibus iii.aquæ ciſternæ, uſq; ad conſumptionem quintę partis.Et præparetur ut ſupra:Sed in uaſe à quo aqua egreditur,ſtent continue in panno lineo raro aromata hæc ſuſpenſa: ℞ macis,calami aromatici,corticum citri, gariofillorum, cubebæ, cinamomi añ.vnc.i.nucis muſcatę vnc.ii.poſtea exiccato capite,locus ut ſupra cõmiſſuræ madefiat cum modico infraſcriptæ aquæ:℞ aquæ uitæ quater ſublimatę lib.i.ſ.laudani puri ʒ.ii.gariofillorum, nucis muſcatæ, cinamomi,ligni aloes añ.ʒ.i.mirrę,thuris añ.ʒ.ſ.piſten

tur groſſo modo,& ut ſupra infundantur in prædicta aqua,Sed debiles capite non recipiant hanc duciam,ne forti reſolutione,debilitata uirtute, maius inde ſequatur nocumentum.

Tertio ſic,& fortius,℞ ſaluiæ,betonicę, roris marini,maioranę,utriuſq; ſticados,peonię,acori,hyſopi,foliorum & granorũ lauri,pulegii,iuæ,hipericonis, herbæ paralyſis,arteticæ,granorum iuniperi,ſerpilli,florũ camomillæ,abſinthii,aſſari, calamenti, origani, rutæ, mentæ, ſpicæ añ.M.iij.roſarum rubearum, granorum mirti,nucum cipreſſi añ.M.ii.ſulfuris uiui lib.v.aluminis lib.iij.ſalis nitri lib.ii.fiat decoctio ſm artẽ in corbibus iij.aquæ ut ſupra,& pparetur in oĩbus ut ſupra.

De unguentis cerotis,& emplaſtris. Cap.83.

DE MEDICINIS primo dicamus, cũ quibus unguenta,cerota,& emplaſtra cõponunt, repercuſſiuis.ſ.mollificantibus, reſolutiuis,digeſtiuis,& maturatiuis,mũdificatiuis,& abſtergẽtibus, incarnatiuis & conglutinatiuis,& de dolorem ſedantibus.Medicina repercuſſiua eſt illa,q̃ frigiditate, & ſtipticitate ſua uim habet confortandi uirtutem membri retentiuã,humores alterando,& uias oppilando,eoſq; à particula læſa repellendo cum aliquali ſpirituũ retẽtione,ut roſa,ſem peruiua,uirga paſtoris,uermicularis,folia fraxini & cortex eius,omnes ſpecies ſolatri,mirtus, acetoſa, pomum granatoꝵ acetoſum cũ ſuo cortice,poma acetoſa, pira, & poma cydonia,acetum,cauda equina,uinearum capita,neſpila,ſorbula,pruna ſylueſtria , hypoquiſtidos,acatia,agreſtũ,bolus armenus,terra ſigillata,ſandali,ſanguis draconis,pſidia,ceruſa,tucia,canfora.lithargiriuz, antimonium,plumbum uſtum,argentum uiuum, mira

bolani omnes,farina uolatilis,farina hordei,ſabarum, lentium,albumen oui, corallum album & rubeum,gal la tinctorum,balauſtia,ſumach etc..

Medicina mollificās, eſt quę ponit eſſentiam mēbro rum habentium ſpiſſos poros leniorē caliditate,& hu= miditate ſua,& accidit,ut ex hoc pori fiant latiores, & expulſio ſuperfluitatum,quę in eis continetur,facilior, ſicut althęa,malua,radices lilii,ſemē lini,axungia,buty rum, medulla oſſium, oleum lilii, oleum commune,& amurca eius,terebētina,hyſopus humida, adeps porci, ſepum,ſtercus bouis etc.

Medicina reſolutiua,eſt quæ caliditate ſua uirtutem habet ſubtiliandi materiā groſſam,& ſeparandi ipſam. & aperiendi poroſitates, ipſam euaporando partē poſt partem.aſſiduitate ſuę operationis,donec tota materia extrahatur,⁊ euacuetur per mēbri poroſitates. Hæc enī debet eſſe cum caliditate ſatis forti ſubtilium partium, & ſubtilis ſubſtātię,ſicut camomilla,mellilotū,althęa, malua/furfur/caules/anetū/menta/ſticados fumuster= rę/matricaria/abſinthium/enula campana/ ſambucus/ & ebulus/praſſium/apium/ualeriana/uolubilis: & alia ſimilia reduci poſſunt ad intētionem. Et de ſeminibus/ ſemen coriandrorum/fenugręci/ſemen lini/ſemen mal uarum/althæe/cauliū,& omnia ſimilia diuretica.Et fa= rinę reſolutiuę/ſunt farina tritici/hordei/orobi/ & lu= pinorum/farina lentiū/medulla panis furfuracei. Et de radicibus reſolutiuis cū mollificatione ſunt,ut rapa/al thæa/lingua bouina/capita liliorū/baucia/brancha ur ſina,& omnes ſimiles.

Medicina maturatiua, ſeu ſuppuratiua eſt illa, cuius complexio eſt æqualis ſimilis in natura ſua corpri ho= minis,quæ ſua caliditate una cum calore naturali mē= bri,& quadam inuiſcatione uirtutem habet oppilandi poros,materiam groſſam intus & ſubtilem retinendi,

donec paulatim digerendo ipſam, ad ſupporationem ꝑ ducat. Et inqt Serapio in ſermone de maturatiua: oportet, ut medicina maturatiua ſit ꝓportionalis calori naturali corporis, ita ꝙ ſi calor corporis naturalis eſt amplior, medicina, quę debetur illi, oportet, ꝙ ſit calidior in illo, q̃ꝫ in alio corpore. Et oportet, ꝙ ſit quãtitas cõditionis caliditatis ſuæ ſupra æqualitatem, ſm quãtitatem additionis caliditatis illius corporis ſupra corpus ęquale. Et ſunt, uelut capita liliorum alborum/radix althęe/& eius folia/brãcha urſina/ radix brioniæ/camomilla/malua/fenũgræcum/ficus ſiccę/frumentũ/ ſemen lini/medulla panis/oleum temperatę caliditatis/paſſulę/poma ſub prunis decocta/grana pini/ pĩguedo hyſopus humida/terebentina,& omnia alia ſimplicia eoruꝫ curſu currentia.

Medicina abſtergit & mundificat, quæ aufert ſordiciem à ſuperficie corporis. Et hac utuntur Medici in omnibus uulneribus,& apoſtematibus nouiter inciſis poſt eorum digeſtionem, ut ſaniem à carne ſeparet, & attractionem, quam habet, ad exteriorem partem ulceris expurget, ſicut eſt mel roſ. ʒucc harum/mel/ſyrupus roſatus/abrotanum/farina hordei/farina lentium/fabaꝝ, lupinorum/ ſemẽ urticę/ſal armo. ſtercus caprę/urina/aloes/terebentina/ireos radices/& ſuccus foliorũ eius/& multa alia. Ex quibus multa compoſita mũdificantia ſm neceſſitetem ulcerum poſſunt componi.

Medicina incarnatiua & conglutinatiua eſt, quę permutat ſanguinem ſuperuenientem uulneri in carnem, propterea quia æquat complexionem eius,& coagulat ipſum cum exiccatione. Et eſt, quæ mundificat tempera te,& ſine mordicatione, ut ariſtologia, ireos, ceruſa, plumbum, litargirium, mirrha, mel, aloes etc. Et de medicina ſedatur doloris, dicendum, ꝙ dolor ſedatur tribus modis. Primo cum his, quę complexionem habent

ſimilē cōplexioni nāli corporis,in quo eſt dolor,ut in dolore ſtomachi,appoſitio uolę manus eiuſdē, aut cuȝ his,quæ calida ſunt in primo,quæ dolorem ſedant,materiam facientem dolorem euaporando,& calorem naturalem membri confortando,ac exceſſiuam caliditatem extraneam remittendo,ut camomilla,oleum anetinū,ſemen lini,althæa,medulla,uitella oui etc.Secundo ſedatur dolor,alterando malam complexionem cum ſuo contrario.Tertio ſedatur dolor,ſed non uere,calorem naturalem mortificando,ſenſumqȝ membri tollendo,cum opio,& ſtupefactiuis.

Vnguentum fit cōmuniter ex oleo,uel oleis pulueribus,& cera,unde pro qualibet vnc.olei,uel ſucci,datur ʒ.i.pulueris,uel ad plus ʒ.i.ſ.cum modico ceræ.Et ſub triplici forma fit unguentum,quoddā fit molle,quoddam mediocre,quoddam groſſum,habens formam aliqualiter ceroti,ut ſic dicendo:℞ olei de abſinthio,olei de menta, olei maſticini añ.vnc.i.pulueris gariofillorū maſticis,calami aromatici añ.ʒ.i.ceræ parum , fiat unguentum molle,uel ceræ parum,fiat unguentum mediocre,uel ceræ.q.ſ.fiat unguentum groſſum.Vel ſic ℞ mentæ ſiccæ,maioranæ,abſinthii, florū camomillæ, ſpicæ,calamenti añ.quartam partem M.olei de menta olei de abſinthio,olei de ſpica,olei maſticini,de camomilla añ.vnc.i.uini maluatici lib.ſ.bulliāt omnia,uſqȝ ad conſumptionem uini,deinde fortiter exprimantur, & expreſſioni adde maſticis,calami aromatici,gariofillorum, nucis muſcatæ,cinamomi, corallorum rubeorum añ.ʒ.i.ceræ parum,fiat unguentummolle , & aromatiȝetur cum ſcrup.ſ.gallæ muſcatæ. Hoc unguentū eſt mirabile in debilitate uentriculi ā materia frigida. Vel ſic dicas,& melius:℞ mentæ ſiccæ,maioranæ,abſinthii,florum camomillæ,ſpicæ,origani,pulegii,cala-

menti,oximi gariofilati,roſarum rubearum añ.quartã partem M.bulliant omnia in ſ.q.uini maluatici uſque ad conſumptionem tertiæ partis,deinde fortiter exprimãtur,& expreſſioni adde olei de menta, olei de abſinthio,maſticini,de ſpica,de camomilla,olei roſati cõpleti añ vnc i. & iterum bulliant uſq; ad conſumptionem uini,poſtea diſſolue in ea, maſticis, calami aromatici gariofilorũ nucis muſcatę,cinamomi,corallorum rubeorum añ.ʒ.i.muſci,ambrę añ.gr.ii.laudani ſcrup.5.& cum cera.q.ſ.fiat unguentum molle.

Fiunt etiam quandoque unguenta cum decoctionibus radicum & herbarũ ſic dicendo: ℞ radicũ althæe, radicum enulæ,& ebuli añ.lib.5.omnibus decoctis,piſtatis,& cribratis cum infraſcriptis fiat unguentum:℞ olei roſati completi,olei de camomilla, olei amygdalarum dulcium añ.vnc.ii.pinguedinis gallinæ,anatis pinguedinis uiperæ añ.vnc.i.5.ranarum fluuialium numero vi.florum camomillæ,anthos,ſaluiæ, abſinthii añ.vnc.5.bulliant omnia ſimul cũ lib.ii.boni uini odoriferi lento igne uſq; ad conſumptionem uini, deinde fortiter colẽtur,& cum antedicta cribratura,& cera noua odorifera ſufficienti fiat unguentum molle.

Cerotum eſt medicina dura,membro foriter adhærens,& differt ab unguento quia unguentum fit cum cera,& cerotum cum reſina.Et ſicut in conficiendo unguentum pro qualibet vnc.olei,uel alterius liquoris datur ʒ.i.pulueris,ita etiam in conficiendo cerotũ,uerbi gratia:℞ olei de menta,olei cydoniorum,olei maſticini añ.vnc.i.gariofilorum,maſticis,corallorũ rubeorum añ.ʒ.i.reſinæ.q.ſ.fiat cerotum.Et cerotum cerebrale fit in forma hoſtiæ rotũdæ, & ſtomachale in forma ſcuti,hepaticum in forma lunari, ſpleneticum in forma quadrata,ſimiliter & matricale,& renale fit in forma qua-

ma quadranguli: oblongi.Et poſſunt cerota cuilibet membro languenti applicari, ⁊ multiplicari ſecundum diuerſas medicorum intentiones.Similiter quandoqꝫ fiunt cerota cum decoctione herbarum,aut radicum, ut ſic dicẽdo, ℞ radicum althæę; enulæ añ.lib.ʒ.ſigilli Salomonis,capituꝫ liliorum alborum añ.vnc.ii.oibus decoctis piſtatis ⁊ cribratis,ad ignẽ cũ infraſcriptis fiat cerotum: ℞ olei anetini,olei de camomilla,olei amygdalarum dulcium,pinguedinis gallinæ,anſerinæ, anatis,ſepi caſtrati añ.ʒ.i.ʒ.diaquilonis albi gummati vnc.iiii.bulliant per mediam horam baculo agitando, poſtea cum ſupradicta cribratura,& cera noua odorifera ſufficiẽti fiat cerotum.Vel ſic: ℞ radicum althæę,radicum enulæ añ.lib.ʒ.ſigilli Salomonis,capitum liliorũ alborum añ.vnc.ii.radicum ireos vnc.i.omnibus decoctis.piſtatis,⁊ cribratis ad ignem cum infraſcriptis fiat cerotum: ℞ olei de camomilla,olei anetini, olei de ſemine lini,olei amygdalaꝝ dulciũ añ.vnc.i.olei hypericonis vnc.iii.pinguedinis taxi,pinguedinis uiperę,ſepi caſtrati añ.vnc.ii.diaquilonis albi gummati vnc.iii. omnia ad inuicem bulliant per horam,deinde cum ſupradicta cribratura,cera noua odorifera,& reſina pini ſufficienti fiat cerotum,addendo in fine cocturæ terebintinæ clariſſimę vnc.ii.croci ʒ.i.ʒ.& iterum bulliant parum.Hoc cerotum in molificando neruorum duriciem,& iuncturarũ magna eſt medicina.Et ſi ei addantur argenti uiui cum oleo amygdalarũ amararũ extincti ʒ.iiii.& optime incorporentur,ſclirofitates in morbo gallico ſuper oſſibus euenientes reſoluit, ut nobis ſæpenumero experientia demonſtrauit.

Emplaſtrum ex multis componitur, & ſi ex herbis componatur primo earum fiat decoctio in aqua cómuni uſque ad ſpiſſitudinem, quibus decoctis, & piſtatis

addatur oleum,uel pinguedo iuxta intentionem medici.Et pro quolibet M.herbarum,uel radicũ detur vnc. 5.olei,uel alterius liquoris,ut butyri, aut pinguedinis. Vt ſic dicendo: ℞ florum camomillæ, melliloti,aneti, radicum althææ añ.M.i.decoquatur in aqua communi uſq3 ad ſpiſſitudinem,deinde piſtentur,& cum olei de camomilla,& pinguedinis anatis añ.vnc.i.⁊ farina ordei fiat emplaſtrum.Et iſta tria,unguẽtum,cerotum,⁊ emplaſtrum,ſe habent per ordinem, quia cerotũ fortioris operationis eſt quàm unguentum, & emplaſtrum,q̃ cerotũ, & ideo primo ab unguento incipiendum. Et cum his facio finem cum gratia omnipotẽtis, cui ſemper ſint laus, gloria,& honor.

F I N I S.

PAMPHILI MONTII

BONONIENSIS

De ſubiecto medicinæ.

QVAERITVR vtrū medicinę ſubiectum ſit homo, ut arte ſanabilis? Quod non uidetur, Primo: Quoniam Medicus operatur circa hecticum tertiæ ſpeciei cōfirmatum, qui nō eſt ſanabilis. Et cōfirmatur: quoniam medicina eſt omnium ſanorum, ægrorum, & neutrorum, ex Gal. primo artis medicinalis. Secūdo, tunc aliquid infra ſpeciem ſpecialiſſimam ſcientiæ eſſet ſubiectum: patet conſequentia: quoniam homo, ſm ꝙ arte ſanabilis eſt, non comprehēdit hecticum tertię ſpeciei. Tertio arguitur, ꝙ non ſubiicitur homo, ſed corpus, qđ eſt altera pars hominis: quoniam ſubſtantiam animæ intellectiuæ medicus non cognoſcit, ſed Phs nālis: & confirmatur authoritate Gale. prima aphoriſmoꝝ apho. p̊, & Auicē. prima primi cap. de diffinitione medicinæ, & Auer. p̊ colliget, & 2. phyſi. cōmen. 3. & Halyabbatis primo Theoricæ, dicentiū corpus humanum eſſe ſubiectum. Quarto homo per intellectum in medicina non cognoſcit, qui eſt eius forma: neq; per Deum, qui eſt eius finis: neq; per materiam primam, quæ eſt eius cauſa materialis neque per cœlum quod eſt illius cauſa efficiens. ergo &c. Quinto ſanabilitas cum homine facit ens per accidens: quoniam con-

gregatur aliquod cum eo quod eſt extra rationem for- malem eius: quoniã ſanabilitas homini accidit. Igitur illud congregatũ non eſt ſcibile. Sexto, ſi ſic: tũc paſſio alicuius ſubiecti eſſet ratio formalis conderandi illud: quod non uidetur concedendum: quoniã paſſio eſt de ſubiecto demonſtrabilis: & ratio formalis eſt ꝓſuppoſi- ta: ſic enim poteſt ſanabile de corpore humano demon- ſtrari, ut Cõciliator differentia tertia, omne corpus ani matum anima rõnali eſt ſanabile. Homo eſt corpus ani matum anima rationali. Igit̃ homo eſt ſanabilis. Septi- mo conditio ſubiecti: ut primo poſterio. patet, eſt ut in ſcientia in qua eſt ſubiectum probetur de eo paſſiones: ſed in medicina paſſio aliqua non uidetur poſſe demõ- ſtrari. ergo &c̃. Octauo, ſemper in diffinitione ſcientiæ debet cadere pro differentia ſubiectum de quo eſt illa: quoniã ut inquit Monachus primo artis medicinalis cõmen. 7. Scientiæ omnes, ſm ꝙ ſunt notitiæ uniuerſa- les, differunt per ſubiecta de quibus ſunt: ſed medicinæ diffinitionem pro differentia intrat, ſanum. ægrum, & neutrum: ut patet ex diffinitione Gal. ibi, & ex Auic. pri ma primi: ergo &c̃. Nono, arguo, ꝙ ſuperflue additur, arte ſanabile: quoniã eiuſdem ſubiecti generis eſt medi- cina ſpeculatiua, & practica: ut prima primi doct. pma: ſed medicinæ ſpeculatiuæ ſubiectum non addit, arte ſa- nabile. igitur &c̃. Decimo Monachus primo artis medi cinalis. cõmẽ. 9. ſanum eſt ratio formalis ſubiecti huius ſcientiæ, & non, ſanabile. Item ſubiectum medicinæ eſt ſanum magis, q̃ homo, uel corpus: quoniam ſicut Me- taphyſicæ ſubiectum aliqualiter dici poteſt ſubſtantia, & accidens: ſm ꝙ per analogiã in ente conueniunt, qđ eſt eius uere ſubiectũ: & de paſſionibus ſubæ, & acciden tis, inquãtum ſunt entia tãtũ inquiritur in illa. Et ita de paſſionibus entis ſolius, inquãtum ens eſt: ſimiliter dici poteſt, ꝙ corpus, cauſa, ſignũ, ſunt aliqualiter medicinæ

ſubiectum,ſm quod per analogiam conueniũt in ſano & ægro,quæ ſunt ipſius medicinæ ueræ ſubm. Vndecimo,ex Auer.p̃ colliget,finis unius artis non eſt ad ſanã dum omnino:ſed ad faciendum quod fieri poteſt. Alii tenentes,ꝙ ſcientia ſit practica ex obiecto, dicunt ꝙ ſanitas conſeruabilis uel producibilis à medico eſt ſubm in medicina,& non corpus humanum: qm̃ ſubiectum ſciẽ practicẽ debet eẽ operatũ à nobis:ſicut obiectũ artis domificatoriæ,eſt domus ipſa. Ioannes Manardus, ꝙ ſanitas uerũ ſit ſubm, ⁊ non corpus humanum oſtendit. Primo ex Gal.cap.penult.libri de partibus artis medicinalis:quoniam Gal.medicinã diuidẽs in partes ſm propriam,& non propriam materiã,dicit ꝙ corpus humanum eſt materia ſecunda medicatiuæ artis, non propria,per accidẽs,& non per ſe,& primo in medicina cõſideratum & ꝙ ſanitas propriiſſima eſt materia. Item ſanitas eſt quam medicus per ſe, primo conſiderat, ad quam oẽm reliquam refert conſiderationem. Item ipſa eſt,per qđ ab omni alio artifice ſeparatur:nam cũ medicina ars ſit factiua,imo potius ſit refectiua,iuxta ſniaꝫ Gale.in libro de conſtitutione artis medicinalis,per id quod reficit,non per id circa quod operatur à cæteris artibus diſtinguẽda. Igitur cum medicina non corpus humanum facere, ſed ſanitatem conſeruare,uel reficere poſſit:aliæq; artes circa idem humanum corpus, aliud ſcilicet in eo,uel ꝯſeruando, uel reficiendo uerſari poſſint,per ſanitatem,non per corpus humanum:à cæteris eſt ſegreganda. nonnulli cum eo ſic arguũt:quãdo aliqua facultas duo conſiderat, alterum quod p̃ſupponit alibi declaratum,alterum quod q̃rit,principalius conſiderat illud quod q̃rit:ſed Medicus p̃ſupponit naturã corporis humani declaratum à Pħo naturali:ſanitateꝫ autem quærit, ut quomodo poſſit cõſeruari & induci. Igitur medicus principaliſſime conſiderat ſanitatem:

quare ſanitas erit ſubiectum in medicina, & nō corpus humanum. Item quia Philoſophus 4. metaph. 2. dicit, ꝙ medicina conſiderat omnia ſana: qa ſanitati attribuuntur. Item arguūt, medicina tradi poteſt empirice ſolum experientia, ſine cognitione corporis humani: quoniã totum illud quod medicus rationalis cōcludit & probat ratione, empiricus pōt experimento probare: ut exēpli gratia hęc concluſio: humidæ diætę omnibus febricitantibus conueniunt, quã rationales, ratione ꝓbant, empiricus experimento oſtendit. Et ita de reliqs de opere dictantibus: quoniam quilibet modus operandi, qui per rationem inuenitur, poteſt experimento inueniri: & ſic poteſt ſolo experimēto cōpleta facultas haberi, ſine corporis humani cognitione. Non ergo corpus humanum eſt à medico principalius conſideratum. Item arguunt, ꝙ ſanabile arte, nō ſit ratio formalis ſubiectum medicinæ apropriãs, & à ſubiecto phię diſtinguēs: ſed ſanū in eo ꝙ ſanū: qm̄ Medicus ſanitatem factã à nã cōſiderat, dando primo artis medicinalis ſigna illius. Et ideo naturalis conſiderat ſanū inquãtum à natura: Medicus autem quocūq; modo, uel à natura, uel ab arte. Non igitur addenda eſt particula illa, ſanabile, ut diſtinguatur Medicus à Phō. Ideo Galenus primo artis medicinalis diffiniens medicinam, dixit eſſe ſcientiam ſanorum & ægrorum abſolute: qm̄ omnium ſanorum quomodocūq; ſint, ſiue à natura ſiue ab arte. Alii arguūt, ꝙ corpus ſanū ſanitate conſeruabili, uel à medico producibili ſit medicinę ſubiectum: nam corpus humanū, ut ſic, non eſt ſubiectū in medicina. Igitur oportet ipm coarctare & limitare: ſed magis coarctatur, & limitať, per hoc quod dicitur ſanum, q̄ per hoc quod dicitur ſanabile: qm̄ ſanitas nō reducitur ad ſanabilitatem: ſed bene ē contra. Item corpus humanum eſt ſubiectum in medicina, inquãtum eſt operabile à Medico terminati

ue: modo non eſt operabile à medico inquātum ſanabi
le: quoniam ſanabilitas fluit à principiis ꝓpriȩ ſpeciei,
& eſt conditio inuariabilis, quam medicus non conſi-
derat, iuxta ſententiam Gal. 3. artis medicinalis: ſi enim
corpus humanum eſſet impaſſibile, & inalterabile, non
indigeret arte conſtituente ipſum. Medicus autem con
ſiderat uariabilem conditionem: hȩc autem eſt ſanitas,
inquātum conſeruabilis, uel producibilis, & non ſana-
bilitas. Hoc etiam patet per Alexādrinum in procemio
de ſectis: ubi poſt multa dicit, ꝙ in medicina duo ſunt
ponenda. ſ. ſubiacentia, & perfectio: & per ſubiacētiā in-
telligit ſubm mãle, & ꝑ perfectionem, ſubm formale. &
ſubiacētia inqt ipſe eſt corpus hūanū: pfectio aūt ē ſani
tas. Et tūc inqt diffiniemus medicinā per illa duo: ecce
quomodo uult ipſe medicinam eſſe de ſanitate, & non
de ſanabilitate. Et Auic. prima primi dicit, Dico ꝙ me-
dicina eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones
noſcuntur ex parte qua ſanatur: & Auer. ꝑ colliget cap.
primo habet: Et dicimus ꝙ ars medicinȩ eſt ars operati
ua exiens ex principiis ueris, in qua quȩritur ſanitatis
conſeruatio corporis humani & remotio ægritudinis
ſuȩ: ſm ꝙ poſſibile fuerit in quolibet corpore. & in 6.
colliget cap. primo. Medicina eſt ars operatrix, quæ in-
uenta eſt experimento & ratione: cōſeruans quidem ſa-
nitatem, & remouens ægritudinem. Arguūt alii, ꝙ cor
pus humanum uiuificabile ſit ſubm: quoniā 9. Metho-
di cap. 10. & 13. dicit Gal. ꝙ intētio prima Medici eſt ad
uirtutē, quæ intentio non eſt curatiua, ſed uiuificatiua.
Et ideo Vgo Senenſis dicit non uideo rationem demō
ſtrātez quin dici debeat: corpus humanū ſanabile, ȩgro
tabile, & uiuificabile eſſe ſubiectum primū attributio-
nis in medicina. Propter quod dicunt aliqui, ꝙ corpus
humanū ſanabile eſt primū ſubiectum in medicina pri-
mitate perfectionis: corpus autem humanum uiuifica-

bile eſt primum ſubiectum primitate cõmunitatis. Alii, ꝙ plura ſint ſubſtantia in medicina arguũt: qm̃ de tribus ſubiectis uidetur Medicus inquirere ſanitatẽ ⁊ ęgritudinem. ſ. de corpore, cauſa, & ſigno. Item medicina non eſt ſcientia una: igitur nõ de ſubiecto uno: patet cõſequentia: quoniã una eſt ſcientia q̃ unius generis ſubiecti, ꝑ poſteriorũ cap. 18. Aſſumptuȝ probat, plus differt pars theorica medicinæ à parte practica, q̃ꝫ phia naturalis à theorica medicinæ: ſed ex theorica medicinæ, & philoſophia naturali, non fit una ſcientia. Igiẽ nec ex theorica medicinæ: & practica eiuſdem. Item ipſa continet practicum & theoricum, quæ ſunt differẽtię oppoſitę: ſed quęlibet differentia addita generi conſtituit ſpeciem: igitur medicina non eſt una ſcientia, ſed duæ. Item ibi ſunt ſimilia, quæ ad unam ſcientiam non pertinent: igitur illa nõ eſt una, ꝓbatur antecedens: quoniã ibi ſunt ſcibilia inuenta expientia, & ſcibilia inuenta demonſtratiõe: ſed experientia, & demonſtratio non ad unam ſcientiam pertinent: quoniam unum fundatur in ſenſu, & aliud in intellectu.

In oppoſitum arguitur: homo ſcd̃m ꝙ arte ſanabilis in medicina eſt primo cõſideratum: igitur eſt ſubiectũ. Patet conſequentia ex diffinitione ſubiecti: antecedens probatur ex proprietatibus ad ſubiectum conſequentibus: quoniam homo partes habet integrales arte medica regulabiles, & ille & earũ paſſiones in medicina conſiderantur: & omnia alia, quæ in medicina contemplantur homini attribuũtur: qm̃ propter ipſum ſpeculantur: ⁊ ſubm̃ hoc medicinę metas nõ trãſcendit.

Pro ſolutione huius quæſtionis, primo ꝑmittaȝ quędam notanda. ſecũdo materiam ultimi argumenti tractabo. An. ſ. medicina ſit ſcientia. tertio an tota ſit theorica, uel tota practica. quarto q̃ſtionem ſoluam. Quãtum ad primum, noto primo, ꝙ ſubiectum primum &

adæquatum eſt quod primo in ſciētia conſideratur,unde poſteriorum primo tex.cōm.24. Tria principaliter in ſcientia conſiderantur,ſubiectū,paſſio,& principiū, ſcilicet complexum:concluſiones enim non principaliter in ſcientia conſiderantur: qm̄ non ſunt de ſe euidentes:inter iſta tria primo conſideratum eſt ſubiectū. Alia uero omnia ab his tribus in ſcientia conſiderata, ſunt non principaliter cōſiderata:ſed propter ſubiectū,& ad ipſum attributionem habent.Dico autem ſubiectū primum qm̄ in ſcientia ſunt ſubſtātia prima & ſecunda, ut in ſcientia de genere uniuoco:ſubiectum ſecūdum ſunt ſpēs ſub illo gñe ptētę:ut arithmeticæ, ſubm primū eſt numerus,ſcdm ſpēs numerorū.Dico adæquatū: qm̄ neceſſe eſt ſubm non tranſcēdere metas ſciētiæ: qm̄ aliter non eſſet ſcientiæ adæquatū:ſed quia una natura intrat duas artes.2.phyſic.cōmen.71.neceſſe eſt inuenire rationem formalē conſiderandi ſubiectū uni arti appropriatem:homo enim inquātum ens, ſubſtātia à metaphyſico conſideratur:ſed inquātum homo,animal,aut corpus à naturali,& inquātum ſanabile,non ab arte:ſed natura:patet à Philoſopho in de ſenſu & ſenſato: inquātū uero eſt arte ſanabile,à medico conſideratur.Noto ſecundo ꝙ cōſiderata in ſcientia quādoq; ſunt per accidens:ut in medicina,per accidens conſiderata ſunt,mōtes,ualles,ſitus etc.qm̄ ſecundum ꝙ apta ſunt conſeruare,aut uariare hominis diſpoſitionem, ſm ꝙ arte ſanabile eſt:uel Medici operationem.ſed principia,ſubiectū & proprietates eorum principaliter cōſiderantur:principia autem,quia ſcientia eſt docens operari,ſunt duplicia ſ.ſubiecti,& operis complexa,& incomplexa.principia ſubiecti incomplexa,formalia,& finalia,naturali relinquunť.ſimiliter & efficiens remotum: ſed efficiens ꝓpinquum à Medico conſideratur: qm̄ oportet uirtutē fœtus formatiuā aliquādo Medicum adiuuare. Mate-

rialia etiam diuiduntur,per propinquum & remotum. remotum,ut materia prima:naturali Pho relinquitur: elementa etiam,& ſi ſint Philoſophi,à Medico cõſiderantur:quemadmodũ humores,mẽbra,& ſpiritus:ſunt enim inquit Auic.prima primi, elementa cõplexiones, humores,uirtutes,ſpiritus,de quibus medicus informari debet quid ſint per diffinitionẽ,& de quibus debet loqui ſine probatione,ꝛ credere, utrum ſint uel non ſint, q̃t ſint & q̃uo ſint,cuius eſſe non eſt manifeſtum per rõnem in medicina.Et ideo Gale.in libro de elementis loquens Phs eſt:operandi autem principia,quæ in ſpeculatiuis non q̃runtur,ſunt medicinæ,aut res non nãles, q̃ ad inducendã ſanitatẽ,uel ꝯſeruandã ſaltẽ inſtrumẽtal̃r opanť.Sed cognitiõis pncipia icõplexa ſunt ſigna, per q̃ uenanda eſt corporis diſpoſitio naturalis,aut aduentitia.Principia autem complexa ſunt,contraria contrariis curantur,& ſimilia ſimilibus conſeruanť.Noto tertio,ꝙ differunt ſubiectum operis medici,& ſubiectũ medicinæ:quãdo ſubiectũ medicinæ eſt uniuerſale,qḋ eſt in anima:ſed operi Medici ſubiicitur ſingulare,non uniuerſale. Differunt igitur ſubiectũ medicinæ,& Medici,ſicut reale & intẽtionale.Noto quarto differentiã inter ſubiectum libri.& ſubiectũ uni ſcientię totali:qm̃ ſubiectum ſciẽtiæ totali,eſt ens determinatũ in natura, cui ſua ſcientia adęquatur,neq; per uoluntatem materiaꝫ ampliari poteſt,neq; reſtringi. Sed libro ſtabilitur ſubiectum ſm uoluntatem componẽtis ipſum:quoniã author in libro ſuo, de quo loqui uoluerit, loqui põt. Et dixit Ioãnes Manardus Græcos interpretes ſcientiarum nunq̃ ſubſtantia particulariũ librorũ perquirere: ſed ſcopon,& prothesin.i.propoſitum & intentionem, quod eſt aliud à ſubiecto: ſubiectum enim per incõplexam ꝛ ſimplicem quãtum fieri poteſt uocem exprimere omnes conantur:propoſitum,& intentio per plures di

ctiones oſtendit, inter quas & ſubiecti nomen plerũq; collocatur: quod à ſubiecto Auer. in proœmio naturalium ſeparauit. Noto quinto, ꝙ finis intentus à Medico eſt unus, vz ſanitas. Et licet dupliciter cõſideretur ſanitas: uno modo, ſcd̃m ꝙ acquiſibilis eſt homini: alio modo, ſm̃ ꝙ conſeruabilis eſt in homine: non tñ ſunt duo fines in medicina: ſed unus tm̃. ſ. ſanitas: licet duo ſint modi attingendi finem. ſ. inducendo. & conſeruando. Et ideo dicens Auer. primo colliget cap. p̊, ꝙ finis pintenti ſunt duæ ſpecies. ſ. conſeruare ſanitatem, & remouere ægritudinem, intelligit duobus modis attingibilem eſſe ſanitatem. ſ. conſeruando, & inducẽdo: qm̃ nõ aliud eſt ſanitatis inductio, q̃; ęgritudinis remotio: ſunt enim ſanitas & ægritudo contraria immediata, ut Auer. ibi. & generatio unius, eſt alterius corruptio. Noto ſexto, ꝙ ſanitas habet duplex eſſe intentionale, & reale: ſanitas in eſſe intẽtionali, eſt principium ſanitatis, quæ fit in ęgro corpore: qm̃ ab illa ſanitate Medicus regulatur cum inducit purgationes clyſteria, & inciſiones, emplaſtra, ſuitiones, & ſimilia: aliud enim eſt eſſe factiuum ſanitatis remotæ. ſ. regulãdo: & aliud propinq̃: ſanitas in anima non facit ſanitatem propinquę: qm̃ illam Medicus, aut medicina facit: ſed remotę regulãdo medicum in operando: ſed ſanitas in eſſe reali, eſt quã Medici optant, & quã medicus debet producere & cõſeruare. Et hæc ſanitas inducta, ut Monachus p̊ artis medicinalis cõmen. 7. dicit inquantũ ab arte inducitur eſt res artificiata: licet inquãtũ natura corporis in q̃ inducitur: plus confert ad inducẽdum, q̃; ars ipſa, quę quaſi uernula eſt naturæ, poſſet duci res naturata: eſt enim (dicit Galenus 3. artis medicinalis) omnium natura operatrix: Medicus uero miniſter. Noto ſeptimo, ꝙ ſanabile, quod eſt ratio formalis conſiderandi hoiem, dicit duo ſub diſiunctione. ſ. ſub ſanitate cõuerſabile, uel ad ſani-

tatem reducibile. Noto octauo, ꝙ ſanabile eſt duobus modis, arte & natura: tunc homo, ut ſanabile natura tã tum, conſideratᷣ à Philoſopho naturali: unde in de ſenſu & ſenſato, Phi eſt de ſanitate & ęgritudine prima inuenire prĩcipia: ſed homo ſanabilis à natura adducta ꝑ artem, à Medico conſideratᷣ. Ideo Auer. ꝑ. colliget cap. primo, debes ſcire ꝙ artifex ſcientiæ naturalis cómunicat medico, eo ꝙ corpus humanum eſt una partium locorum ſubiecti naturalis: ſed diuerſificãtur abinuicem in hoc: qm̃ naturalis ſanitatem & ægritudinem cõſiderat inquãtum ſunt entia naturalia: & Medicus ea conſiderat inquãtum appetit conſeruare unum, & remouere aliud. Ex quo patet, diminute aſſignatum eſſe ſubiectũ medicinæ, à Conciliatore differentia ſexta, & ab aliis, q non addiderunt ſubiecto, per artem. Ex quibus ultimo notandum, ꝙ neutrabile & ægrotabile, non cadunt in ratione formali ſubiecti, ut Iacobus Forliuienſis, Vgo Senenſis, & alii multi uoluerunt: qm̃ non operatur Medicus circa hominem, ut ipſum inducat ægritudinẽ uel neutralitatem: neq; ut aliquã harum diſpoſitionum cõſeruet. & ſic cõſiderantur, ut abiicianᷣ: non tamen ſufficit. qm̃ nullus terminus à quo in tranſmutationem habet rationem finis illius trãſmutationis: ſed illud quod per tranſmutationẽ eſt abiiciẽdum, eſt terminus à quo. Et ſic illud non habet rõnem finis: igitur ab illo nõ eſt ratio formalis ſubti ſumenda, ſed à fine puta ſanitate.

An medicina ſit ſcientia.

QVANTVM ad ſecũdum, Galenus in libello de cõſtitutione artis medicinalis medicinam dixit eẽ ex numero artium factiuarum cap. 3. 11. & ultimo. Nam poſt operationem aliquod factũ oſtendit: ut corpus humanum ſanum

effectum,non tamē ſimpliciter ipſum ſanum efficit:qm̄ ipſa non eſt factiua de nouo,ut domificatoria & cęterę huiuſmodi artes:ſed miniſtratiua:natura enim animal ipſum cum eius naturali ſanitate efficit: ſed ipſum cum alterabile ſit,diſcedens à ſua naturali diſpoſitione, ars medicinæ habet reficere:nam Galenus in libello de cō ſtitutione artis cap.2 quatuor dixit eſſe ſpecies artis ſpeculatiuam,actiuam,factiuam,& poſſeſſiuam.Speculatiua eſt,ut Geometria, Aſtronomia,& Philoſophia. Actiua eſt ut ars docens ſaltare & cantare. Factiua,ut ædificatiua,carpentaria,etiam medicina:eadem enim ars facit de nouo,& corrigit: ad domificatorem enim ſpectat domū de nouo facere,atq; corrigere. Etiā medicina ꝯſeruando reficit & ſi parū:quātuncunq; enim animal ſanum ſit:ſemper eius humidu; radicale à calore naturali reſoluitur:quare tali reſtauratione & refectione indiget,quā ſibi dat ars conſeruatiua. Ars uero quæ debetur nutris,tam decidentię,q̄; conualeſcentiæ, magis reficit, q̄; conſeruatiua: qm̄ ars ꝑſeruatiua, quæ debetur neutro decidentiæ,lapſum iam imminente expellit cauſas paratas ad talem lapſum inducēdum. Ars uero quæ debetur neutro conualeſcētiæ, etiam reficit:nam ipſius corpus ad priſtinum ſtatum reducit,in quo erat anteq̄; laberetur quātum poſſibile eſt:propter quod dicendu; eſt medicinā eſſe artem proprie,& non ſciētiam. Vnde eorum quæ ſunt,quædā ſunt ęterna & neceſſaria, de q̄bus non eſt ars: quædam uero ſunt quæ fiunt à natura, de q̄bus eſt naturalis philoſophia, primo de anima 17. Quædam uero ſunt quæ fiunt à nobis,& de his ꝓprie eſt ars. ut ars eſt recta ratio,rerum à nobis factibiliū 6. Ethicorum.& Iaco. Forliuienſis primo artis medicinalis in ſua ſecunda quæſtione ꝑmittit primo, ꝙ ſcientia prout eſt hītibus ꝯcl'onis p demōſtrationē acquiſitus, ſe u aggregatum ex habitibus principiorum & conclu-

ſionum demonſtratarũ, ſumitur dupliciter. Primo pro habitu uel aggregato in ſcire & non operari principaliter ordinato qualiter ſumitur 6. Ethicorũ, cum contra artem diſtinguit. Secundo cõmuniter, pro quolibet habitu per demonſtrationem acquiſito uel aggregato ex habitibus, ſiue ad ſcire, ſiue ad operari finaliter ordinato: p̃mittit ſecũdo, ꝙ ars ſumitur dupliciter. Primo cõmuniter pro quolibet habitu cum debita ratione factiuo ad opus extrinſecum principaliter dirigente: ſiue talis habitus per demonſtratione experimentũ, uel aſſuefactionem fuerit acquiſitus, qualiter ſumitur 6. Ethicorum, cum dicitur ꝙ eſt habitus recta ratione factiuus, ſeu recta ratio factibilium. ſecũdo modo proprie: & ſic ſolũmodo dicitur de habitu cum ratione factiuo, nõ p demonſtrationem: ſed aſſuefactionem, uel experimento acq̃ſito. Poſt hæc ponit Iac. has quatuor concluſiones. Prima capiendo ſcientiam primo modo, medicina nõ eſt ſcia. Secunda, capiendo ſciam ſecũdo mõ, medicina eſt ſcientia. Tertia capiendo artem primo modo, medicina eſt ars. Quarta capiendo artẽ ſecundo modo, medicina non eſt ars. Sunt qui dicunt Iacobum in multis erraſſe. Primo, quoniam uult dare ſcientiam. quæ tm̃ in ſcire ordinatur. Vnde arguũt quãdocũq; diuiſibile eſt genus per ſuas differentias, ipſum non debet per unam tantum differẽtiam reſtringi: quoniã non debet accipi ſpecies pro genere: ipſa autem ſcientia per practicum, & ſpeculatiuum, tanquã genus per differentias diuiditur. Et ſic ipſa non magis de ſe in ſcire tm̃, q̃ nõ ordinatur. Secundo errat, negando practicam ſub ſcientia 6. Ethicorum definita comprendi: q̃m nõ tantũ habitus ſpeculatiuus demonſtratione acquiritur: ſed & practicus. Præterea ſi Ariſto. noluiſſet ſub ſcientia 6. Ethicorũ definita comp̃hendi habitus practicos: tunc remanſiſſent illi habitus non comprehẽſi ſub aliquo aliorũ: quoniã

non ſub ſapientia;nec ſub arte:quoniã ex Ariſto.ibi ars eſt de poſſibilibus aliter ſe habere.Tertio errat,quoniã uult medicinã eſſe artem:ut ars eſt habitus recta ratione factiuus:& ſic ſcientiam practicam ſub arte 6.Ethicorum definitam eſſe cõprehenſionem:cuius oppoſitũ uoluit Philoſophus ibi dicens,artem eſſe circa contingentia,& ſcientiam eſſe impoſſibiliũ aliter ſe habere. Implicat ergo dicere habitum recta rõne factiuum per demõſtrationem acquiſitũ:ſicuti implicat dicere:contingens eẽ neceſſariũ:& ita ponere medicinam eſſe ſcientiam,& ipſam ſub arte,ut ars eſt habitus recta ratione factiuus comprendi,eſt implicare contradictoria:quoniã eſt facere,qđ impoſſibile eſt aliter ſe habere, ſit poſſibile aliter ſe habere.Et propterea dicunt,diſtinguendum eſt de propoſitione: nam quædam ſunt ꝓpoſitiones neceſſariæ,quædam contingentes:& neceſſarię, aut ſunt per ſe notæ,aut non per ſe notæ:ſi per ſe notæ,iſtarũ habitus uocatur intellectus, poſteriorũ fine.Vñ 6.Ethicorum, intellectus eſt terminorum,quorum non eſt ratio: qm̃ ſcientia eſt illa quæ eſt cum ratione, poſteriorum ſcđo. in hoc enim ipſa ab intellectu ſeq̃ſtratur. His etiam eſt ille intellectus,de quo dicitur,ꝙ intellectus exiſtit ſemper uerorum: eſt enim quid notiſſimum & firmiſſimũ, quod per ſe uenit ad habentem.4.meta.ipſum enim habemus inquãtum per ſenſuꝫ terminos cognoſcimus:cognito enim quid ſit totum, quidq́; pars: ſtatim ſcimus, ꝙ omne totum eſt maius ſua parte,quod principiuꝫ eſt notiſſimum in mathematicis nec nõ firmiſſimũ.In medicina uero,ꝙ omnis cura fit per contrarium.Si autem non ſunt per ſe notæ:aut ſunt de altiſſimis cauſis, & tũc iſtarum habitus uocatur ſapientialis:aut non de altiſſimis cauſis ſunt:& tunc earum habitus eſt ſcientia.Contingentium autem propoſitionum,quædam ſunt, ut in pluribus ueræ,quædã,ut in paucioribus:quę ut in plu-

ribus,à caſu aut à fortuna eueniunt:quæ ſunt ut in plu
ribus ueræ:altero duorum modorum ſunt:aut de facti
bilib⁹ſunt:& de iſtis eſt ars:& ſic ars eſt habitus recta ra
tione factiuus.Vnde p̄ metaphy. q̄dam res ſunt ex ope
re noſtro,q̄dam ex opere naturę:ex opere noſtro ſunt,
quarum per noſtrum ingenium ⁊ potentiam,ſumus au
thores,ut artificialia,quæ in quadam ſunt tranſmuta-
tione,⁊ electione:& de iſtis ꝓprie eſt ars.Ex opere uero
natura ſunt illa,quæ ab ipſa producuntur,quoꝝ autho
res non exiſtimus per ingenium ⁊ materiam induſtriá.
& de iſtis eſt ſcientia: aut ſunt de agibilibus.i.de illis,q̄
conſilio noſtro reguntur. & de iſtis dicitur prudentia.
Eſt enim prudentia habitus cum uera ratione circa hu-
mana bona operatiuus 6.Ethicorũ cap.6.& eſt recta ró
agibilium.Dicunt igitur medicinam eſſe artem non ꝓ
prie,ut ars excluditur á ſciétia:ſed cómuniter,ut eſt col
lectio plurium p̄ceptorum ad unum finem tenentium.
finis medicinæ eſt ſanitas.Præcepta phlebotomãdum,
pharmacandũ,etc.Et tunc poteſt eſſe, ꝙ demõſtratione
oſtendatur ſic faciendum:& ſic ars cum ſcientia ſe com
patiuntur:& poteſt eſſe,ꝙ non per demõſtrationem ſic
dicatur:ſed per experientiam,aut aſſuefactionem:& túc
ars non eſt ſcientia.Dicunt etiam medicinam dici poſſe
artem mechanicam:ut uoluit Auer.p̄.6.& ⁊.colliget,&
Canticorũ p̄,& primo de anima cómen.1⁊.quãtum ad
reſolutionem cóclufionum in medicina ad experta:ha-
bitus enim expertus in ſenſu eſt, & iſte eſt mechanicus:
ſed habitus elicitus ex expertis eſt ſciétia:quia uniuerſa-
le.Sed iſti in magnum errorē labũtur credentes artem
proprie dictam,ut de ipſa loquitur Ariſto.6. Ethicorũ
eſſe de ſingularibus: qm̄ ut dixit p̄ metaphy. Experiétia
eſt circa ſingularia:ars uero circa uniuerſalia: eſt enim
ars habitus intellectus,& intell's uerſatur circa uniuer
ſalia,& non circa ſingularia.Ideo ſub arte non cadunt
ſingularia,

ſingularia,ut expreſſe dicit 2.Ethico.cap.2.Nam ſecũdũ Ariſt.6.Ethico.cap.4.quinque ſunt habitus, quibus nõ cõtingit falſum dicere, ſcientia,ars,prudẽtia, ſapientia, & intell'ſ:nõ ſic aũt inqt dõ iji eſt de opione,& ſuſpicióe, qm̃ opione & ſuſpicióe contingit falſum dicere,cũ de ꝓpoſitionibus ſint cõtingẽtibus.Sed dices Ariſt.6.Eth. cap.8.& 9.artem & prudentiam dixit eſſe circa ſingularia.itẽm 9.Methodi cap.6.dixit ꝙ in artibus oportet,& rationem uniuerſalẽ habere,& ad particularia deſcendere. Dicendum artem eſſe circa ſingularia dixit Ariſto. non quia ſingularia ſint pars artis:ſed quia ex ſingularibus maior redditur artis certitudo. Etiam ex ſingularibus principium artis acquiritur:dixit enim Ariſto.2. poſteriorũ in fine,ꝙ ex pluribus ſenſibus fit memoria, & pluribus memoriis,experimentum, & ex experimẽto fit propoſitio uniuerſalis,quę ſi ſit in arte,eſt principiũ operandi,ſi in ſcientia,ſpeculandi.Et ad id 9.Methodi, dic,ꝙ & ſi ars ſit uniuerſalium:tamen neceſſe eſt medicum circa ſingularia uerſari:qm̃ medicus,& ſi ſciat uerbi gratia in uniuerſali reubarbarum cholerã purgare, tamen id certius ſciet,cum id uiderit experiẽtia.Monachus in hac quæſtione dicit medicinam eſſe ſcientiam, ſm̃ ꝙ ex aliq̃bus principiis intellectus ſpeculatiuus aliquas ſpeculatur concluſiones,q̃ neceſſariæ ſunt & æternæ:ſed ipſa eſt ars medendi, magis proprie dicta medicatiua,q̃ medicina, ſm̃ ꝙ eſt quidam habitus factiuus reſultans in intell'm practicũ ab hac ſcia, q̃ eſt habitus intellectus ſpeculatiui,ſeu ut eſt talis habitus factiuus, inductus per uſum operationum. Sed conſiderandum: qm̃ non ſolũ theorica medicinæ ſpeculatur: ſed & practica,ut dixit Auic,tertia primi:qm̃ tam theorica medicina,q̃ practica uerũ cognoſcunt per uiam demonſtrationis.Conſiderãdum ſecũdo:qm̃ uult Monachus medicinam eſſe artem proprie dictam,ut eſt habitus intel-

lectus practici: quia intellectus practicus factibilia conſiderat, & ſpeculatiuus ſpeculabilia: & qui ꝯſiderat ſpeculabilia dicitur ſcientialis: qui factibilia artificialis: & ſic diuidens medicinam in ſpeculatiuam, & practicam, uult tantum partem practicam eſſe artem, qđ ſtare non poteſt: quoniam ſm Ariſto. 6. Ethico. ars eſt habitus recta ratione factiuus: hæc enim quę practica eſt: ſuper calefactis applicanda ſunt frigida: fundatur ſuper naturali ſpeculatiua: quia. ſ. contraria ſeinuicem deſtruũt. Etiã ſic omnis ars partim diceretur ſciẽtia & partim ars. Domificatoria enim partẽ habet practicam & partem ſpeculatiuam, ut Architecturã. Similiter & ſingulæ artes: nec medicina quatenus ſumit partem philoſophiæ dici debet ſimpliciter ſcientia: ſed ſcientia phię, non ſcientia medicinæ. & ſic medicina quatenus medicina, licet aliquid ſpeculetur, tota eſt ars proprie dicta. Ex quibus patet, ꝙ medicina: quia docet regulas operãdi eſt habitus factiuus cum recta ratione. Etiam quare Ariſto. 2. meta. tex. cõmen. 3. opatiuas eſſe ſcientias dixit, ⁊ non eſſe ſciẽtias ſpeculatiuas: quoniam, ut dicit Auer. quãuis operatiua quælibet utatur rõcinatione, & ſpeculetur: non tñ ut ſciant, queadmoduȝ ſpeculatiuę: ſed ut ſcientes agãt. Eſt tamen differentia inter medicinam, & alias operatiuas: qm̃ plura ſpeculať medicina: nã medicina eſt m iniſtra naturæ; eſt enim natura primus Medicus: ⁊ ideo debet medicina opera naturæ ſpeculari, quod non faciũt aliæ artes. Voluit etiam Auer. medicinã ideo dici mechanicam 7. colliget cap. 31. qm̃ non ſemper finem ſuuȝ conſequitur: & non quia ipſa formam ⁊ finem ſuum in materiam inducit: qm̃ ſanitas fit à natura, & non docet ars medicinæ materiã facere, queadmodum aliæ artes: Architectus enim cementum & lateres docet facere, ex quibus fit domus, quod non facit Medicus de ſua materia. inquit Auer. 6. colliget cap. p. omnes artes mini-

ſtrantes tribus ſunt modis: aut ſunt ſicut perſiſtetes abſolute, quæ formam uel materiam non faciunt, ſed ꝑcipiunt. aut efficientes abſolute, quæ non ꝑcipiunt, ſed faciunt formā in materia exiſtēte ꝑparata: aut ſunt medii, in parte efficientes, & in parte ſuperſiſtentes, efficientes in eo quod faciunt formam, ſuperſiſtentes, in eo ꝙ manifeſtam materiam, & ꝑcipiunt ſuper illam. Et ars medicinæ eſt de genere earum, quæ ſunt efficientes abſolute: eo quia dat formam qua complentur noſtræ operationes naturales, & materia exiſtente ꝑparata, ꝛ hęc formā dare non poteſt niſi ſm apptitudinem materiæ, aut naturæ. Nec ſi mechanicum intelligas manu operari, medicina dici poteſt ars mechanica: qm̄ Medicus inquātū medicus nihil manu operatur, quēadmodum artifices alij mechanici faciunt: nā ut inquit Gale. quinta parti. 6. Epidem. Ille eſt uere Medicus, qui quātitatem, & qualitatem medicinę, & tempus exhibendi determinat: qm̄ poſſet medicina exhiberi in aliquo tempore, & quātitate aliqua, ꝙ non tantum iuuaret, immo lęderet. Ideo in ſecunda uena, non tonſor qui ſecat medicus eſt, & ſi ad ſanitatem concurrat: ſed qui determinat qualiter, quātum, & quo tēpore ſit hoc faciendum. Et ſicuti ſe habet Medicus ad alios artifices. qui ad ſanitatē concurrunt, ita ſe habet natura ad medicuum: nam quemadmodum alii artifices nihil ex ſe ſine medico facere poſſunt: ita Medicus ſine natura: ſiue enim tonſor ſiue alius homo phlebotomet ſine medici conſenſu, nihil faciet: ita pari modo, ſi medicus dirigat & determinet pharmaca: non tamen poteſt ſanitatem facere niſi à natura dirigatur. Et ideo dicit Gale. ꝙ primus medicus eſt natura, ſecundus ars, tertius medicina, quartus artifex q facit inſtrumenta. Et ſic patet ꝙ Medicus inquātum medicus non habet manu operari. Neq; etiam chirurgicus inquātū talis: nam ille qui ſecat, & qui facit clyſteria nō ſemper

iuuat: ſed hęc determinatur à Medico uel Chirurgico. Et Medici illi qui faciunt clyſteria, & multa alia, hoc nõ faciunt inquãtũ Medici, ſed quatenus famuli ipſius Medici. etiam Chirugici ꝓpria manu emplaſtra imponũt: ſed tamen hoc, ut ſerui faciunt, non ut Medici. De nobilitate autem medicinæ, nõnulli dicunt eam nobilem eẽ ſubiecti nobilitate, & certitudine demonſtrationis. & ꝗ ad partem curatiuam eam eſſe nobiliorem philoſophia naturali: quoniã ſuas concluſiones ad per ſe notas propoſitiones, & ad ſenſum reducit, quod non ita facit naturalis philoſophia: cũ uniuerſalior ſit, & magis diſcedens à ſenſu & experimento: & eam dicũt eſſe æque nobilẽ, ut Mathematica certitudine demonſtrationis: qm̃ eodem modo, quo procedit mathematica, procedit & medicina curatiua: qnoniam quẽadmodum in Mathematica reducantur concluſiones ad per ſe nota ad ſenſum & intellectum, ita & in medicina ſm Gal. p̃ methodi cap. 4. ita dicentem. Ergo ſicuti in demõſtratione de triangulo, ipſum quod propoſitum eſt ex duabus his ꝓpoſitionibus colligebatur: una quę ſpatium id quod lateribus pedũm quinque & pedum duodecim continet, 60. pedum effici dicit: altera quæ triangulum dimidiuꝫ eius eſſe ſpatii proponit: harum utraqꝫ rurſus ut demõſtrationis fidem reciperet: aliis ꝓpoſitionibus egebat. Mox ille alijs, quo ád prouentum ad primas eſſet. Hæc uero nec ex aliis, nec per demõſtrationem: ſed ex ſe fidẽ faciũt: ſic arbitror & in his omnibus, quæ in medicina demonſtrantur, ad primas & indemonſtrabiles ꝓpoſitiones, & quæ ex ſe fidem faciãt omnia eſſe produceda. Et declarauit Gal. in libello de optima hęreſi ca. 2. quomodo reducuntur ꝓpoſitiones ad per ſe nota, ut iſta: uulneratus in corde morietur: quoniam hoc nõ eſt ob defectum uirtutis, quę non ſufficiat durare: nec eſt quia deficiãt medicinæ; nec ex defectu Medici; quoniã ſicuti

reperiuntur Medici alia mēbra ſanantes, ita & qui cor ſanarent: ſed eſt quia læditur operatio quæ maxime ꝓ uita eſt neceſſaria.ſ.reſpiratio: & hæc eſt cauſa q̃ eſt nota ad ſenſum & intellectum. Item ꝓpoſitio hæc, de qua Hippocr.2.aphor.22.morbus ex repletione remouetur euacuatione, reducitur ad per ſe nota hoc modo: nihil fit ſine cauſa, ⁊ cauſa remota remouetur effectus, Igitur remota repletione, quæ erat cauſa ægritudinis, remouetur ægritudo, q̃ eſt eius effectus: & in hoc adducit Gal. 2.de compoſitione pharmacorū cap. de dolore capitis uitio ſtomachi aphor. Hippoc.52. ſecūdæ ſectionis. oīa ſm rōnē faciēti etc̃. Vbi uult Hippo. ꝙ ⁊ ſi uotū nō ſuccedat, nō debet medicus mutare pſidia rōnalia, ut multi faciunt: quoniam medicina quo ad partem practicā eſt certa, ut Mathematica, & certior naturali philoſophia: licet quo ad partem ſpeculatiuam pars aliqua ſit conie-cturalis, ita dicens. Nam pars artis cōiecturalis indiſpoſitionum dignotione potiſſimum cōſiſtit. Hæ ſi quidem inuentæ, curationem non coniecturaliter, uerum ſcientiæ indicant. necnon hinc nōnullarum diſpoſitionum cōtumacia cognoſcitur: in quibus ratio eſt uti his quæ indicatio ſuggerit, licet per initia nihil proficere uideātur atq; hoc eſt quod in apho dixit Hippo. in hunc modum. Omnia ſm rationem facienti, ſi non ſuccedit ſm rationem, non eſt tranſeundum ad alia, permanente eo quod ab initio uiſum eſt. Interdū enim adeo uehementer uaporoſus ſpiritus, & multo magis eo humor uiſcoſus, aut craſſus anguſtis impingitur meatibus, ut lōgiore tempore ad curationem opus habeat. Sed conſiderādum, quoniam ut Auer. Cōmentator dixit 2. metaphyſi. cōmen.3. medicina non perſcrutatur de cauſis rerum & de diffinitionibus earū, niſi ut ſcientes eam agant, & nō ut ſciant, queādmodum in ſcientijs ſpeculatiuis. Conſiderandum ſecūdo quomodo Mathematicæ erunt in p̃

gradu certitudinis,ꝛ naturales in ſecũdo,ut Auer.dixit 2.Methaphy.cómen.ulti.Tertio ſcientiam eſſe certiorẽ dicit reſolutionẽ medij ad concluſionẽ.igitur cum applicatio medij ad concluſionẽ nobis ſit certior in Mathematica q̃ in medicina.Cum Mathemat.demonſtrationes ſint demonſtrationes ſimpliciter, quarum cauſę ſunt nobis ſuis effectibus notiores, nobis ſimul eſſe, & propter qd effectus oſtendentes,Mathematica erit ipſa medicina certior.Ideo Philoſophus 6.Ethicoꝝ dicit ꝙ pueri bene poſſunt Mathematicis inſtrui,cũ tales exercitatione non indigeant,ꝛ ob hoc doctrinales dicunť, cum bene poſſint doceri, & tantum ſciat diſcipulus in una demonſtratione,cum ſibi facta fuerit à preceptore, quantum preceptor ipſe.

An medicina ſit tota practica,an tota theorica.

QVANTVM ad tertium: ꝙ medicina ſit tota practica, primo arguiť: Finis medicinæ eſt totus practicus,ſcilicet,ut habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetť.ergo etc.Secundo,Scientia cuius ſubiecti ratio formalis eſt in poteſtate noſtra eſt practica: ſed ſubiecti medicinę ratio eſt huiuſmodi:ergo etc.Vel ſic,q̃libet ſcientia,cuius ſubiectum eſt operabile à nobis eſt practica. Medicina eſt huiuſmodi: quoniam ſubſternit ſibi corpus humanũ ut operabile à nobis.igitur etc.Quod autem tota ipſa ſit theorica.Arguun: p̃ authoritate Auicẽ.tertia primi cap.p̃,dicentis ꝙ theorica & practica medicinę ſunt ſcientię ſpeculandi.ſecũdo omnis ſcientia ſpeculatiuę ſubalternata,ſpeculatiua eſt.medicina eſt naturali ſubalternata,igitur ipſa eſt ſpeculatiua. Patet minor: qm̃ habet ſubiectum,hominem cum differentia ſuperaddita acci-

detali,ſcilicet ut arte ſanabilis,qui eſt de cõſideratione naturalis.Tertio illa eſt ſpeculatiua ſcientia,in qua per ſe intellectus ſpeculatiuus pficitur. Medicina eſt huiuſmodi:cum principia habeat ⁊ cauſas primas,in quibus intellectus perficitur.ergo etc. Quarto ſubiectum medicinę duo habet materiale,homo,formale,arte ſanabile.materiale eſt ſcientiæ ſubalternãtis,& formale ſubalternatæ:ut linea geometriæ,& uiſuale perſpectiuæ: modo omnia principia materialis ſubiecti.ſ.hominis ſunt phiæ naturalis:ſimiliter & formalis ſubiecti: quoniam principia inferioris ſcientiæ.ſ.ſubalternatę ſunt concluſiones in ſupiori.ſ.ſubalternante.igitur etc. Pro reſpõſiõe differũt,praxis, ſpeculatio,notitia practica,notitia ſpeculatiua,propoſitio practica, ꝓpoſitio ſpeculatiua. Praxis eſt operatio ĩ poteſtate nostra, quã poſſumus p appetitum & uoluntatẽ regulare: eſt enim operatio imperata.ſpeculatio eſt opus intellectus ſpeculãtis:ut uerbi gratia,quãdo ab intellectu paſſio de ſubiecto cõcluditur.notitia practica eſt notitia obiecti,quod eſt operabile à nobis:notitia ſpeculatiua non eſt obiecti operabilis à nobis.Propoſitio practica,eſt ꝓpoſitio dictãs de opere:ut phlebotomãdum eſt, calefaciendum eſt,frigefaciendũ etc.Propoſitio ſpeculatiua eſt ꝓpoſitio nõ dictans de opere:ut terra eſt dura: Deus eſt ſũme bonũ. Dicunt aliqui illud eſſe practicũ,quod dirigiť in opus. Sed contra:quacũq; concluſione data illam dirigam in opus:⁊ ſic nulla erit propoſitio ſpeculatiua:probať, nam iſta eſt ſpeculatiua:Deus eſt ſumme bonum,& iſta: terra eſt dura, & quãlibet earum dirigam in opus ſic. omne ſumme bonum,ab homine eſt dirigendum.Deus eſt ſumme bonũ.Ergo ab homine eſt dirigendus.omne durum duro eſt ſcindendum.terra eſt dura.Igitur duro ſcindenda:& ita de quacũq; ſimili mihi oblata, practicam dicerem:qm̃ directiuam in opus. Dixit Gentilis:cõ

cõcluſio,ut demonſtrata eſt theorica.Cõtra põt cõcluſio demonſtrari p principia practica:& ſic ipſa erit practica,ut de obiecto practico:repletio euacuanda. Dicit ſecundo concluſio,ut experta eſt practica: contra concluſio ut experta cognita eſt per ſenſum,& notitia practica eſt i intellectu:quoniã notitia practica eſt notitia obiecti ſm ꝙ operabile eſt à nobis. Vnde habitus expertorum in ſenſu eſt:habitus autem eſt ex expertis elicitus in intellectu eſt.Primo modo medicina mechanica eſt, ut dixit Auer.Scias ſecundo, theoricũ & practicum nõ eſſe primum diuidens ſcientiam,ut cõmuniter tenetur, Eſt enim hoc contra Ariſto.6.methaphy.tex.cõmen.2. qm̃ cum ſcientia ſit de rebus : res autẽ, aut ſunt taliter immerſæ,ut corruptibilia: aut totaliter abſtractæ: aut medio modo: ita tres erunt ſcientiæ. Prima naturalis, ſecunda metaphyſica, tertia mathematica. Ratio enim Ariſto.eſt à tribus modis eſſendi rerum, tria genera definitionum,tribus ſciẽtiis ſubſeruientiũ ſumenda ſunt: ſcientiæ autem ſermocionales non enumerantur:quoniam illæ non ſunt à rebus eleuatæ, ſed tãtum per nos inuentæ:ſcibilia enim non facimus nos.& ita ſunt poſt ſcibilia:prima enim p̃ſentatione intellectus ad res p̃ſentatur.& tunc patet error aliorum diuidentiũ ſcientiã p reale & intẽtionale nec p̃ma diuiſio eſt p morales ⁊ nõ morales:qm̃ uult Ariſt. ꝙ moralis ſubalternetur Ph̃o naturali.Vnde homo duas habet ptes , corpus,& aiaꝫ: & iſtæ duæ partes faciunt duas ſcientias,moralẽ, & medicinã:conſiderat enim moralis,ut bene regatur, ⁊ moderetur anima.Et ita ſubijcit ſibi moralis hominem,ut moraliter bonificabilis. Medicina autem circa corpus uerſatur:& ita conſiderat hominem,ut arte ſanabilem: & ita medicina & moralis naturali ph̃iæ ſubalternanť. ⁊ ſubalternatarũ quędã eſt practica:quoniam de ſub̃to practico;ut moralis,& medicina:quædam theorica,ut

phyſonomia, & chiromantia, quarum ſubiectum eſt hō ſm ꝙ natura bonus. Scias tertio, ꝙ eſſe practicum ſumi poteſt, uel à ratione formali ſubiecti, uel ab obiecto cō plexo de opere dictante. ſ. ſic eſſe faciendum, uel non. Tunc ſit prima cōcluſio. ſi eſſe practicum ſumatur à ratione formali ſubiecti, tunc tota medicina eſt practica: quoniam arte ſanabile eſt à nobis operabile. Secūda cō cluſio: ſi eſſe practicum ſumatur ab obiecto complexo de opere dictāte, tunc medicina diuiditur per practicū & ſpeculatiuum: quoniā concluſionum medicinalium, alia eſt dictans de opere, alia non: dictātes de opere pte practica medicinæ cōprehēduntur: non dictantes uero de opere, ſpeculatiuæ, ut genera febrium ſunt tria: com plexiones ſunt nouem, uel quinq;: febris eſt calor extra neus. & ſic quia habituum aggregatio integram dat ſci entiam, practicum & ſpeculatiuū ſunt partes medicinæ integrales & nō ſubiectiuæ: ſed practicū & ſpeculatiuū, ut ab obiecto ſcientiæ incōplexo originē trahūt, ſunt differentiæ diuideētes ſcientiā in partes ſubiectiuas.

Ad argumenta. ad primum dicunt aliqui. Finis imediatus medicinæ theoricæ non eſt practicus. alij dicūt. Finis totius medicinæ eſt opus: ſed plus hēt hoc à practica. ꝗ̄ à theorica. Vgo Senenſis dicit. Practicū conſideratur aliquādo cōmuniter pro omni cognitione in opus finaliter ordinata: & hoc modo medicina eſt tota practica: nec habet aliquid theoricū, pro ut contra practicum, hoc modo diſtinguitur. aliquādo autem practicum cum ſumitur magis ſtricte ꝓ quolibet habitu per quē formal'r cognoſcimus qualitatem operationis, & theoricum ꝓ habitu cognoſitiuo, per quē nō formaliter co gnoſcimus operationis qualitates. Et ſic medicina ipſa ſm partem eſt practica, & ſm partem theorica. Ad ſecū dum conceſſum eſt, totam medicinam eſſe practicā, ſumendo eſſe practicum à ratione formali ſubiecti. Cum

uero arguitur,ipſaꝫ totam eſſe theoricā:Dicitur ad primum,ꝙ tam theorica,q̄ practica ſunt ſcientiæ ſpeculādi:quoniam cognoſcendi uerum per uiam demōſtrationis:non tamen ſpeculandi gratia,ſicut ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ:multum enim differt dicere/a/ ſcientia eſt ſpeculandi,& dicere/a/ſciētia eſt ſpeculandi gratia:quoniā ſcientia quę ſpeculandi gratia eſt,tantū reſpicit finem,q eſt ſcire:ſed quæ eſt ſpeculādi,alium finem poteſt reſpicere.ſ.opus.Negatur igitur hæc conſequētia: medicina eſt ſcientia ſpeculandi.ergo eſt ſpeculatiua.moralis etiā ſpeculatur,cum quibus conuerſandum eſt, & à quibus fugiendū,& non gratia ſpeculandi,ſed ut boni ſcimus. Ad ſecundū negatur maior:ſed contra dices, ſubalternans & ſubalternata ſe habent ut pars,& totum. Reſpōdeo:differentia quæ additur generi ſcibili,ſi eſſentialis ſit,diuidens genus & conſtituens ſpeciē: tunc ſpecies eſt pars generis,& ſcientia ſpeciei eſt pars ſcientiæ generis, ita ꝙ ſi ſcientia generis eſt ſpeculatiua, & ſciētia ſpeciei eſt ſpeculatiua:ſicuti dicimus,ꝙ ſciētia animalis eſt ſpeculatiua,ita animalis rōnalis quod eſt homo, eſt ſcientia ſpeculatiua,& iſta eſt pars alterius. & tunc dicimus iſtum modum nō facere ſubalternationem: immo eſſe unam totam ſcientiam:qm̄ qui de toto,& de parte tractare habet.& ſic peſſime ait Monachus ꝑ artis medicinalis cōmen.10.dicēs,ꝙ ſpecies generi ſubalternatur,& ꝙ ſcientia ſpeciei,ſciētiæ generis ſit ſubalternata. Si aūt differentia ſit accidentalis diuidens genus,tunc ipſa addita generi cōſtituit ſciētiam ſubalternatam ſciētiæ de genere:ſicut dicimus,ꝙ mathematicæ ſubalternatur pſpectiua:qm̄ mathematica habet pro genere lineaꝫ, cui ſi additur differentia accidentalis.ſ.uiſualitas,naſcitur una ſciētia mathematicæ ſubalternata:& tūc in iſta ſub alternatione non oportet,ꝙ ſi ſciētia generis ſit ſpeculatiua,ꝙ & ſcientia ſpeciei ſit ſpeculatiua. Et iſto modo

moralis phiæ naturali ſubalternatur:non autem metaphyſicæ,ut dicit Monachus cōmen.adducto: fuit enim hæc opinio Auicē tenētis,ꝙ metaphyſica ſibi ſubalternet omnes ſcientias,& non Ariſtotelis.Non enim moralis reſoluit cōſiderationem ſuam in metaphyſicā,ſed ad naturalem:qm̄ ad corpus,& animā: tractat enim de moribus,quorum ſubiectum eſt ipſa anima.Contra dices:non eſt poſſibile ſub ſpeculatiuo uenire non ſpeculatiuum. Reſpondeo à puro ſpeculatiuo, non naſcitur practicum:ſed cum ſpeculatiuo adiuncto practico, naſcitur practicum. Ratio igitur formalis ſubiecti medicinæ reddit ipſum practicum:ipſa enim practica eſt adiuncta ſpeculatiuo:conſiderare enim de homine abſolute ſpeculatiuū eſt.Speculatiuo igiť principio adiūcto practico,naſciť practicū: maiore enim practica, minore ſpeculatiua,naſcitur concluſio practica,uerbi gratia, Omne durum duro ſcindēdum:terra eſt dura. igiť terra duro ſcindenda.In apoſtematibus calidis in principio ſunt repcuſſiua frigida apponēda,exceptis illis etc. omnia apoſtemata ſanguinea uel cholerica calida ſunt. igitur apoſtematibus cholericis uel ſanguineis,ſunt apponēda repercuſſiua in principio frigida. Et ſi ex dicto ſpeculatiuo ſequitur practicum: ut omne contrariū cōtrario expellitur. Igitur calidis applicāda ſunt frigida. ut frigefaciant. Aurum uilius eſt homine: igitur aurum pro fine hominis ſpernēdum eſt: hoc tamen eſt uigore alicuius notitiæ practicę:etiam hoc principium practicum:non eſt eligēdum uilius pro fine,ſequitur ex dicto ſpeculatiuo.ſ.finis eſt nobilior ordinatis ad finem,practico principio adiuuāte.Solutio tertij argumēti patet ex dictis. Ad quartum principia ſubalternatę, ut medicinæ,quæ dictant de opere, non ſunt Phi naturalis, ut contrarium contrario curādum:ſimile ſimili cōſeruandum,nec principia medicinæ per ſe nota ꝓbātur in ſu-

periori ſcientia:ſed quæ non ſunt per ſe nota.

Pro tertio articulo. Ad argumēta principalia reſpōdetur. Ad primum dicendum, corpus illud eſſe de reducibilibus ad ſubiectum medicinæ, quēadmodum & corpus hominis mortui, ꝓ quāto medicus ipm̄ aliquādo intendit à fecibus mundare, & à putredine conſeruare: non tamen ita per accidens hecticus à medico conſideratur, ſicut corpus mortuū: qm̄ medicus habet hecticā taliter regere, ut eius uitam prolonget, quēadmodum fecit Gal. 10. Methodi cap. 11. Quod autē dixit Hippoc. prima apho. 8. & ſcda 29. Circa morituros medicū nihil debere agere, ſed ſolū de morte ꝓgnoſticari: ue℞ eſt de his qui de proximo ſunt morituri, ne medicus infamet. Ad confirmationem: intellige medicinam eſſe omniū hominum arte ſanabilium: non autem omnium hominum abſolute. Ad ſecundum conceditur conſequens. Ad tertium corpus quod eſt altera pars hominis, non eſt ſubiectum medicinę: licet illud ſit ratio propter quā homo ſubijcitur medici operationi: & non id circa qđ principaliter uerſatur medici contemplatio: qm̄ medicus intendit hominem conſeruare aut ſanare, ut ſibi ſolitas poſſit operationes producere. Ad confirmationē: per corpus humanum, hominem intelligunt. Ad quartum: cognitio Medici nō eſt ſimpliciter ꝑfecta: ſed ipſa ſupponit hominum cauſatum intellectu, & materia prima, datum ſibi à naturali conſiderandum, ut arte ſanabile eſt. Ideo cœlum & Deus metas Medici tranſcendūt: quēadmodum etiam naturalis ſcientia non eſt ſimpliciter perfecta: ſed per metaphyſicam ſibi primum finem & primam formam, quæ ſunt per ſe cauſæ & primę rerum naturalium oſtendentem: intelligo ſcientiam ſimpliciter perfectam, quæ oēm de re dubitationem excludit: & perfectam in genere, & nō ſimpliciter, quæ aliquam dubitationem excludit, & non omnem: ideo pro ea ha-

benda ſufficit cauſa aliqua: ideo ſi cauſatu; perfecte ſimpliciter cognitum ſit, per oēm ſui cauſam per ſe cognoſcitur. Ad quintum: hoc & hoc eſt aggregatum: ſed non hoc ſub hoc: conſideratur ſubiectū ſub ſua ratione formali: qm̄ homo ſub ratione qua arte ſanabilis. Ad ſextum, neceſſe eſt paſſionem ſubiecti eſſe rationem formalem conſiderandi illud, & maxime cum ſciētia ſubalternatur alteri ſcientiæ, ſubiectum illud quidditatiue conſiderati. Ad ſeptimū, dicūt aliqui, ꝙ cum medicina ars ſit docens operari, non probatur in ea de ſubto paſſiones, quemadmodum in ſcientia: ſed artifex ſolum ꝓbat modos operandi. Sed hoc eſt dictum ad placitū & ſimpliciter falſum: nam queadmodum paſſiōes de ſubiecto naturalis phiæ, cui medicina ſubalternatur probantur, ita & de ſubiecto medicinæ: per ſigna enim ſanitas & ægritudo de corpore demōſtrantur, ſicut per accidentia, & poſteriora natura: & per cauſas etiam demonſtrātur illæ paſſiones p priora nāæ. demōſtramus eni; corpus eſſe febriens, quia putrit humor in eo, qui eſt cauſa feb. Oſtendit etiam medicus ſanitatem de corpore, aut ex perfectiōe operationū, aut ex ꝯcomitantibus ipſam, aut ex his quæ ingrediūtur ſanitatis quidditatem: uerū tamen eſt, ꝙ ſicuti ordinatio ad opus facit medicinam non eſſe proprie ſcientiā, ſed ſolum cōmuniter: ita & demonſtrationes in ea, nō proprie, ſed cōmuniter eſſe demonſtrationes: aliter enim oporteret cōcedere, omnes uiles artes debere ueras dici ſcientias, & ueras facere demonſtrationes: cum & in illis multa per cās, & per effectus probentur. Ad octauum. Particulæ illæ nobis hominem ipſum, ut arte ſanabilem circūſcribunt: quoniā ipſum oportet eſſe, aut ſanum, aut ęgrum, aut neutrum. Contra per hæc tria: ſanorum, ęgroꝝ, neutrorum: non ſolum Galenus corpus intelligit: ſed etiam cauſam, & ſignum: igitur non ſolum hominem nobis circūſcribūt

illæ particulæ. Dicitur, nobis hominẽ primo circũſcribunt: qm̃ ſcientia de analogo eſt ſcientia primi analogati. ſ. eius ex quo alia pendent: ſed cauſa & ſignum non cadunt in medicina niſi propter corpus, & ad ipſum in analogo referũtur: dicitur enim cã, uel ſignum ſanum: quoniam uel tale corpus cauſat, uel ſignificat: quod cõſiderans Auic. dixit in ſua diffinitione medicinę: ꝙ ipſa eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones noſcuntur tantum: non qua noſcũtur diſpoſitiones cauſarum & ſignorum. Contra dices: tunc phĩa naturalis eſſet de cœlo, tanquã de ſubiecto, primo per attributionem: cõſequentia probatur: qm̃ corpus ſecundũ ꝙ ex ſe mouet eſt analogum dictũ de cœlo per prius: ſecundo uero de alijs inferioribus corporibus: & inferiora à ſuperioribus dependẽt: conſequẽs eſt falſum. ergo etc. Dicitur ꝙ ad hoc, ut ſciẽtia de analogo ſit ſcientia primi analogati, oportet ꝙ analogum dicatur, de ſecũdo analogato, quia dicatur de primo: ut urina eſt ſana: qm̃ ſignificat animalis ſanitatem: & medicina eſt ſana: qm̃ efficit uel conſeruat animalis ſanitatem. Ideo ſi qua eſt ſcientia de ſano, ipſa eſt ſcientia de animali: queadmodum in metaphyſicæ ſcientia de ente eſt ſcientia de ſubſtãtia: qm̃ accidens dicitur ens, quia eſt ſubſtantiæ: ſed in propoſito hæc inferiora corpora dicuntur moueri, & eſſe corpora, non quia cœlum ſit corpus, aut quia cœlum moueatur: licet in ſuo eẽ corpus, aut in ſuo moueri à cœlo dependentiã habeat: à ſuis enim principijs intrinſecis hęc corpora ſuis motibus naturalibus mouẽtur. Ad nonũ, dicitur ꝙ ſubiectum partis medicinæ quæ theorica eſt non diſtinguitur à ſubiecto partis medicinæ, quæ practica eſt: ſed idem eſt in utraq;, & ſm materiam, & ſcđm formam. ſ. homo ut arte ſanabilis: qm̃ medicina una eſt extrinſece, ab unitate ſui ſubiecti. Ad decimum Monachus errat: qm̃ medicina eſt ſcientia practica & non ſpe-

culatiua:eſt autem ſanu3 ratio formalis ſpeculatiua, eo quia nõ dicit operabilitatem à nobis:ſed ſanabile bene dicit operabile à nobis. Non ergo ſubijciunt operi medici ægrum uel neutrũ,niſi ut ſanabilia ſunt:in quibus educẽda eſt ſanitas, in ægro ægritudinẽ remouendo,& in neutro,lapſum ulteriorem ad ægrum prohibendo.& ad ſanitatem ipm̃ reuocando.Similiter ſanũ non ſubiicitur operi medici,niſi ut in ſanitatẽ cõſeruabili.Et ideo ſubiecti ſcientię ratio eſt ipſum ſanabile,& non ſanum: & ad confirmationẽ ſimiliter: qm̃ nulla diſpoſitio quã intendit artifex producere in ſubiecto uel cõſeruare in eo eſt operi artificis ſubiectum:ſed ſanitas eſt diſpoſitio quam medicus cauſare in ſubiecto hoĩe,uel conſeruare intendit.Et ideo ipſa non ſe tenet ex pte ſubiecti operi, & conſequenter ex parte ſubiecti ſcientiæ practicæ.Ad undecimum intelligit Auer.ꝙ medicus non ſemper ſanitatem inducit:aut ex mala diſpoſitione ægritudinis, aut ęgri,aut alterius circũſtantię.Ad duodecimũ patet ſolutio ex dictis in reſponſione decimi: & ſimiliter ad aliud.Et cum dicis ex Gal.in libro de partibus artis medicinalis,ꝙ corpus humanum materia eſt ſecũda,& per accidens & non per ſe,& primo in medicina conſideratur,& ꝙ ſanitas materia eſt ꝓpriiſſima:Reſpondeo:corpus humanum medicinæ artis eſt materia:quoniam eſt id in quod ipſa agit,ut Auer.2.phyſi. cõmen.3. Et dicit materia ſecũda:quia ipſum medicinæ non eſt ſubiectũ. niſi ei per rationem formalẽ approprietur: unde ſubiectum medicinæ duo habet,materiale,hominem, formale,artes ſanabile;& formale ſumptum à fine.ſ.ſanitate, ſubiectum.ſ.hominem arti appropriat.Ideo primum,& homo ſecũdum.& hoc uult ibi Galẽ.dicens corpus hominis medicinæ artis eſt materia ſecũda:eo ꝙ hominis diſpoſitiones ſunt ſanitas & ægritudo:ſicuti & phyſicę ſm accidens & corpus:eo ꝙ eſt generabile & corrupti

bile: naturalis enim philoſophia de his quæ ſunt in generatione & corruptione conſiderat: idcirco humanũ corpus eſt materia naturalis, ut generabile & corruptibile: medicinæ uero nõ propter hoc: ſed inquátum eſt paſſibile & ſanabile. ⁊ cum dicis, ꝙ ſanitas eſt per quod medicus ab omni alio ſeparatur: Dico hoc eſſe falſum, ut declaratum fuit in notabili octauo: etiam dictũ fuit, quomodo ars medicinæ corpus humanum reficit curatiua. vȝ. pſeruatiua, & cõſeruatiua. & ad id cum arguũt: quãdo facultas duo conſiderat etc. Dicitur ꝙ Medicus hominem, ut à Phõ naturali declaratur, non conſiderat: qm̃ non ut homo, ut animal, aut corpus: ſȝ ut arte ſanabilis: qm̃ quod quærit medicus eſt, quomõ poſſit homo ſanari & ſub ſanitate cõſeruari: & ad aliud, in medicina omnia ſana propter corpus humanum conſiderantur. Ideo dicit Ariſto. ꝙ ſanum ad ſanitatem dicitur multis modis, ut exercitium dicitur ſanum: quia ſanitatem in homine conſeruat, & potio ſana, quia in homine ſanitatem facit, & ſignum ſanum, quia ſanitatẽ inducit. Ad decimũquartũ, corpus humanum magis coarctatur ⁊ limitatur, per hoc ꝙ dicitur ſanũ, q̃ȝ per hoc ꝙ dicitur, ſanabile igitur in ratione formali potius cadit, ſanum, q̃ȝ ſanabile. Negatur argumẽtum: ad confirmationẽ, Medicus non intendit ſanabilitatem: ſed ſanitatem: qm̃ finis in medicina eſt ſanitas, & non ſanabilitas. ſed ſanabile, ꝙ in medicina duo dicit ſubdiſiunctione. ſ. ſub ſanitate conſeruabile, uel ad ſanitatem deducibile, eſt ratio formalis conſiderandi hominem in medicina, à fine. ſ. ſanitate ſumpta eſt. Ideo Conciliator differentia ſexta dixit: dicitur ſanabile, & nõ ſanum: qm̃ ſanum eſt finis operis medici conſeruantis ſanitatem, aut eam producentis: non autem ſubiectum. Ad ſcd̃am cõfirmationem. Alexãdrinus per perfectionem intelligit finem, qui eſt ſanitas: unde ita inquit. Cum medicina ſe-

cunda

cunda philoſophia ſit p̃tioſiſſimam habet ſubiacẽtiã.ſ. humana corpora,in quibus laborat, & ꝓpriam operationem in iſtis oſtendit.Perfectionem habet,ut ſanitatẽ perficiat: ⁊ iſtam oſtendimus perfectiorem habere aliis artibus:quia aliæ artes operãtur circa ſubiacentiã ſuã: non tamen propter ipſam ſubiacentiam: ſed ut aliquid aliud ex ipſis faciant, ut puta carpẽtaria operatur circa ligna,non propter ligna,ſed ut faciat ex iſtis feneſtram, aut oſtium , aut aliquid aliud.Medicina uero circa humana uerſatur corpora:& ob hoc ſæpius incidere meditatur Medicus:non pp aliud,ſed ut ex hoc ſanitatem faciat.Igiẽ definienda eſt medicina, ex ſubiacentia,dõq. Medicina eſt ars circa humana corpora uerſans: ex perfectione,ut ſanitatem perficiat.Ad aliud principale,patet ex dictis.Dic etiam quòd indicatio,quę eſt prima in executione,eſt quæ ſumiẽ à uirtute:& non prima in intentione:ſed inducere ſanitateꝫ eſt quod eſt primum in intentione:non enim poteſt Medicus ſanitatem inducere,niſi uirtus conſiſtat ad remedia toleranda. Ideo Medicus primo intendit uirtutem fortificare: nam in operabilibus,quod eſt primum in intentione, eſt ultimum in executione.Ad aliud patet ex dictis:ad ultimum medicina eſt una:quia eſt unius generis ſubiecti, ad quod omnia in medicina determinata analogiam quãdam ⁊ attributionem habent. Et ad argumentum plus differt pars theorica medicinę à parte practica,q̃ꝫ p̃hia naturalis à theorica medicinæ: ſed ex theorica medicinæ & p̃hia naturali non fit una ſciẽtia.igitur nec ex theorica medicinæ & practica eiuſdem:negatur maior: qm̃ philoſophia naturalis unius generis ſubiecti eſt,cuius non eſt theorica medicinæ:ſed tã theorica medicinæ,q̃ꝫ practica habet attributionem ad unum ſubiectũ:& ad confirmationem:practicum ⁊ theoricum in medicina non ſunt differentię diuidẽtes eam in partes ſubiectiuas:ſed

ſunt partes eius integrales: qm̃ practicum & theoricū, ut differentiæ ſunt diuidentes ſcientiam in partes ſubiectiuas ab obiecto incomplexo & nõ complexo originem trahunt. Ad ſecũdam confirmationẽ: ex conueniẽtia ſingularium propoſitionem per experientiã habitarum prouenit ꝓpoſitio uľis: & tunc propoſitio elicita, aut formatur ex rebus uolũtarijs. ſ. ex his quorum nos ſumus principium per uoluntatem: & tunc ꝓpoſitio eſt principiũ operandi: aut formať propõ ex inuentis ꝑ naturam. & tunc ꝓpoſitio eſt principiũ ſpeculandi.

PAMPHILI MONTII BONONIENSIS

Quæſtio De Tribus Doctrinis Ordinarijs.

QVAERITVR, utrum tantũ ſint tres doctrinæ ordinariæ, reſolutiua cõpoſitiua & diffinitiua? Quòd tãtum una ſit, primo arguitur, ex Auer. primo phyſicoꝝ cõmen. primo, dicente ꝙ doctrina ordinaria ẽ incipe à cognitiõe cauſarum rei cognoſcendæ perfecte, deinde intendere ad cognitionem aliarum cauſarum remot arum ſm̃ ordinem, donec deueniat ad cauſas propinquas. Idẽm. 2. phyſi. 27. dicente, ꝙ nos nõ credimus ſcire aliquid perfecte, niſi cum ſciamus ipſū cum ſuis cauſis primis, donec deueniamus ad ſuas cãs

propinquas.& in fine cōmenti dicit. & iſta ſcientia pfe-
cta acquirit ab aliquo, qñ prius ſciuerit cauſas rei pri-
mas,donec perueniat ad cauſas eius propinquas.Secūdo
doctrinę ordinarię:aut ſunt uię,aut ordines doctrinę.
Si primum tunc definitiua nō erit doctrina ordinaria.
Si ſecūdum,tunc plures erunt tribus:patet cōſequētia:
qm̄ ⁊ ab ordine rerum ordinata doctrina fieri poteſt,⁊
à facilioribus ad minus facilia pcedēdo.In aphoriſmis
quoq; ordo qdam ſeruet,ut multis in locis à Gal. ipſo
notatur, qui non eſt aliquis iſtorum trium. Tertio ar-
guunt. quæſitum dubitatum non certificat niſi per ali-
quam doctrinā;ſed q̄ſita ſunt quatuor,principio ſecū-
di poſteriorū:qm̄ omne quod q̄ritur.aut per q̄ſtionem
ſi eſt,aut per quæſtionē quid eſt, aut quia eſt, aut ppter
quid eſt,ſeu quare quæritur. Quarto demonſtrationū
tres ſunt modi.ſ.ſigni,cāæ,cauſæ & eſſe, ut Auer.in p-
logo primi phyſicorū, ⁊ diffinitio:igitur plures tribus.
Quinto genus demonſtrationis reperitur p̄ter demō-
ſtrationem quia,& propter quid:ergo etc. Aſſumptum
arguitur:qm̄ in Geometria ex pportione. diametrorū
arguitur proportio quadratorū,& ſimiliter ſphęrarū,
& circulo℞,& nō per demōſtrationem ppter quid:qm̄
proportio diametrorum nō eſt cauſa pportionis qua-
drato℞,nec quia:qm̄ nō eſt eius effectus: igitur p aliud
genus demōſtrationis. Sexto nos ſcimus per cauſam p
pinquā:ut puta,corpus eſſe febriēs,qa putrit hūor.igit
ſicut ab effectu eſt doctrina,ita ⁊ p cām ppinquā mō p
cām ppinquā nō eſt doctrina reſolutiua:qm̄ nō ex no-
tiōe finis.igit aliud genus.Septimo doctrina explicati-
ua definitiōis eſt ordinaria: ergo ⁊ doctrina qua defini
tio inuenitur ſimiliter dici debet ordinaria.Probo cō-
ſequentiā:qm̄ eſſentialis ordo,qui eſt inter definitionē
& definitum in expoſitiua,eſt & in uenatiua: qm̄ genus
doctrinæ quo inuenitur definitio eſt uia diuiſionis cū

colle&ctione & aggregatione diuiſorũ, quæ æquatur ei quod intẽdit definiri. Vltimo arguũt ex Ammonio in expõne de qnq; uocibus Porph. Quatuor ſunt modi doctrinales diuiſiuus, definitiuus demr̃atiuus & reſolutiuus. Ite; Ammo. in cõmẽtariis in p̃ores reſolutorios Ariſ. ita ſcribẽs. Quatuor ſunt Methodi dialectices, q̃ ſunt quędã facultates, & ueluti germina eiuſdẽ, diuiſiua definitiua, demõſtratiua & reſolutiua. Idem & Ioannes Grãmat. in magnis cõmẽtarijs poſterio. reſolu t. Ariſt. inquiens: quatuor ſunt genera Methodi, quibus omnis doctrina ac diſciplina artificioſa p̃ficitur, definitiua. ſ. ac demõſtratiua, diuiſiua, & reſolutiua. Ioãnes quoque Damaſcenus in libro in quo de arte quæ logica dicitur. tractans de eiſdem quatuor doctrinis ita ſcribit. Sciendum eſt q̃ quatuor ſunt dialecticæ. i. logicæ Methodi: diuiſiua, quę genus in ſpecies per dr̃ias ſecat: definitiua, quæ ex genere & dr̃ijs propoſitæ rei definitionem cõſtituit: reſolutiua, quę id quod magis compoſitum exiſtit in ſimpliciora reſoluit: h̃ ẽ corpus in hũores, os in elementa, hæc autem in materiam & formam. Demonſtratiua autem eſt quæ per medium aliquod re; p̃poſitam demõſtrat, uelut p̃poſitum eſt mihi demõſtrare, q̃ anima eſt immortalis, per hoc medium quod ſemper mouetur eſt immortale. Notat p̃ Iaco. Forliu. q̃ doctrinã eſſe ordinariam eſt partium eius inter ſe quarũ una eſt altera prior uel poſterior debitam eſſe habitudinem. ſ. poſterioris à priori, debitam depẽdẽtiam inferentis ad illatum notificãtis ad notificatũ: ſicuti eſt doctrina tradita in geometria Euclidis: qm̃ petitionũ, & deſcriptionum ad cõcluſiones eſt debita habitudo: & iterũ primę cõcluſionis ad ſecũdam, & ſecundæ ad tertiam, & ſic de alijs: ẽ contra uero aliquam doctrinam eſſe inordinatam eſt ſuarum partium inter ſe indebitam eſſe habitudinem in conſequendo, notificãdo, inferendo: & ſic de

alijs ſicut doctrina tradita in libro Hippo.aphor.Poſt ea inquit,ꝙ huiuſmodi ordo in doctrina reperitur duplex,uniuerſalis pticularis: uniuerſalis totalē doctrinā concernit,& non ſolum in aliquam eius parte reperit: ſicut de Geometria exēplificatum eſt: particularis uero ſolum in aliqua eius parte reperitur : ſicut in aphor, doctrina qn̄q; reperiuntur tres aut quatuor aphi debitam inter ſe ſeruantes habitudinem.Et ſic inquit Cōciliator differētia octaua,q̄libet doctrina poteſt dici ordinaria,improprie tamē ualde:eo ꝙ ordinem huiuſmodi particularem obſeruat:unde aphor.doctrina ſimpliciter inordinaria,poteſt ſic ordinaria dici:ut in illo p̄cipue:quòd creſcunt,& uentres in hyeme ⁊ uere:ſed hic ſunt duo errores.Primus eſt: qm̄ ſic nulla eſſet doctrina uniuerſaliter ordinaria:non enim,ut dicit,hic ordo ul'is in geometria reperit,ut patet de 7.& 26.ꝑpoſitionibus primi Euclidis, quę nullam inter ſe habent habitudinem.Alius error eſt,qm̄ uult ſcientiā aphor.eſſe in ordinariam: comparat enim unum aphm alteri apho. Et ita cōſequens cōſequenti:non autem antecedēs conſequēti.Hoc etiam reſpectu Meſue in de cōſolatione medicinarum uocat librum aphor.librum ſeparatorū: qa in eo aphs apho ut plurimū non cōtinuatur: non autē, quia careat ordine ſimpliciter.In ſecūda cōcluſione ſequens Iaco. Cōciliatorē dicit ꝙ capiendo ordinarium ꝑprie:qualiter ſolum doctrinam inter eius partes generalem & eſſentialē ordinem cōtinētem appellamus ordinariam,p̄ciſe tres ſunt doctrinæ ordinarię.ſ.reſolutiua,compoſitiua,& definitiua:qm̄ p̄ciſe tres ſunt doctrinæ,inter quarū partes eſt generalis & eſſentialis ordo. & hanc cōcluſionem,inquit,intellexit Gale.in ꝓœmio artis medicinalis,nec ſequitur: in hac doctrina eſt ordo notificātis ad notificatum,inferētis ad illatū.igitur hæc eſt doctrina ordinaria. ſed ſic oportet arguere ad

ſenſum Gale.in hac doctrina eſt ordo generalis & eſſentialis etc.igitur hęc eſt ordinaria.Sed túc conſiderãdũ: an poſſibile ſit,unam totam ſciẽtiam de uno genere cõpletam eſſe tantũ ſub uno iſtorum ordine: propter qđ inquit Vgo Senẽſis,in doctrinis quãdoqȝ cõſideramus ordinem particularem,qui tenetur in unica concluſione,uel principio cognoſcẽdo. qñqȝ uero cõſideramus ordinem generalem,qui eſt in ea per hoc ꝙ aliquid ponitur prius & cognoſcitur ſcđm ꝙ prius debet poni,& aliud poſterius:ita ꝙ nihil in ea p̃ponatur,niſi p̃ponendum,& contra:& quo ad hunc ordinem non ſemper ꝓcedimus demonſtratione quia:uel ſolum ꝓpter quid: uel ſolum definitiue:immo in una completa ſcia unius generis,ſicut p̃hia,& medicina eſt impoſſibile unico tali ordine ꝓcedere:ſed oportet ante complemẽtum omnibus tribus modis uti:qm̃ in cognitiõe cauſarum utimur demõſtratione quia,& in cognitione ſciẽtifica effectiuum, utimur demõſtratione propter quid: & quia uterqȝ iſtorum proceſſuum eſt neceſſarius, & multarũ definitionũ explanatio.Ideo impoſſibile eſt aliquã totam ſciẽtiam de rebus naturalibus eſſe unico iſtoꝶ modorum ordinariam ordine uniuerſali: & hic ordo ƀm Cõmentatorem p̃ phyſicoꝶ cõmen.p̃, in p̃hia naturali ſeruatur,in q̃ plurimę cãę tam primæ q̃ꝫ propinquę demõſtratione quia cognoſcũtur,cuȝ incipimus à cognitione cauſarum primarũ rei cognoſcẽdæ:deinde aliaꝶ remotarum ƀm ordinem.donec perueniamus ad cãs ꝓpinquas,non ꝙ primum cognitum in ſcientia ſit cauſa remota:immo illa notificatur per effectum: ſed primũ demõſtratum eſt eſſe cauſę remotæ:deinde uenamur eẽ cauſæ minus remotæ,quouſqȝ ueniamus ad cauſas propinquas:& iſte eſt unus modus,qui in totali ſciẽtia cõſideratur,per quem dicitur ordinaria:de quo mõ nihil Gale,ad p̃ſens,intelligendũ etiam ꝙ Iacobus male reci-

tat opinionem Monachi.unde tria dicit de mente eius. Primum per doctrinā reſolutiuam intelligit doctrinã propter quid.Secundum p finem intelligit cauſam ulti matam uerſus effectum, inter quā & effectum nō cadit cauſa media.Tertium reſolutio incipit à cauſa remota. Horum ſolum primum eſt uerũ ſm Monachum:unde reſoluatur homo in cauſas materiales,prius in materiā ꝓpinquam,ſ.corpus reſoluetur:deinde in homogeneas partes,ut carnem,& os etc.in humores in elemēta,dein de in materiam primam.Materia prima dicitur finis re ſolutionis:qm̄ finis apud Monachū eſt cauſa remotiſſi ma:homo uero dicitur finis compoſitionis:Corpus au tem poteſt dici finis materierum:& hæc eſt imaginatio ad mētem Monachi,quā nō habuit Iacobus,uerbi gra tia cognoſcitur homo:ex quo homo,ex corpe,corpus, ex homogeneis,homogenea ex hūoribus, humores ex elementis.Et ita ubi ponebat Iaco.proceſſum à cauſa re mota incipientem in cauſam ꝓpinquā tendētem: ponit Monachus proceſſum ab effectu,nō ꝙ effectus ſit ante cedens,ut multi credunt de mente eius: ſed quia ſic ꝓce dendo peruenitur ad finem.ſ.cauſam remotiſſimam p diſſolutionē inuentam,q̄ in demonſtratione,quæ ſim pliciter dicitur demonſtratio,eſt medium.Haly & Con ciliator differētia octaua eum ſequēs dicunt, ꝙ doctri na reſolutiua eſt doctrina quia, & compoſitiua, ꝓpter quid:& ad hoc ꝓbandum adducit Conciliator literã antiquæ tranſlationis Arabicę cuius ſeries ſic habetur. Vna earum eſt quæ fit ſm uiam conuerſionis & reſolu tionis:ꝛ eſt ut ſtatuas rem ad quā intendis, & cuius in quiris ſcientiam ſm finem complemēti:deinde conſide res in propinquiori,& ꝓpinquiori,ſine quo nō ſtat res illa,neq̃ completur,uſquequo peruenias ad principia eius.Secūdo proceſſus reſolutiuus,quē ſeruamus in de monſtrādo debet ꝓportionari ꝓceſſui reſolutiuo pro

Monachi opinio

Haly & Cōciliatoris opinio.

ueniēti à natura:aut compoſitiuus compoſitiuo: eo ꝙ ars naturæ eſt imitatrix:ſed naturalis reſolutio incipit ab effectu:ut puta,qñ compoſitum reſoluitur in materiam & formam:ē contra uero cõpoſitio incipit à cauſis,igitur etc. Item aliquid dicitur componi, quãdo ex partibus ſuis conſtitutiuis cõſtituitur,ut domus ex fundamento,pariete,& tecto:& ē contra, aliquid dicit̃ reſolui,quãdo in partes ſequeſtratur, ex quibus cõſtabat, ut domus in tectum,parietem, & fundamẽtum. Adhuc reſolutiua dicitur fieri ex finis notione:ſed finis & effectus idem ſunt ſm Boet.in Topicis:amplius cognoſcẽdo effectũ per ſuas cauſas,ipſas non reſoluimus: ſed reſolutas piũgimus.Etiã pro hac opinione uidetur Ariſt. 3.Ethicorũ,ubi proceſſum conſiliatiuum appellat reſolutiuum,in quo ab effectu ad cauſam ꝓcedimus: ut ibi innuit,dum inquit. Sed ponẽtes finem aliquẽ, qualiter & per quæ erit intendunt,ꝛ ſi per plura quidem uideatur fieri,per quod facillime & optime intendunt.Si aũt per unum procuratur qualiter hoc erit, & id per quod quouſqꝫ utiqꝫ ueniãt ad primã cãm,q̃ in inuẽtione ultima eſt:qui enim conſiliatur uidetur quærere & reſoluere.Etiam pro iſtis uidet̃ textus dicens.Secunda fit ex cõpoſitione ſm reſolutionem inuentorum.Dicunt ad primum,ꝙ litera antiquæ tranſlationis ſonat illud, quod dicit pluſq̃ Cõmentator.Vnde per illa uerba declarat Gale.quomodo finis ex cuius notione fit hęc doctrina per reſolutionem inuenitur:unde ut dicebatur, cum alicuius rei ſcientia quæritur, oportet ꝙ prius aſpiciatur in cauſa quæ propinquior,deinde in cauſa cauſæ, & ſic reſoluendo uſqꝫ ad finem.ſ.primã cauſam in illo genere:ex cuius ſuppoſita cognitione quæſitũ extrahitur & completur,uerbi gratia in exemplo Monachi,ſi quęratur quare febris putrida ſit in corpore humano,reſpondetur per eius cauſam immediatam, quæ eſt putridus

humor ei inuentus,qui accidentali calore ipſum calefa cit.Si poſtea q̃ratur:quare putridus humor eſt ei inuen tus,reſpondetur ſimiliter per ſuam cauſam: qm̃ proh bitio expirationis & euentationis calorem naturalem corrumpens & extraneum ſuperaddens eſt humori inuenta.Si uero dubitetur,quare prohibitio tranſpiratio nis ⁊ euentationis eſt humori inuenta,reſpondetur per ſuam cauſam:qm̃ oppilatio eſt inuēta in meatibus corporis per quos euentatur calidum naturale, & expirat capinoſum.Si adhuc dubitet̃, quare oppilatio eſt inuenta,demõſtratio eſt per ſuam cauſam:qm̃ aliqua ex cauſis oppilationis eſt ei inuēta,quæ eſt:aut humorum multitudo,aut craſſities,aut uiſcoſitas, aut nimia frigiditas, aut ſiccitas, aut calor cum ſiccitate. Si ergo multitudo humoris ſit eius cauſa: quæratur, quare multitudo humoris ſit ei inuenta:demonſtratio eius per ſuam cām̃ eſt,quia nimia cõmeſtio cum indigeſtione & qete ei inuenit̃:nimia uero cõmeſtio cum indigeſtione adhuc cauſam habet,per quã poteſt demõſtrari:puta quia plus appetit,q̃ poſſit digerere.Si uero quæratur, quare plus appetit,q̃ poſſit digerere:reſpondetur per ſuã cauſam,quę eſt complexionis malitia,exempli gratia frigida,quę ſimul cauſam habet,aut naturalẽ, aut extraneã, quæ eſt ultima hoc ordine, per reſolutionem inuēta ex cuius ſuppoſita cognitione quæſitum extrahitur, & ad plenum certificatur:& hunc ordinẽ,inquit Monachus, innuit Gale.in textu tranſlationis Arabicæ,dicẽs.Et eſt ut ſtatuas rem ad quam intendis etc. Ad ſecũdum dicit Doctor unus,ꝙ in proceſſu naturæ fit inceptio à cauſa propinquiſſima effectui, donec perueniatur ad ultimaꝫ cauſam:& iſto modo fit reſolutio,quæ obſeruat̃ in demonſtratione:nam inceptio fit à cauſa propinquiſſima effectui,ex qua concluditur demonſtratiue effectus:deinde demõſtratur illa cauſa immediata per cauſam me-

diatam effectui mediato: deinde demonſtratur iſta alia cauſa mediata per aliam, uſquequo perueniatur ad cauſam ſimpliciſſimam, ultra quam q̄ſitum dubitatum dubitabile non amplius eſt reſolubile. Ad illud uero, cum dicitˀ ꝙ cognoſcendo effectum per ſuas cauſas ipſas nó reſoluimus; ſed reſolutas cõiungimus. Reſpõdet, ꝙ hoc non eſt uerũ, immo cognoſcẽdo effectum per ſuas cãs ipſas reſoluimus, & reſolutas non coniungimus: immo, cum eſt deuentum ad cauſam ultimam per uiam reſolutionis ceſſat omnis dubitatio, & non oportet illas cõiungere. Ad aliud de proceſſu conſiliatiuo. Dicit ꝙ in illo proceſſu, ut patet legenti literam Ariſto. non fit inceptio ab effectu, ſed à cauſa immediata effectui, donec perueniatur ad cauſam ultimam, quæ non eſt in aliam cauſam reſolubilis. Sed hic homo, ut uidetur non intelligit, quid ſit hæc doctrina apud Monachũ: neq; quare propter quid reſolutiua, & quia compoſitiua dicatur.

Monachi opinio. Vult Monachus, ut clare habetis cõmen. 2. ꝙ doctrina reſolutiua ſit quæ fit per finem notum per reſolutioné inuentum. & per finem intelligit, ut dictum eſt, cauſam ultimam in aliam cãm nó amplius reſolubilem. Et hæc doctrina incipit, non ex notione cauſæ immediatæ effectui; ſed ex notione finis ſm̃ diſſolutionem inuẽti: qm̃ ut, inquit, ex fine ſolũmodo reſolutionis per ſe noto incipit homo doceri dubitatum primum, & nullo modo prius. Nec uult Monachus, ꝙ hæc doctrina ꝓpter quid reſolutiua dicatur: eo quia procedere à cauſa ad effectũ ſit reſoluere, immo eſt componere: ſicut & procedere ab effectu ad cauſam eſt diuidere: ſed ſolum dicitur reſolutiua: quia fit per medium notũ, per reſolutionem inuentum: ut per cauſam ultimam in aliam nó amplius reſolubilem. Ideo ad argumentum ſecundũ patet reſpõſio, & ad alia ſimiliter. Dici etiam poteſt circa illam Ariſt. authoritatem 3. Ethicorum, ꝙ non eſt pro ipſo, nec pro

Monacho. Vult ibi Ariſto.ꝙ conſiliatio inquirit cām per quā fiat res,& non ſolum ut fiat,ſed ut faciliter fiat: nec innuit ibi Ariſto.ꝙ ab effectu ad cauſam in cõſilio eatur:nec non:ſed ibi tantũ quæritur cauſa:ut diagramma.i.ut in geometricis diſpoſitiõibus: litera uero illa: Secunda uero quæ ex compoſitione etc.legitur ſecũdũ Monachũ repetendo hoc dictum.ex finis notione,etiã ad compoſitiuam.Quęlibet enim & cõpoſitiua,& reſolutiua dicitur fieri ex notione finis.Et dicatᷣ: ſecunda uero eſt quæ fit ex notione finis:hoc eſt per finem notũ ex compoſitione inuentorum ſm reſolutionem:ex quibus patet quomodo poteſtis hos duos,Monachum, & Conciliatorem conciliare:ut dixit Vgo Senenſis:quoniam cũ in inuentione ſciẽtię duplex ſit proceſſus,unus inuẽtionis medij,alius autem notificationis: doctrina propter quid dici poteſt reſolutiua, & compoſitiua:reſolutiua,qm̃ fit per medium proceſſu reſolutiuo inuentum.Et hoc uoluit Monachus:cõpoſitiua uero,qm̃ proceſſus,notificationis cõpoſitiuus eſt, quia cauſa ad effectum:& hoc uoluit Conciliator.Silr & doctrina quia alio,& alio reſpectu dici poteſt reſolutiua,& compoſitiua.Reſolutiua quoniã proceſſus notificationis eſt reſolutiuus:& cõpoſitiua,qm̃ fit per medium ꝓceſſu cõpoſitiuo inuentum.Patet etiam,ꝙ ſicut doctrinę definitiue,ordo pẽdet ex ordine ꝑtium definitionis (ut dixit Monachus cõmen.2.)ſimiliter dicẽdum doctrinę reſolutiuæ ordinem pẽdere ex ordine reſolutionis, & compoſitiuæ,ex ordine compoſitionis eorum,quę per reſolutionem inueniũtur:& ſic par ratio ſeruatur in tribus doctrinis ſuarum denominationũ. Patet 3. quare Gale. poſt hęc uerba:Tres ſunt omnes doctrinę:ſtatim ſubiunxit.ordinem habentes.Sed ſolum reſtãt duo cõſideranda in hac ſubtili opĩone plus q̃ Cõmentatoris.Primum quomodo uerum ſit,ꝙ nullus ante Gale.inuenit

qui medicinam per doctrinã ſcripſerit reſolutiuam: cũ inueniantur,qui utroq; genere demõſtrãdi in medicina uſi ſint,& pcipuei nter reliquos Hippocr.Secundum conſiderandum eſt ſuper textu 10.Cum dicit Gal.ꝙ per tractatio particularis medicinæ in multis alijs ſcripta ex eſt negotijs,quibus licet uti ad tres doctrinas, exponit plusq; Cõmẽtator.i.ad quæ negocia expedit uti tribus doctrinis,ut ſit modus loquendi ſimilis ei,quo utitur Boet.in libro de conſolatione,cum dicit:collectio in uires animo.i.collectis uiribus in animo,per figuratum loquẽdi modum,qui uix poetis conceditur:etiam ſm hunc modum exponendi innuit,ꝙ etiam in pticularibus tractatibus mediciæ utitur documẽta definitiua, quod patet eſſe falſum:cum definitiua de qua loquitur Gal.ſit qua utimur ad tradẽdam ſciẽtiã totam ſub uno ordine ſimul Pro primo dicit Chriſtophorus de Honeſtis,ꝙ ſuperbia Greca temperãda eſt.Nullus ante nos.i. quaſi nullus.Pro ſecũdo dic,ꝙ hic eſt ſenſus: quibus expedit uti:ad tres doctrinas.i.particularibus libris expedit uti,ut habeamus ex libris eius tres doctrinas,i hoc definitiuam,& in alijs alias,reſolutiuam & compoſitiuã:uel hic eſt ſenſus:tractatio q̃ eſt ſpeculatiõis uniuerſæ medicinalis.i.totius ſciẽtiæ medicinę,ſcripta ẽ à nobis in multis aliis negotijs ſm partem.i.in libris alijs particularibus,ſupple modo reſolutiuo & cõpoſitiuo: quibus.ſ.negotiis expedit uti ad tres doctrinas,quaſi dicat ꝙ in libris aliis ꝓpter ſui multitudinẽ & magnitudinem uti tribus doctrinis poſſumus.ſ.reſolutiua,cõpoſitiua,& definitiua:non enim eſt difficile inuẽta perfectæ ſcientia.definitionem pariter inuenire eius omnes partes ambientem:quibus diuiſis & ſubdiuiſis tota ſcientia percurraẗ. Ad argumẽta principalia. Ad primum diceret Monachus:quod appellat Auer.uiã doctrinæ,Gal. hic appellat ordinem doctrinę:quod uero Auer. appel

lat ordinem doctrinæ,nó appellat Gale.hic illud ordinem: ſed dicendum,ꝙ de ordine compoſitiuo loquitur Auer.quemadmodú enim res eſt naturaliter prior: ita de ea oportet ſcientificum ſermonem præcedere:cauſæ autem remotę priores ſunt propinquis: ideo ſcientificus ſermonis ordo eſt de remotis cauſis prius diſputare. Ad ſecundú dicit Monachus doctrina reſolutiua & compoſitiua dicútur uiæ: & tertia.ſ.definitiua dici pót ordo docédi: qm̃ iſto ordie doctrinę utimur ad tradẽdam ſciam totá ſub uno ordine ſimul, & ad numerãda capitula ſciétiæ generalia.ſed ſm Gale. hic oés dicútur ordo doctrinæ: qm̃ modi ꝓcedendi ſm ordinem. Et cú arguitur igitur plures erunt tribus: negatur argumentum: & ad ꝓbationem dicitur ꝙ ſi quis ſequatur ordinẽ rerum:non propterea ordinatam doctrinam cóſtituit. Alius enim ordo in rebus & alius in doctrinis eſt attẽdendus,qui etiam ex facilioribus inchoat niſi ex uno illorum trium generú ea ſint à quibus exorditur ordinata Gale.doctrina,ordinatam doctrinam nequaquã cóſtituit. Ad tertiuȝ licet tot ſint ſcita,quot quęſita: nulla tamen ſunt ſcita doctrina ordinaria,quin doctrina reſolutiua,compoſitiua,uel definitiua ſint ſcita: ſed ſcóm Gal.non ſic ſumitur doctrina. Ad quartú dicet et Monachus: illa tria ad duo reducútur. Ad quintum concedit Iacobus Forli.aliquá eſſe demóſtrationem, quę nec eſt quia,nec ꝓpter quid,intelligendo per demóſtrationem ꝓpter quid demóſtrationem à cauſa ad effectum procedentem,& ẽ conuerſo,per demóſtrationem quia: intelligendo tamen per demóſtrationem propter quid oém illam,qua ex ſimpliciter notioribus procedimus ad ignotiora ſimpliciter. Geometricæ demóſtrationes ſunt dicendæ ꝓpter quid: & ex hoc concedit, ꝙ demóſtratione ſufficienter diuiſa,in demóſtrationem quia,& ꝓpter quid,non eſt formalis ratio demonſtrationis ꝓ-

pter quid à cauſa ad effectum ꝓcedere:ſed à ſimpliciter notioribus ad ignotiora ſimpliciter. Sed tunc oportet concedere,ꝙ non oportet demõſtrationes à priori ꝓcedere per cauſam,qđ eſt error:& enim erroris eſt:qm̃ credit Iacobus punctum eſſe prius linea & principium lineæ,& non cauſa,quod eſt falſum: qm̃ lineæ punctus eſt cauſa formalis, qa pars definitionis ipſius:unde cauſa formalis conſiderata à Mathematico, non eſt forma informans,ſed eſt forma quidditatem declarans.ſ.definitio uel aliud tale.Licet enim quãtitas extra animã ſit in materia,& referatur ad ipſam,& ſit terminatiue motus,puta augumenti etc.non tamen in illo eſſe,in quo à Mathematico conſideratur: qm̃ Mathematicus quãtitatem conſiderat in eſſe intelligibili:ſed eam non conſiderat in eſſe reali,ſicuti naturalis cõſiderat. Præterea hoc quod dicit Iaco.eſt contra Ariſto.dicenté ſcire ſimpliciter eſſe per cauſam. Sequitur etiam,ꝙ mathematicæ non ſint ſciétiæ:qm̃ ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere. Ad ſextum,ẜm Monachũ per cauſam propinquá, non ad plenum certificatur q̃ſitum: ſolum enim ex fine per ſe noto incipit hõ doceri dubitatum primũ,& nullo modo prius. Ad ſeptimũ,reſpõdet Monachus com. 2.artis medicinalis,ꝙ potius expoſitionem definitiõis Gale.dixit eſſe genus doctrinę,quá eius inueſtigationé: qm̃ cum definitiones plerũq; ſint in ſcientiis ſuppoſitæ ſicut principia,nõ indigent inueſtigatione, ſed explanatione. Ad ultimũ, Aliter illi de quatuor modis doctrinarum,aliter Gale.de tribus locuti fuere: ſunt enim illi quatuor modi doctrinarum uiæ quędam,cum quibus humana mens ꝓprias inquiſitiones apprehẽdit,ad hũc enim finem inuentę ſunt,ut earum adminiculo, ea quæ ſunt occulta intellꝰus inueniat:eſt enim definitiue opus propriam ſubſtãtiam rei propoſitæ oſtẽdere.Demõſtratiua uero per ſe accidentia per medias cauſas ſubiectis

ineſſe demõſtrare. Diuiſiuæ autem genera ſpecierũ, ſiue ſubalternarũ, ſiue ſpecialiſſimarũ aſſumere, atq; eadem ſpecificis differentiis diuidere. Reſolutiuæ uero ex indiuiduis ac ſingularibus ad ſpecialiſſima aſcẽdere, atq; à ſpecialiſſimis ad ſubalterna, ſimpliciterq́; à poſtremis ad priora. Hę autem cõmunes doctrinarum ac diſciplinarum uiæ ſunt tantũmodo quatuor: nam uel ſubſtantiarum certam q̃rimus habere ſciẽtiam, aut eorum, quę eaſdem ſubſtantias conſequũtur. Ad ſubſtãtiarũ cognitionem utimur defınitiua: ſed ad cõſequentium quę, qđ quid eſt manifeſtat, utimur demõſtratiua: ſed cum definitiones ſint, uel ſpecialiſſimarum, uel ſubalternaꝝ, aũt à ſuperioribus, aut ab inferioribus iſtas inquirimus: & cũ à prioribus rimari placuerit, utimur diuiſione, ſicutĩ cum à poſterioribus reſolutione. Nicolaus Leonic. qui ſpecialem tractatu; de his tribus doctrinis edidit, dicit ſe habuiſſe à Simplicio Ammonio Gręcis authoribus, ꝙ doctrina reſolutiua, & compoſitiua de quibus Gale. hic ſunt ordines doctrinarũ, ſiue docẽdi ordines, & nõ modi uel uiæ quibus docemus: nam ſicut doctrina definitiua eſt quidam ordo docendi uel doctrinæ, ut Haly, & Monachus cõmen. 2. eo enim utimur ad memorãdũ, & non docendum uel diſcendum: ſimiliter dicendũ, & de compoſitiua & reſolutiua, ꝙ ſunt ordines docẽdi, & non uiæ uel modi: & hoc eſſe ita oſtendunt per Gal. in libello de conſtitutione artis medicinæ, qui docẽs qualiter medicinam quis doceri poſſit reſolutorie: primo quid ſit finis medicinalis ſcientiæ declaratur ſanitas. ſ. deinde quæritur per uiam reſolutionis, quæ ſint ad faciendam uel conſeruandam ſanitatem neceſſaria. Et primum occurrit, ꝙ cognitio corporũ ſanorum & ęgroꝝ habenda eſt: ideo hæc quomodo habeatur primo loco docetur. nam primo corpus humanum reſoluit in mẽbra organica, ac de eis determinat narrãdo eorũ natu-

Leoniceni opinio.

ras,cuius ſubſtātiæ,& quali figura,quātæq; magnitudi ne,& quot ſint:ac paſſiones eorum, ſanitatesq; & operationes. Tertio reſoluit membra organica,ut caput,in membra ſimplicia.ſ.in carnem,oſſa etc.ac de eis ſimplicibus determinat,quæ,& quales, & quātum magnæ,& quot ſint, ⁊ eorum ſanitates, operationes, ⁊ paſſiones.

Quarto mēbra ſimplicia reſoluit in quatuor elementa declarando,quæ,& qualia,& quot ſint, & eorum alterationes,& qualiter ex illis ſequātur corporū noſtrorum paſſiones & ſanitates. In tali enim ꝓceſſu apparet ordo doctrinæ reſolutiuæ,cum prius determinetur de magis compoſito,& deinde de minus cōpoſito uſq; ad ultima:& non ponitur ordo demonſtrādi:& ſic doctrina reſolutiua,quā hic Gal.facit eſt talis ordo docendi, & non ordo demonſtrandi:ſimiliter dicēdum ſuo modo de compoſitiua.ꝙ eſt ordo doctrinę,& non modus uel uia.Exemplum datur de domo:nam cum quis uult domum conſtituere oportet omnes domus particulas cognoſcere,qua.ſ.ſubſtātia ſint,quali figura,quāta magnitudine,quot numero exiſtant,& quomō inter ſe cōpoſitæ.Domus ergo tāquā finis cognitus, primo reſoluitur in tectū,parietes,⁊ fundamenta: Nam ſi debet nos & res noſtras ꝯſeruare,oportet eam has tres partes habere.In primis tectum quod nos ab imbribus & tempeſtatibus,uentis,nebulis,& aliis ab alto cadentibus tueatur:& quia tectum non poteſt in alto ſtare, niſi ibi ſint parietes eum ſuſtentantes: & quia parietes non poſſunt erecti ſtare , niſi in eorum parte infima ſit aliquod firmum & ſtabile eos ſuſtentans: ideo neceſſarium eſt hic eſſe fundamenta parietes ſuſtentantia. Tertio qualis & quāta magnitudine debeat eſſe quęlibet iſtarum conſideratur:ut ꝙ tectum ſit in altum latum & longum ut domus,& curuum ut pluuiæ facile labantur ad terram ſine penetratione in ipſam domū ⁊ parietes craſſi,duri,

& multū

& multum eleuati,ut poſſint tegmẽ domus ſuſtinere: ſimiliter de fundamento,quod debet eſſe ſub terra ut ſit immobile,craſſum & durum,ut optime poſſit parietes ſuſtentare.Poſtea hęc tria reſoluũtur in ſuas partes tectum,in tegulas,tabulas,& trabes:parietes,in lapides,ꝛ cementum,& ſic fundamentum in ſuas partes.Si uero ẽ contra procedatur,erit ordo compoſitiuus.Dicens ergo Gale.hanc doctrinam reſolutiuam fieri ex notione finis,non quẽlibet finem notum intelligit, quem unuſquiſq; animo ſibi proponit & aſſequi intendit:ſed ſolũ ſpecialem finem alicuius artis,quã doctor intẽdit cõſtituere,atq; obiter conſtituendo docere. Per doctrinam autem à notione finis incipientem,& factam ſm̃ reſolutionem,nõ methodũ aliquam ſiue doctrinalem modũ, ſed quãdam aliam ſui generis doctrinam,quæ ab ordine potius quem in docendo ſeruat,q̃ à modo docendi,ſuam recipit denominationem: & ſic ubi ſm̃ pluſq̃ cõmẽtatoris ſententiã notio finis ſequitur reſolutione, ſm̃ hoc,notio finis antecedit reſolutionẽ. Nam primo proponitur finis,quẽ aſſequi intendimus: deinde inquiruntur illa per quę eundem finem poſſumus attingere, nunquã ceſſante inquiſitione, donec ad aliqđ ultimum peruenerimus,quod ſit actionis principiũ: & ex notione huius finis,dixit Gale.omnes artes conſtitui,& hanc doctrinam reſolutiuam nullũ ante ipſum ſcripſiſſe: ſ3 igitur hunc modum doctrina dicitur eo modo ordinata,quo Gal.loquitur quãdo ordo in ea ſeruatur, qualẽ ipſe,tum in libro artis medicinalis in quo artem tantũ docet medicinalem ſub ordine definitiuo,tum in libro de conſtitutione in quo conſtituit, & conſtituendo docet ſub ordine reſolutiuo.Hic enim ordo (ut inqt Leonic.)ſeruatur in libro de conſtitutione artis medicinalis,cuius libri doctrina dicitur reſolutiua.Primo quid ſit finis ſciẽtiæ medicinalis declaratur, ſanitas.ſ.deinde

quæritur per uiam reſolutionis,quæ ſint ad faciendam & conſeruãdam ſanitatem neceſſaria.Et primum occurrit.ꝙ cognitio corporum ſanoꝝ & ægrorũ habẽda eſt. Hæc igitur quomodo habeať primo loco docetur: qa uero corpora ſana egent cõſeruatione:ægra autem curatione:ſed maior neceſſitas urget ad corpus ægrũ priſtinæ ſanitati conſtituendum,q̃ ad ſanum conſeruãdũ. Ideo Methodus curatiua omnibus aliis in docendo p̃ponitur:ſed quia hæc pars medicinæ non poteſt exerceri ſine altera parte eiuſdem artis,quæ dignoſticha græce nominatur.Ideo poſt curatiuã,dignoſticha ſecundo traditur loco: quoniã etiã pars altera artis medicinalis,quæ prognoſtica nominatur,non mediocrem p̃ſtat ad curãdas ægritudines utilitatem: idcirco & iſta poſt dignoſticam ſuo loco docetur. Atq; ita oẽs aliæ eiuſdẽ artis medicinalis partes,uel principales uel principaliũ conſtitutiuæ,quo ordine per reſolutionem inueniunť, eodem ordine traduntur.Pars uero ſanitatis conſeruatrix cum ſibi adiacentibus ultimo loco docetur. Ad pfectam autem doctrinã harum oium partium artis medicinalis tradendam,omnia afferuntur inſtrumẽta opportuna,& diuiſiones.ſ.& definitiones,& demõſtrationes,tam ex prioribus,q̃ ex poſterioribus quicquã probantes,ſicuti materia ſubiecta harum uel illarum eſt capax demõſtrationum:ordo uero compoſitiuus obuerſus eſt ordini reſolutiuo,ut ex ordine librorum,quẽ ponit Gale.circa finem artis medicinalis eſt manifeſtũ. In libro uero artis medicinalis Gal.definitionẽ medicinæ p̃ponit quibuſdam uelut capitibus, oẽs medicinæ partes continentem, quæ capita rurſus in partes diſſoluit, haſq; iterum in alias.nec ab eiuſmodi ſectione & membrorum declaratione deſiſtit,donec omnia ad artẽ ſpectantia,ſaltẽ in gñe declarauerit:& ſic patet,ꝙ doctrinæ,de quibus Gal.non ſunt plures his tribus: & ſi aliæ

reperiantur,quæ in has referri non poſſint,eas ſm ipm ordinatas dici non debere,eo vȝ modo, quo ipſe loquitur.Etiam ut inquit Ioannes Manardus uidemus pclariſſimos uiros diſciplinas nobis relinquere, certo cum ordine,in quorum tamẽ proceſſu,nullam harũ Gal.doctrinarum eſt reperire:nec in libris Hippoc.& Auic.doctrinam hanc inuenies reſolutiuam,nec definitiuam:& concedendum,dixit ipſe,quãlibet ſciẽtiam , tam ſpeculatiuam q̃ȝ practicaȝ triplici hoc doctrinaꝶ genere poſſe doceri. De compoſitiuo nõ eſt dubium, cum uideamus omnes ferè artium & ſcientiarũ libros,in quibus ordo aliquis ſeruatur per eum eſſe conſcriptos.De definitiuo non eſt difficile:qm̃ inuẽta perfecte ſciẽtia,difficile non eſt pariter definitionem inuenire,omnes eius partes ambientem,quibus diuiſis ſubdiuiſisq̃;,tota ſciẽtia percurratur.de reſolutiuo difficile eſt iudicare,an oĩbus ſcientiis p̃ſertim ſpeculatiuis poſſit accõmodari: Gale.in libro de conſtitutione artis medicinalis docuit modum quo factiuę inueniũtur, non q̃ ſpeculatiue,niſi forte in alio libro,quẽ non habemus,cuius titulus eſt de conſtitutione omnium artium ⁒ amen,ut inquit Manar.coniecturari poſſumus conſimilẽ eſſe in utriſqȝ methodũ: & differentiam eſſe in hoc,ꝙ ſicut in actiuis & factiuis, finis in operatione aliqua cõſiſtit, ita in ſpeculatiuis in ſola ueritatis cognitione,ꝛ quemadmodum in illis oĩa perquirenda ſunt:quæ ad operationem recte exequẽdã ſunt neceſſaria,ita in his quęcũqȝ ad ueritatem circa id quod quærimus indagandam. Volunt ergo Leonic.& Manar.ut ex eorum dictis uidiſtis , has tres doctrinas ideo dici ordinarias,ex ordine ꝓcedendi in rebus tradendis,ut quia primo de una re,ſecũdo de altera: ut in reſolutiua,quę ex notione finis,ordo eſt ꝓcedere à poſterioribus ad priora: in compoſitiua uero, ècõtra:qđ falſum eſſe uidetur:qm̃ ſi de ordine ſic intelligatur:do-

ctrinæ ordinariç eſſent plures tribus.alio enim ordine Gale.de rebus cōſiderandis à Medico tractauit: & alio Auic.& Halyabbas,& alio Raſis.Item nullum illorum trium ſeruauit Hippoc.ſm ſenſum datum: non quidem reſolutiuum:non enim ſtatuto corpore humano reſoluit ipſum uſq; ad elementa.Nec ordinem compoſitiuū, primo agendo de elementis, ſcđo de complexionibus, mēbris etc.ſed bene Auic.nec definitiuū ordinē,ut manifeſte patet.Quare nobis Hippoc.inordinate medicinam tradidiſſet.Item plura tractantur ſm ordinē uolūtarium.ut primo Canone innuit Auic.cū dicit.Et mihi placuit,ut in primis loquerer.Ite; cognitio uirtutū medicinarum,& ægritudinum,& cognitio,modorum curandi,uoluntarium habent ordinem:ſtat enim bene ꝙ quis cognoſcat uirtutes medicinarū,& non cognoſcat ægritudines,nec modos curandi:ſtat etiam ē cōtrario. Plures ergo eſſent tribus ordines:ꝓpter quod dicendū eſt,ꝙ per doctrinas intellexit Gale.tres ꝓceſſus neceſſarios ad unāquāq; facultatem complete tradendam: ꝛ p ordinem,non illum qui eſt in rebus conſiderandis: ut Leon.intelligit:ſed ordinem intellexit,quem doctrinæ illæ tres ad ſeinuicē habent.Nam in arte tradenda,primo loco utimur reſolutiua:nullo enim meliori modo poſſumus ſcire quæ tractanda ſunt in aliqua arte, q̄; ex notione finis:qm̄ ex fine cognoſcuntur ordinata & utilia ad ipſum:ſecūdo compoſitiua:tertio definitiua: hic enim eſt ordo neceſſarius inter eas.Et ideo ſic intellexit Gale. ꝙ tres ſunt doctrinæ, quibus tradenda eſt aliqua ars,quç ordinate ſe conſequūtur:Nam primo inueniūtur de quibus agendum eſt proceſſu reſolutiuo. Secundo ars componitur de his determinādo,inter quæ aliquādo inuenitur ordo neceſſarius, aliquādo uoluntarius.Vltimo ad memoriam fit epilogus proceſſu definitiuo.& hunc modum ſeruauit Ariſt.in naturali ph̄ia,

[margin: ...inio p... ...ia.]

ut paret in primo textu primi phyſicorũ, in quo ex notitia finis,qui erat res nãles, infert quæ tractanda ſunt: & quia inuenit ꝙ erat agendum de principiis & cauſis rerum naturalium.Ideo in primo libro agit de principiis:⁊ in ſecũdo de cauſis,in eſſe dicit agendum eſſe de motu ad cognoſcẽdam naturã:qm̃ ignorato motu natura ignoratur.& quia motus erat de genere continuorum:& cõtinuum erat diuiſibile in infinitum, cõcluſit agendum eſſe de cõtinuo & de infinito.Idem in primo priorum,ubi ex notiõe finis,quẽ dicit eſſe demõſtrationem,elicit primo agẽdum de ſyllogiſmo,& quia ſyllogiſmus fit ex propoſitionibus:ideo & de ꝓpoſitione: ⁊ quia propoſitio cõſtat ex terminis: ideo & de termino agẽdum inquit. Et ſic ſemper antequã aliqd pertractet, prius ordine reſolutiuo de quibus agẽdum inueſtigat. Et ſic dicendum ꝑdictos doctores, medicinam ordine compoſitiuo tradidiſſe facto prius in mente eorum ꝓceſſu reſolutiuo. Et licet diueſo ordine proceſſerint: omnes tamen integræ artem medicinæ tradiderant: & ita etiam doctrina in aphoriſmis eſt compoſitiua:quoniam ibi etiam traduntur,quæ per reſolutionem inuẽta fuerunt:& hoc ſufficit ad hoc ut doctrina ſit compoſitiua.Nec dixit Gal.ꝙ ad compoſitiuã debeamus ordine oĩno oppoſito ipſi reſolutiuo procedere,ut dixerũt Manar.& Leonic.Hic tamen ordo in aliquibus ſeruandus eſt:qm̃ primo de uniuerſalibus,ſecũdo de particularibus,& prius de ſimplicibus,ſecũdo de compoſitis agẽdum eſt.Hæc igitur fortaſſe fuit cauſa cur Gal.nõ dixit ſe feciſſe doctrinam compoſitiuam in aliquo libro determinato,quemadmodũ dixit de cæteris duabus.ſcilicet,de reſolutiua & definitiua.Proceſſum reſolutiuum ſcripſit in libro de conſtitutione artis medicinæ: ibi.n. docet quomodo ex notione finis in ꝓceſſu reſolutiuo habentur & conſtituũtur omnes artes: ⁊ notanter dixit

primo artis medicinalis neminem ante ipſum hunc modum reſolutiuuȝ ſcripſiſſe: qm̃ neceſſe erat omnes ipſuȝ in mente habere alioquin nõ recte ſciuiſſent de quibus agendum eſſet: ex quibus patet quare Gale. primo artis medicinalis comparando has doctrinas inuicem, reſolutiuum dixit, docẽdi uia. & dignitate definitiuam excedere, ſicuti definitiua totius compẽdio & facilitate memoriæ excedit reſolutiuam: qm̃ reſolutiua docet inuenire: dignitas autem datur inuentori. Patet ſecũdo cur his tribus doctrinarum ordinibus non adiecit quartũ, ſcilicet diuiſiuum.

PAMPHILI MONTII

BONONIENSIS

Quæſtio De Aequali Ad Pondus.

QVAERITVR: utrum poſſibile ſit æquale ad põdus? Q.ð ſic primo ex Gale. primo de temperamentis cap. ultimo: quoniam poſſibile eſt rem calidiſſimaȝ miſceri cum frigidiſſima, ut aquaȝ feruentiſſimã cum glacie, ⁊ ſe ducere ad medium, ut ad tepidũ: & ſimiliter poſſibile eſt rem humidiſſimam, ut aquam miſceri cũ ſicciſſima, ut cum cinere, & ſe ducere ad mediũ: nam concurrentibus cauſis contrariorum effectuũ ſm ęquipollentiam, effectus medius cõſequetur: quoniam

conſequetur effectus ad neutram qualitatem magis de clinans:ſicut cauſis contrariis inæqualiter concurrentibus,effectus conſequetur ad alteram earum declinás. Ibidem etiam Gale.probat ꝙ ſit poſſibile reperire duas qualitates actiuas cum duabus paſſiuis, quæ ſunt in medio ſic. Nam caliditas & frigiditas poſſunt ſtare cuꝫ humido excedéte,& cum ſicco excedente:ergo poſſunt ſtare cum medio inter humidum & ſiccum. Tenet cóſequentia:qm̃ ex quo poſſunt ſtare cuꝫ extremis, poſſunt ſtare multo magis cum medio.Et tandé in ultimo capi tuli probat,ꝙ hoc ſit ⁊ reperiatur, ut in uola manus.ſ. in cuti eius.Secúdo dantur complexiones calidæ:danť & frigidæ:igitur & medię.Tertio ubi eſt dare magis & minus,ibi eſt dare medium quod uere dicitur æquale: qm̃ magis & minus relatiue dicútur ad medium:ſed in calido,frigido,húido,& ſicco, eſt dare maius & minus igitur etc. Quarto complexio frigida & ſicca poteſt ꝑ mutari ad calidam ⁊ humidam: ſed impoſſibile eſt tráſire ab extremo ad extremú non tráſeundo per mediú: qm̃ natura non facit ſaltus,ſed gradatim procedit:⁊ ſic in medio ipſa erit æq̃lis. Quinto ſicut ſe habet in motu locali,ita ſe habet in motu alterationis: ſed in motu locali deueniť ad mediú púctuale,inter terminú à quo & terminum ad qué.Igitur ſimiliter & in motu alterationis.Sexto,æquale ad iuſtitiam eſt propinquum uere æquali ad pódus,ex Auic.prima primi.igitur ipſum eſt uel eſſe poteſt.Septimo:qm̃ Ariſto. in ꝓblematibus, & in libro de animalibus dicit teſtudinem eſſe animal téperatú: & ideo nos phthiſicis damus illius carnem: & Auer.primo prognoſticorú,hanc carnem appellat pódus. Octauo eſt dabile organum tactus optime diſpoſitum ꝓ tactione: ergo æquale naturaliter diſpoſitum: quáto enim organum tactus eſt magis medium, tanto eſt perfectius:ergo etc. Nam temperatiſſimus tactus,uel

eſt æqualisponderis: & habetur intentũ, uel diſtans eſt ab æquali: & ſi ſic, diſtet per unum gradum caliditatis, & ſic organũ tactus calidũ, ut quinq;, cui pſentetur corpus calidum ut quatuor cum dimidio. tũc optimus tactus iudicabit illud corpus frigidum non calidũ, & ſic perfectiſſimus tactus decipietur. Nono argumentis Iac. Forl. Poſſibile eſt aliquod corpus tantũ habere de grauitate, quãtum de leuitate: igitur etc. Aſſumptum ꝓbatur, ponendo aliquod corpus ſumme graue per uniformen acquiſitionem leuitatis fieri ſumme leue, quod in medio temporis erit æqualiter graue & leue, qm̃ quãtum de uno contrariorũ acquiritur, tantum de reliquo expellitur. Secundo oleum eſt æquale ad pondus: quoniam tot ſunt elementa in quibus naturaliter aſcendit, quot ſunt in quibus deſcendit: aſcendit enim in aqua & terra: & deſcendit in aere & igne. Tertio poſſibile eſſ elementa ad mixtionem ſimul concurrere cum ſuis qualitatibus æqualis intenſionis, & æque potentibus ad agẽdum: ſed hoc poſito, inter hæc non ceſſabit actio quouſq; peruenerit ad temperamentum medium ęqualiter diſtãs ab extremis. igitur etc. Minorem arguit: qm̃ ipſis taliter approximatis adinuicem, quãtum unum cõtrariorum de altero corrumpit, tantũ de eodem ab altero ſuo contrario corrũpitur: & nõ ceſſabit inter hęc actio quouſq; inter illa erit contrarietas, quæ non remouebitur, niſi omnibus contrariis ad medium deductis. igitur etc. Quarto ponatur ſumme calidũ per uniformẽ acquiſitionem frigiditatis in hora acquirere frigiditatẽ ſummã. Et ſequitur, ꝙ in medio inſtanti horæ erit hoc corpus ſub gradibus mediis caliditatis & frigiditatis: qm̃ non itur de extremo ad extremum ſine medio: & ꝑ ſimile deduci poteſt de humiditate & ſiccitate: & de grauitate & leuitate, ut ſi ex aqua fiat aer. Intelligendum ꝙ æqualitas, quę eſt complexio, non eſt plures qualitates:

ſed una: qm̃ ſicut forma ſubſtantialis mixti eſt una, ſic q̄ litatiua p̄paratio ad formam ſubſtantialem eſt una, quę eſt complexio. Vnde nulla pars mixti eſt quæ ſit tãtum calida, uel tm̃ frigida, uel tm̃ humida, uel tantũ ſicca. Et hoc qm̃ miſcibilia in mixto ad unam formam ordinã•tur, ad cuius unitatem ſequitur cõplexionis unitas, quę eſt eius diſpoſitio. Item ſi duæ cõplexiones ſint, una re•ſultans ex actione qualitatum actiuarũ elementorum, ⁊ alia reſultans ex actione paſſiuarum, ut Gentilis & Iac. ponũt: & non ordinate: qm̃ complexio ex paſſiuis non ordinatur in cõplexione ex qualitatibus actiuis: habet ordinari in duas formas: qm̃ duo inſtrumẽta diſtincta non ordinata, in duo agentia diſtincta utentia talibus inſtrumentis ordinãtur. Eſt igitur ęqualitas, quæ eſt cõ plexio qualitas una immediate ſequens ex fractione pri marum qualitatum: & ſi ex actione & paſſione qualita•tum actiuarum inter ſe reſultat qualitas media: non tñ illa eſt complexio. Et cum arguit Iac. ſtat fieri diſtempe•ramẽtũ in qualitatibus paſſiuis nullo adueniente diſtẽ•peramento in actiuis. Igitur alia eſt cõplexio media re•ſultans ex actione qualitatum actiuarum inter ſe, ⁊ alia paſſiuarum: dicitur ꝙ cõſequentia non ualet: & cum ſe•cundo arguit per Phm̃ ſcđo de anima ponẽtem ſenſus tactus eſſe plures: qm̃ uel plures ponũtur ratione orga norum, in q̄bus ſit ſubiectiue tactiua ſenſatio. ⁊ hoc nõ: qm̃ unum tãtũ eſt organum: nec ex parte animæ, ut pa•tet: igitur ex parte qualitatiuarũ diſpoſitionum organi quæ ſunt inſtrumẽtum in ſenſatiõe tactiua: & ſic ſenſus tactus eſt plures: qm̃ diſpoſitio qualitatiua deſeruiẽs nõ eſt pręciſe una, ſed plures: una. ſ. media inter paſſiuas, & alia media inter actiuas. Dicit̃ ꝙ Ariſto. ex obiectis plu ribus, plures arguit tactus, non ex diſpoſitione qualita•tiua: qm̃ comparatur obiectũ ſenſui, ut formatiuũ for•mabili: tunc ex multitudine formaꝝ arguitur multitu•

do potentiarũ:& cum ſunt plura obiecta impreſſiua in tactum:plures erunt ſenſus tactus:intelligendum ſecundo,ꝙ propter dicta Gale.p̃ de temperamentis cap.ulti. dixerunt quidam in mixtis imperfectis complexio inęqlis ad pódus parum diſtans,eſt de facto reperibilis: qm̃ reperiuntur quędã mixta ita imperfecta,ꝙ non habent formas diſtinctas ã formis elementorum, in qbus non eſt uera mixtio.Secundo in mixtis imperfectis complexio æqualis ad pondus;eſt reperibilis:non quia elementa ueniant ad mixtionem æquata:qm̃ hoc ĩpoſſibile eſt nec quia dicta complexio æqualis ad pondus ſit reperibilis tanquã terminus trãſmutationis:ſed eſt repibilis, tanquã medium trãſitus:qm̃ agens ueniens ad tale temperamentum,nullo modo poteſt ſuam actionem determinare,cum uenerit ad talem æq̃litatem pōderis, cum etiam tunc agens adhuc habeat ꝓportioné maioris inæqualitatis ad paſſum. Tertio in mixtis ꝑfectis homogeneis impoſſibile eſt talem complexionem ad pondus ęqualem reperiri:qm̃ tunc uenirent eleméta ad mixtionem ipſorum cum ſuis uirtutibus ęqualibus.Et de iſtis, inquiunt,intellexit Auic.prima primi,& Auer.2.colliget p̃,& ult.cap.Quarto in mixtis heterogeneis poſſibile eſt complexionem æqualem ad pódus reperiri,qm̃ in corpore talis animalis reperiũtur quædam membra multum frigida reſpectu æqualis ad pódus,& quædam multum calida reſpectu illius. Igitur poſſibile eſt in eo reperiri complexionem æqualem ad pódus: conſequentia patet:qm̃ ſi per dominium membrorum calidorũ, illud corpus recederet ab æquali póderis, illa poſſunt infrigidari,& contra.⁊ eodé modo dicũt de humido ⁊ ſicco.Quinto tale mixtum heterogeneũ ęquale ad pódus non poteſt reperiri tale ã generatione,ſed ſolum ex tépore,& ratio eſt:qm̃ toti nãli complexioni cõſiderate,ex coalternatiõe ꝑtiũ heterogenei correſpondet in

uno conſimili complexio cõſimilis: igitur impoſſibile eſt talem à generatione reperiri. Antecedẽs eſt Gal.ꝑ de temperamẽtis,& Auic.prima primi,& Auer.2.colliget, ubi poſuit,ꝙ qualis eſt complexio reſultans ex coalternatione partium,talis eſt complexio ſimilis ut cutis. & tenet conſequẽtia: qm̃ tunc elemẽta cõcurrerẽt ęquatis uiribus in generatione illius. Et de hac ęqualitate põderis in mixto heterogeneo ex tẽpore acquiſita,dicũt,intellexit Gal.ubi ſupra Dicũt quidam alii, ꝙ complexio æqualis ad põdus reperitur in rerum natura: ſed ſolum durat per inſtans: qm̃ cõtinuo approximãtur ſibi cauſę alterãtes,& permutãtes.ſ.aer,cibus,& potus etc.quę nõ permittunt eam ꝑmanere. Hoc etiam ſic probãt: motus alterationis fit in tempore,ergo & complexio, quæ eſt alteratiõis fit in tempore ultimo terminatiuo illius totius alterationis,& qm̃ continue fit alteratio. Ideo illa complexio nõ durat niſi in inſtanti: ⁊ hoc dictum dicũt eſſe cõmune de omni cõplexione.ſ.qđ habet eſſe in tẽpore dum fit: ſed in facto habet eſſe in inſtãti: ⁊ dicũt ultra iſti,ꝙ licet iſta duret ſolum per inſtans: non tñ debet negari ã Medico: ratio qm̃ corpus ſemper ſanum eſt in re rum natura.ergo & iſta complexio. Et hæc fuit opinio Petri de Aluernia,Dinus, & Antonius de Parma dicẽtes non dari,poſtea dixerunt,quod tãtum durat per inſtans,& Thomas de Garbo cõceſſit dari: ſed dicebat,ꝙ non erat ex qualitatibus elemẽtorum,Gentilis dicit nõ datur,neq; durans per tẽpus,neq; per inſtãs: ⁊ ꝙ Auer. ſolum dixit impoſſibile eſſe complexionem unam mediam inter illa,quæ ſunt extrema abſolute in fine: ut calidum & frigidum,album & nigrum, non inter contraria illa quæ ſunt extrema in eadẽ ſpecie humana, cuius extremum eſt complexio frigida,uerbi gratia,phlegmatica: & aliud complexio calida, uerbi gratia,cholerica. Vult igitur Auer.inquit,nõ eſſe impoſſibile hominem

temperatum habere complexioné mediam inter extrema ſpeciei humanę,ut patet 2.de generatione 48.ubi có tinuat dicta ſua ſic:& ex hoc apparebit etiam impoſſibile eſſe,aliquá cóplexionem temperatam eſſe,quá poſuit Gale..ſ.temperatam quæ eſt ſm extrema,quæ ſunt in fine:nó temperatam,quæ eſt ſm extrema cóplexionis ſpeciei,in qua cóſiderat medicina. Sed Vgo Senéſis dicit, ꝙ per huiuſmodi æquale intellexit Gal.illud in quo eſt ęqualiter de multitudine graduú qualitatum cótrariorum:ſiue iſti gradus ſint ęq; potentes in mixtione, ſiue nó.ſiue ex his ſequať cóplexio alia á q̃litatibus primis, ſiue nó.Et hoc,inqt,cóceſſiſſet Auer.& Auic. poſſe inueniri,quod patet in alteratione ſumme calidi ad ſumme frigidú,& ſimiliter in æquali cómixtione: ut facit Gal. loco citato.Et hęc eſt cauſa,quare Auer.2.colliget cap. primo dixit errorem Gal.eſſe paruum,qm̃ ſibi,aut non eſt error,qm̃ ſua ſententia eſt uera:aut ſi eſt error,eſt in homine:qm̃ non debet ſm mentem Auer.dici aliquod eſſe æquale ad pódus ex hoc ꝙ ſunt in eo æquales graduum qualitatum cótrariarum multitudines:ſed oportet,ut reſultet ab eis complexio,quæ ſit qualitas una uere æqualiter participans de uirtute utriuſq;:& hoc impoſſibile eſt.& cóceſſit Gal.ubi ſupra tale corpus in cuti téperati hominis,& Auic.ꝑm a primi, ubi dicit de cuti, & fortaſſe caliditas uenarum,&ſanguinis,& aliorú frigiditates in eorum æquátur.Pro quo intelligédum, ꝙ Gal.p̊ de temperamentis cap.ultimo,& 2.cap. p̊.uult dari æquale ad quod omnia comparátur, habés tantú de caliditate,quátum de frigiditate, & humiditate & ſiccitate:qm̃ quicquid dicitur calidum,aut frigidu;,dicitur in comparatióe huius,quod dicitur ęquale in uniuerſa ſubſtantia:& hoc eſt æquale póderale,quod uult dari in cute uolę manus hominis téperatiſſimi & ꝓcipue in extremitate digitorum.& hoc ęquale eſſe ꝓbat Gal.róne,

& experimento:qm̃ cutim uolę manus natura fecit organum & regulam ſenſus tactus: organum autem, quo debemus iudicare extremas q̃litates,debet eſſe uere medium in uniuerſa ſubſtantia,ad quod quælibet res mũdi comparatur.Experimento patet:qm̃ ſi æqualiter miſceantur extreme frigida,& extreme calida,ut aqua feruens & glacies aut nix ſit medium inter calidum & frigidum.Sil'r ſi aquę & pulueris partes ęq̃les miſceantur, fiet mediũ inter duritiem & mollitiẽ. Tunc dicit Gal.ſi tangas hoc mixtum æquale habebis, ęx eo cognitionẽ rei mediæ in uniuerſa ſubſtãtia inter calidũ & frigidũ, humidum ⁊ ſiccum.Poſtea ſi tãgas alios uidebis quoſdam calidiores,& frigidiores, quoſdaȝ humidiores,& quoſdam ſicciores reſpectu huius: & ſi tãgas cutim tẽperati hominis, uidebis talem ęqualitatem in calido & frigido,humido ⁊ ſicco. Vult quoqȝ Gal.ꝙ in quacũqȝ ſpecie ſit inuenire unam complexionẽ ęqualem,quę nõ eſt æqualis põderalis in uniuerſa ſubſtantia, ſed eſt media in ſpecie illa, ut in ſpecie canis, & hæc uocatur cõplexio ęqualis quo ad iuſtitiam.Et hæc cognoſcitur,inquit Gal.ex operationibus,quæ ipſum animal cõſequũtur: nam homini decens eſt ut ſit ſapientiſſimus ⁊ prudentiſſimus,cani ut ſit humiliſſimus,leoni ut ſit fortiſſimus,& oui ut ſit mitiſſima. & ſic homo ille erit æqualis quo ad iuſtitiam,qui omnium eſt ſapientiſſimus:⁊ in ſpecie canis, ille eſt æq̃lis, qui eſt fortiſſimus & humiliſſimus:in ſpecie leonis, qui eſt fortiſſimus, & in ſpecie ouis,q̃ eſt mitiſſima. Notat tamẽ Gale.ꝙ hæc mixtio,q̃ ſit à nobis non eſt mixtio uere ęqualiter ſm ſe,ſed ſolũ ſm ſenſum:qm̃ hãc ſolus Deus poteſt facere. Et ideo ꝗa Deus cutem uolę manus hominis tẽperati uere mediaȝ creauit inter omnes extremitates.ſ.inter calidum & fridum,durum & molle.Ipſa uere æqualis in uniuerſa ſubſtãtia erſit:ſed dices ex fundamẽto Auer.impoſſibile eſt

fieri unum ex contrariis in determinata ſpecie, niſi alte rum uincat & habeat rationem formæ. Dici poteſt primo hoc fieri à qualitatibus elemẽtorũ in gradu æqualibus, & ab una in uirtute dominante.ſ.caliditate dici poteſt & aliter, ꝙ dictum Auer. ueritatẽ habet in mixtis non animatis, modo in cuti eſt ipſa anima, à qua habet eſſe in determinata ſpecie, & nõ à forma dominãtis elementi. Ad ſecũdum argumentum principale dicũt quidam oẽs complexiones eſſe calidas qđ ſenſui repugnat, de marmore, & ferro. Etiam Gale. apes, & formicas eſſe animalia frigida & ſicca dixit 2. de temperamẽtis cap. p. Sed dicendum, ꝙ datur complexio calida, & frigida, & dantur extrema reſpectu iuſtitialis. æqualis, & nõ reſpectu ęqualis põderalis. Ad tertium dico ꝙ ubi eſt magis & minus, ibi eſt aliquo mõ mediũ: ſed nõ ęquale ad põdus. Ad quartũ dicunt aliqui, ꝙ in reductione comple xionis melancholicę ad ſanguineam fit trãſitus per me dium: ſed non eodem tempore peruenitur ad medium qualitatum actiuarum & paſſiuarũ: qm̃ facilius eſt frigidum calefacere, q̃ ſiccum humectare: nec natura pate retur ꝙ inducerẽtur latitudines pari filo. Dicũt alii, ꝙ in tali permutatione nõ oportet deuenire ad mediũ põ derale. Vnde Auer. 2. de anima, ab extremo ad extremũ eſt tranſitus per medium: non tñ per omne medium: ut tranſitus ab albo ad nigrum, ſtat ꝙ fit per uiride tm̃, & non per omne medium. Et ita medium illud, per quod tranſibit erit temperatum, nõ ponderale: ſed iuſtitiale: neq; inter illas cõplexiões eſt mediũ põderale, ſed iuſti tiale. Ad quintum negatur ſimilitudo: primo qm̃ 4. cœ li cõmen. 24. medium inter cõtraria eſt compoſitum ex contrariis. Et ideo oportet, ꝙ ſi debet unum eẽ ſm for mam, ꝙ alterũ uincat: ſed mediũ in loco nõ eſt compo ſitum ex ꝯtrariis. Secũdo quoniã cõmẽ. 38. medium in loco aliquo mõ eſt duo: eſt duo in forma, ⁊ duo in ſub

iecto:ſed medium inter cõtraria eſt unũ in ſubto,⁊ duo in forma,inquãtum medium debet habere intẽtionem duorum contrariorum.Ad ſextum æquale ad põdus li cet non ſit in re,nec eſſe poſſit: ipſum tamẽ eſt intelligi bile:& ſic comparatur æquale ad iuſtitiã ad æquale ad pondus,ſcđm eſſe quod habet in intellectu.Secundo di citur æquale ad iuſtitiam eſſe propinquum uere ęqua li ſi imaginato, uel uere æquali ſi eſſet. Ad ſeptimum dicitur quòd cibus eſt temperatus apud Medicos. Et intelligit Auer.quòd illa eſt propinqua ponderali. Ad octauum dicit unus doctor iudicabit ſenſus exterior in tali obiecto eſſe frigiditatem:nõ tamẽ illud obiectũ eſſe frigidum.qm̃ hoc pertinet ad altiorem uirtutẽ.Di cunt alii tactũ illum perfectiſſimũ iudicare ſcđm ꝙ ſibi imprimitur:impreſſa eſt aũt frigiditas:ueluti oculus ci trinus indicat,ſm ꝙ ſibi imprimit̃:oritur aũt deceptio in iudicãdo:qm̃ agens agit qñq; ſm modũ paſſi.ſed de hi dicã in ſequẽti dubio.Ad argumẽta Iac.pro ſolutiõe primi p̃mittit primo Iac.ꝙ qualitates localiter motiuę ſunt qualitates quæ ſunt inſtrumẽtale principium mo tus localis:ut grauitas & leuitas. Scđo p̃mittit, ꝙ qua litates motiuę naturaliter ſituatę nõ faciũt tractum ſur ſum,neq; deorſum:ſed cum ipſę fuerint extra locum ad quẽ naturaliter inclinant,tractum, uel inclinationẽ fa ciunt ſurſum uel deorſum: qm̃ ſicut huiuſmodi qualita tes inclinãt mobilia naturalia, ut ad hunc locum uel il lum moueãtur:ita naturaliter inclinant,ut in illo loco quieſcant.Pręmittit tertio non eſſe poſſibile duo cõtra ria inſtrumẽta eidem principali agenti & pticulari for mæ eſſe æqualiter cõueniẽtia:qm̃ duo contraria inſtru mẽta neceſſario ſunt diuerſorum generu; perfectionis. Quarto p̃mittit, ꝙ æquale ad pondus imaginari põt uniformiter tale: ut ſi imaginetur unum corpus cuius quęlibet pars quãtitatiua habet quatuor gradus graui

ratis,& quatuor leuitatis: & de hoc eſt ſermo in propoſito: uel difformiter tale: ut ſi eſſet unum corpus bipedale, cuius unum pedale eſſet leue, ūt quatuor, & aliud graue ut quatuor. Et hoc ſecūdo modo non repugnat fore æquale ad pondus. Concedit deinde has concluſiones. Prima poſſibile eſt quo ad q̄litates localiter motiuas eſſe aliquod corpus æquale ad pōdus, ut deducitur per primum argumētum. Secunda concluſio dato tali æq̄li ad pōdus, illud nō quieſceret ubicūq; poneretur: q̄m ponēdo/a/fore tale æquale ad pōdus, in quo ſit leuitas ignis ut duo, & ſimiliter aeris, & grauitas terrę, ut duo, & ſimiliter aquæ: Patet ꝙ ipſum ſituatum in ſphæra aq̄ ſurſum mouebit: q̄m trahūt ſurſu leuitas ignis, & leuitas aeris, & nō rēſiſtit grauitas aq̄, ut patet per ſecūdam ſuppoſitionem: & per idem patet, ꝙ tale corpus ſituatū in ſphæra ignis uel aeris mouebit deorſum. Ex qua cōcluſione p̄ corollarie infert, ꝙ tale corpus æq̄le ad pōdus moueretur deducto impedimēto, quouſq; medietas eius eſſet ſituata in ſphæra aquæ, & alia medietas in ſphæra aeris: q̄m uſq; tunc trahens eſſet maior, q̄ potētia reſiſtēs. Secundo infert, ꝙ deducta reſiſtentia medii, uel impedimēto ſufficiente impedire motū. tale corpus circūſituatum continue circulariter moueretur. Et hoc ſic deducit ponēdo/a/taliter qualificatum fore bipedalis quātitatis, & ꝙ/b/ſit pedale exiſtens in aere, & /c/pedale exiſtens in aqua: & patet ꝙ in/b/potentia trahens deorſum eſt ut quatuor: q̄m duo aquæ, & duo terræ: reſiſtētia tñ ē p̄ciſe ut duo. ſ. duo ignis: in/c/uero pedali ē contra potentia trahēs ſurſum eſt ut quatuor: q̄m duo ignis, & duo aeris: reſiſtentia uero eſt præciſe ut duo. ſ. terrę. Tertio infert, ꝙ deducta reſiſtētia medii, aliquod æquale ad pōdus alicubi ſituatū ſubito moueretur: q̄m ſi eſſet uacuū in ſphæra ignis/a/ibi poſitum ſubito moueretur: q̄m aliquāta foret potētia motiua, & non aliquanta

quāta foret reſiſtētia. Ex quo ulterius patet, inquit, non uelocius poſſet moueri ſimplex in uacuo, q̄ȝ mixtū, Tertia cōcluſio: poſſibile eſt ſimul fore aliquod æquale ad pondus, tam quo ad qualitates alteratiuas q̄ȝ motiuas localiter. probatur cum caliditate ⁊ humiditate intēſa, ſtat intenſa leuitas & intēſa grauitas. Similiter cū intēſa frigiditate & ſiccitate, ſtat intēſa grauitas, & ſimiliter intenſa leuitas, ut in borea, igitur non repugnat cum tēperamento æqualiter medio iſtarum duarum cōtrarietatum ſtare temperamētum pōderale inter mediū grauitatis & leuitatis: patet cōſequētia: qm̄ quorūcūqȝ extremorum inter ſe non eſt repugnātia, eorum mediorum inter ſe nō eſt repugnātia. Quarta ↄcluſio pro intētione Auic. Impoſſibile eſt aliquod corpus naturale in ſua naturali diſpoſitione determinare ſibi æqualiter de grauitate ⁊ leuitate: qm̄ impoſſibile eſt grauitatem & leuitatem alicui corpori naturali, uel eius formę ſubſtātiali æqualiter fore conuenientem, ut patet per tertiū ſuppoſitum. Quinta concluſio. Nullum corpus naturale, in ſua naturali diſpoſitione exiſtēs, ſibi limitat temperamētum medium pōderaliter, tam qualitatum alteratiuarum, q̄ȝ qualitatum localiter motiuarum. Circa primum ſuppoſitum aduerte, ꝙ ſubſtātia in mouendo localiter non indiget inſtrumento: qm̄ dato inſtrumēto, ipſa non eſſet natura ꝓprie operās: ſed in alterādo, bene requiritur inſtrumētum. ſ. qualitates alteratiue. & ꝓpterea dixit Ariſto. in de ſenſu & ſenſato ignem nō eſſe per ſe actiuum: qm̄ indiget qualitate tāquā inſtrumēto. Præterea uult Auer. grauitatem & leuitatē eſſe formas ſubſtantiales elemētorum, & non accidentia, dicens .3. cœli 17. in fine. Prima forma ſubſtantialis exiſtit in materia. ſ. grauitas & leuitas. Idem in prologo quarti cœli & in cōmen. p̄. eiuſdem quarti. Et dicunt ab eodem naturę quarto cœli cōmen 2. Natura autem omnis ſubſtā

tia eſt.2 phyſico.tex.cōmen.4.& primo cœli cōmen.17.
Grauitas eſt natura,quæ eſt forma,ex qua procedit deſceſus.Item.2.de anima cōmen.108.graue & leue ſunt in prędicamētō ſubſtātię,& 4.cœli cōm.20.in fine:impoſſibile eſt ponere grauitatē & leuitatem ſub accidēte,ſic intelligendo,ꝙ grauitas ⁊ leuitas ſint res quæ eſt accidens. uerumtamē eſt, ꝙ aliquādo grauitas & leuitas ſumuntur pro grauitatione, & leuitatione iuſta Auer.4. cœli.29.grauitas & leuitas,quas habent elemēta in ſuis locis,nō eſt niſi uelocitas motus ad ſuperius ⁊ ad inferius ab eo qui facit uiolentiam. Circa ſecūdum ſuppoſitum nota,ꝙ improprie dicunt grauitas ⁊ leuitas ſituari: ſed melius dixiſſet,corpus per grauitatem & leuitatē ſituatum.Circa tertium aduerte:qm̄ dicit duo ꝯtraria: ⁊ tamē cōcluſione quinta ſecūdi articuli pro iſta ſuppoſitione accipit caliditatem ut quatuor, & frigiditatem ut quatuor,quę non ſunt contraria,ſed ſe compatiūtur in uno ſubiecto.Circa ꝯcluſionem primam, dixit ipſā deduci per primū argumentū:ſed diceret Auer. grauitates & leuitates,nō poſſe permiſceri ad inuicem in gradibus remiſſis in eodem ſubiecto:qm̄ ſunt formæ ſubſtātiales & non qualitates:ꝙ ſi ſe compatiantur in mixto, nō tamē in eodem ſubiecto,ſed in diuerſis materię partibus.Circa ſecūdam cōcluſionem, notādum ꝙ nō cōputat Iac.omnem reſiſtētiam: qm̄ cum ipſius/a/incipit motus ſurſum,ipſum/a/incipit exire ſphæram aquæ,& ſic grauitas aquę reſiſtere,& non tātum grauitas terrę. Item dicit,ꝙ grauitas aquæ nō reſiſtit. ut patet per ſecūdum ſuppoſitum:modo hoc eſt falſum: quoniā in ſecūdo ſuppoſito ſupponit nō actiuitatem: hic autem in cōcluſione,nō reſiſtētiam: ⁊ ita unum ſupponit in ſecūdo ſuppoſito & alio utitur in argumentatione. Præterea in cōcluſione arguendo ſupponit nō reſiſtētiam, quod eſt falſum:immo unūquodqꝫ elemētum in ſua propria

ſphæra reſiſtit ſemper cuicũq; moueti ipſum & deduce re uoléti de ꝓpria ſphęra. Aduerte ꝙ in his duabus cõclusionibus opponit ſe Iac. doctoribus antiquis Algazeli, Auerroi, Auicénę, pluſq; Cõmentatori, & ueritati. ſic oſtéditur primo: qm̃ omne mixtum determinat ſibi locum, in quo naturaliter inclinatur: ſed æquale ad põdus non determinat ſibi locum: qm̃ mixta locantur elementorum locis. ſecũdum enim dominium eleméti locatur mixtum. igitur nullo elemẽtorum dominãte, nullum locum ſibi determinat: & ſic non omne mixtũ habebit motũ localem, quo inclinetur in locum: qm̃ non habito loco, nõ poteſt motus haberi, quo mobile mouetur in locum naturalem: qm̃ negato termino negaẽ motus. Secundo in tali non poſſet eſſe forma una: patet, qa nõ unus motus, nõ unus locus: qm̃ nõ magis ad hoc, q̃ aliter declinatur ratione æqualium potétialiũ. Habentur demõſtrationes iſtæ ab Auer. ꝑ Canticorũ, 2. de generatione, ꝑ cœli cõmé. 7. 10. Metaphyſi. cõmé. 23. tertio 2. de generatione 49. ſi aliquod mixtum naturaliter eſt in aliquo loco, uel é illud: uel à ꝑdominio illud. Item primo cœli cõmen. 7. & 8. Motus mixti eſt ab elemento dominãte. Item 2. de anima 14. 39. & 2. de generatione 49. Quarto impoſſibile eſt dari unũ mixtum, in quo ſint tres gradus qualitatis ignis, duo aeris, duo aq̃, duo terræ. Igitur impoſſibile eſt dari æquale: patet cõſequentia, ⁊ antecedens probatur: quoniá ipſo dato & in aere poſito, neq; aſcenderet, neq; deſcenderet. nõ enim aſcenderet: quoniá aggregatum ex leuitatibus ſe habet in ſeſquiquarta proportione ad agregatum ex grauitatibus: & in aere, aer nõ grauitat nec leuitat: & ſic remanent ſolom tres in his: nec deſcenderet: quoniam ſi deſcenderet, hoc eſſet propter quatuor gradus grauitatis terræ & aquæ. Et ſic motus ille non eſſet ad motum elementi ꝑdominãtis, ſed prędominãtium: & ſic unus mo

tus ſimplex, eſſet à pluribus naturis ſimplicibus, quod nó eſt dicẽdum: qm̃ primo cœli.unius motus ſimplicis eſt una natura ſimplex. Circa corollariũ primũ ſecũdæ cõcluſiõnis, aduerte, ꝙ ſi tale corpus quieſceret inter aerem & aquã, cum naturalis locus debeat eſſe cõformis & ꝓportionalis locato: plus neceſſario participaret de aqua & aere, & ſic ipſum non eẽt æquale. Quod etiam cõceſſit in ſecũdo corollario: vȝ ipſum circulariter moueri, eſt falſum: qm̃ uel girat ad dextrũ, uel ad ſiniſtrum, ante, uel retro etc. ſed nó magis ad hoc, ꝗ̃ illud. Ergo ꝓpter eius differentiam, ad ſurſum, deorſum ens nó mouetur: ſicut dixit Ariſto. de uacuo, ꝙ ꝓpter indifferẽtiã non mouetur: qm̃ quandocũqȝ aliquod corpus habet indifferẽtiam ad quãcũqȝ differentiã poſitiõis, nó circulariter mouetur: immo nó mouetur: ſed tale corpus eſt eiuſmodi: qm̃ ita bene deberet moueri ad dextrũ uel ad ſiniſtrum, ſicuti ad alias poſitionis differẽtias: quoniam non maior ratio de una, ⁊ de aliis ratione potentiarum motiuarũ æqualium inter ſe. Sed Caietanus ꝑ cœli cõmen. 7. dubio 4. dicit, ꝙ tale corpus ſic qualificatum recte moueref potius ꝗ̃ circulariter. Et Albertus Paruus quæſtione prima dicit, ꝙ ſibi nullus aſſignaref locus, neqȝ recte moueretur, neqȝ circulariter. Auer. eodem cõmẽ. 7. dicit, ꝙ ibi poneretur ipſum quieſceret: ſic enim dicit: ſi eſſet, contingeret ꝙ aliquod corpus non moueretur omnino, ſed ſtaret in quocũqȝ loco poneretur, ſtaret aut ſuperius, aut inferius, aut in medio duorũ contrariorum & moueretur in cæteris, quod non inuenitur. Alii admiſſo ꝙ detur tale ęquale ad imaginationem dicũt ꝙ ubicũqȝ moueretur, & ubicũqȝ quieſceret, & ꝙ recte moueretur, & circulariter: ut dixit Iac. Nec poſſibile eſt æquale ad pondus, quo ad qualitates alteratiuas. ut dicit tertia cõcluſio: qm̃ complexio ſurgit in eſſe ex actione ⁊ paſſione qualitatum cõtrariarũ in ele

mentis inuentarum:ſed ſi quãtitates qualitatum cõtrariarum ſint ſimiles,nulla fiet actio: cum actio ſemꝑ fiat à proportione maioris inęqualitati .& ſic nulla proueniret complexio:ſupponit autem æqualitas põderis ęqlitatem qualitatum in actiuitate & reſiſtentia.Secundo ſicut ſe habẽt qualitates primę ad elemẽta,ſic cõplexiones ad mixta:qm̃ ſicut elemẽta agunt ſuis qualitatibus: ita mixta ſuis cõplexionibus: ſed cũ quãtitates qualitatum ſint æquatæ & illigatę pariter uſq; ad minima:nõ habebit forma in tali inſtrumentum,quo operetur contraria.Et ex his patet ſolutio primi argumẽti:qm̃ dictũ eſt,ꝙ Auer.diceret,ꝙ grauitas & leuitas non poſſunt ꝑ miſceri adinuicem in eodẽ ſubiecto.Alii dicerẽt,ꝙ tale corpus erit æquale tantum per inſtans,& in potẽtia,nõ in actu & in tempore:contra applicetur conſeruans.Itẽ tale corpus non dependet à tempore & motu.ergo per tempus poteſt durare.Dicitur ꝙ conſeruãs debet eſſe ſimile,& nullum tale poſſe per tempus applicari: item dependet tale corpus à motu:quia eſt in tranſitu. Ad ſecũdum argumentum de oleo. Dicitur ꝙ licet aſcendat in aqua,non tamẽ æqualiter trãſitum facit ſurſum, ueluti in aere deorſum.Item oleũ nõ ſupernatat omnibus corporibus aere grauioribus,ut eſt manifeſtum de uaporibus craſſis in aere deſcendẽtibus. Item oleũ licet in duobus aſcendat,& in duobus deſcẽdat: nõ tamẽ æqualiter deſcendit in duobus:qm̃ in igne uelocius deſcẽdit q̃; in aere.& ratio eſt,quia dum eſt in aere,eſt in ſphęra ꝓpria ſuo dominatori,ubi non deſcẽdit,niſi quia cedit nobiliori,in igne aũt deſcendit:quia locus ibi eſt repuguãs. Sed dices:oleum aſcẽdit & deſcendit:& per aliam naturam aſcendit:& per aliam deſcendit.igitur ipſum mouetur ad motum ꝑdominãtium. Aſſumptum probatur: quæro an oleum ſit aereum à ꝑdominio;uel terreu; .ſi aereum:tunc oleum in aere poſitum,ex quo ꝑdominat.

aer,eſt in loco ſibi naturali,& ita ſtabit & non deſcen- det:cōſeques contra ſenſum eſt.Si ſit terreum,igitur nō ſtabit ſuper aquam:igitur mouetur ſm motum elemen torum dominātium,& ex ui duarum naturarū.Dicitur ipſum eſſe aereum:& cum dicitur ſtat in aere, dicitur ꝙ in partibus aeris eſt latitudo:& ſm illam eſt ordo in lo catione.Vnde aeri,uerbi gra ut octo cedit aer ut ſeptē. & ita ſeptem reſpectu octo deſcēdit in aere:qm̄ nobilio ri,nobilior debetur locus:modo aer exiſtēs in oleo,qa refractus,eſt omnium impfectiſſimus, ideo cedit oibus aliis partibus aeris,quæ ſunt ea nobiliores.In aqua aūt aſcendit,quia in eo dominatur aer:ſimiliter & in terra. Ad tertium argumentum Iac.negatur antecedēs.Vnde Auer.2.de generatione cōmen.48.in fine. Mixtio cōtra riorum fit,quādo alterum nō dominatur ſuper alterū, neqȝ habent æqualem potentiam:ſi enim potentia alte- rius fuiſſet ſimpliciter dominans, erit corruptio domi nati,& generatio dominātis:& ſi æquales fuerint potē- tiæ:tunc non fiet altera forma,ut declaratum eſt 4. Me teoro.& cum potētia alterius non fuerit dominās ſim pliciter,ſed dominās dominata, generabitur ex eis ali- quod medium:ſed tamē declinabit ad partem dominā tis.Et ideo hoc mediū,ſm quod eſt declinās ad alteraȝ extremorum,habet aliquā latitudinem recipiētem ma- gis & minus. Ad quartum argumentum,dicunt aliqui hoc æquale in tranſitu ſolum durat per inſtans, & hoc non eſt contra Auerro. quoniam non loquitur Auer. de æquale ad pondus quod eſt ſenſibile. ſed hæc reſpō- ſio non poteſt ſtare: quoniam ſi non repugnat me- rito formarum,ut ſit æquale per inſtans,non repugna- bit,ut ſit per tempus.Dicunt alii,ꝙ agēs fortius aget in partem propinquā,ꝙ̄ in remotā,& ſic ſi una pars aquę erit calidior,alia erit frigidior.Hęc reſponſio etiam nō ualet:quoniā tenentes minima naturalia, tenere habēt

actionem fieri per minima,& æqualiter per totum minimum. Capiatur igitur minimum aquæ: tunc in tranſitu habebit æqualitatem in qualitatibus motiuis & alteratiuis. Sed ſtando in fundamento Auer. 10. metaph. cōmen. 23. ꝙ impoſſibile eſt ex contrariis fieri unum in determinata ſpecie permanens, niſi ad alterum uincat & habeat rationem formæ, dicendum ꝙ quando ex aqua fit aer in tranſitu, fit unū mixtum imperfectū quod nō eſt in ſpecie determinata. Sed ex dictis oritur dubitatio: quoniam uidetur concedendum motum aliquem naturalem tardiorem eſſe in fine, q̄ in principio: ut poſito mixto in ſphęra ignis trium graduum grauitatis terrę, & totidem aquæ: duorū graduum leuitatis ignis, & totidem aeris: nam tale mixtum in igne mouebitur à proportione octupla: ſit nāq; reſiſtentia ſphęræ extrinſeca ut unum: cū erit in aere mouebit̃ à ꝑportiōe dupla: qm̃ reſiſtentiæ ſphæręut unū, & duo gradus leuitatis ignis erunt reſiſtētia ut tria: potētia motiua erit ut ſex, tres. ſ. gradus grauitatis aquę, & totidem terræ. Item apparet poſſibile aliquod graue uelocius deſcēdere in pleno, q̄ in uacuo. Nam ſi ſit unū mixtum ex quatuor gradibus grauitatis terræ, & quatuor aquę, & quatuor gradibus leuitatis aeris, & tribus leuitatis ignis, & ſit in ſphæra ignis, quæ reſiſtat extrinſece ut unum: infra aūt ſphęrā ignis, ſit uacuū uſq; ad cētrum mūdi. Iſto caſu poſito: illud mixtū deſcendet in ſphęra ignis reſiſtēte ſicut unū proportione duodecupla: qm̃ tam aer, q̄ aqua, q̄ terra trahit deorſum: cum ſint innaturaliter ſita, & ſolum medium extrinſecum reſiſtit ut unum: leuitas enim ignis non reſiſtit in ſphæra ſua: deinde quando illud mixtum pertingit ad uacuum, ubi deberet eſſe aer amplius quatuor gradibus grauitatis motiuę aeris non trahunt deorſum: ſed ſolum quatuor aquæ, & quatuor terræ: & tunc tres gradus qualitatis motiuę ignis reſi-

reſiſtunt.Et p cōſequēs tale mixtū in uacuo deſcēderet à ꝓportione.8.ad.3.quod prius deſcendebat in pleno à ꝓportione duodecupla ad unū:mō ꝓportio duodecu pla ad unum maior eſt, ꝙ̄ proportio.8.ad tria:⁊ cum ꝓportio uelocitatis in motibus ſequatur ꝓportionem potentiaꝝ mouētium ad ſuas reſiſtētias.Sequitur dein de mixtum moueri uelocius in pleno,ꝙ̄ in uacuo.Hæc duo cōcepit Albertus Paruus ꝑ cœli.Sed ꝯſiderādum: qm̄ ſi ratio prima ualeret,proueniret motus à ꝓportio ne minoris inęq̄litatis:qm̄ tale mixtū in aqua eēt potē tiæ motiuę ut tria,& reſiſtētia eēt,ut qnq3.Quare dicē dum motū nālem rectuꝫ ſemp eſſe ueloċiorē in fine,ꝙ̄ in principio:⁊ falſum eſſe fundamentū eorū,q dicūt ele menta in locis ꝓpriis non hr̄e grauitatē & leuitatē:hn̄t enim grauitas & leuitas duo officia,quorū unū eſt mo uere mobile ad locum naturalē,aliud eſt cōſeruare mo bile in ſuo loco naturali ſi fuerit intra:& ꝓcedēdum eſt elr̄nta media extra locū nālem habere grauitatē & gra uitare.& in loco naturali hr̄e grauitatem:ſed nō graui tare.Reſiſtūt etiā elr̄nta in ꝓpriis regionibus deſideran tibus trahere extra eorū ſitus nāles.Mixtū igr̄ illud cō tinue uelocius mouebr̄,in igne qdē leuitatis ignis duo gradus reſiſtunt.& qn̄ eſt in aere, ignis impedit reſiſten tiam aeris exn̄tis in ꝓptia ſphęra:ubi prius nō tm̄ impe diebat,uel creſcit potētia motiua mixti:qm̄ pars medii cōtinue reddr̄ potētior atq3 potētior.Et plus ꝓportio nabiliter augr̄ potētia actiua,ꝙ̄ reſiſtētia.Ad ſecundū cōiter dicr̄,ꝙ tale mixtū in uacuo in inſtāti mutarr̄:⁊ dato,nō ꝯceſſo,ꝙ fiat motus in uacuo:fiet uelocior lō ge in uacuo.Neq3 eſt uerū ignem non reſiſtere in ꝓpria ſphæra qnimo ibi magis reſiſtit, ꝙ̄ in aere aut uacuo. tum qa uirtus unita eſt fortior:tum qa impedit reſiſten tiam aeris:tum qa aucta eſt potētia actiua, & diminuta reſiſtētia.Et hęc ſatis ſint de hoc quæſito.


PAMPHILI MONTII
BONONIENSIS

Quæſtio De Temperamento Hominis.

QVAERITVR: utrum complexio humana ſit cæteris propinquior æq̃li ad pondus. Secũdo quæritur utrum inter cõplexiones humanas æqualitas ſecũdi modi ſit ꝓpinquior æq̃li ad pondus. Quòd nõ: quodlibet uiuens uita ſenſitiua recedit ab æquali ad pondus per calidum & humidum: ſed multa ſunt uiuentia uita ſenſitiua, quæ homine ſunt minus calida & humida. Igitur multa ſunt uiuentia æquali ad pondus homine ꝓpinquiora. Prima pars aſſumpte ꝓbatur. primo, qm̃ omne animal generatur per digeſtionem, quæ fit à calido. Secundo qm̃ generatio uiuentis eſt prima participatio animæ in calido naturali, & uita eſt eius ꝑmanſio, ut in de morte & uita Ariſto. Tertio qm̃ omne uiuẽs nutritur & digerit: & omnis digeſtio fit à calido. Quarto quoniã in omni mixtione uincens eſt ignis, ⁊ calor eius: ex Auer. 4. Meteororũ. Quinto qm̃ in generatione mixti oportet cõmiſceri elementa à uirtute dominãtis: hoc autem non eſt frigidum: quia frigidum immobilitat, & non per ſe ingreditur opus naturę. Igitur erit calidũ uincens in cuiuſlibet mixti generatione. Sed complexio ſequitur materiam qualitatis uincentis:

Ideo in quolibet mixto complexio erit à prædominio calida. Sexto cuiuſlibet ſenſibilis ſubſtantiæ operationes omnes perficiuntur calido, ut in ſumma de uirtutibus. Igitur in omni tali uincit calidum. Præterea uita & ſanitas magis attinent caliditati, q̃ frigiditati: ut Auic. prima primi, in oppoſitũ, ſenſus tactus eſt in homine pfectiſſimus reſpectu aliorũ animaliũ 2. de anima tex. cõmen. 94. hoc aũt eſſe nõ poteſt, niſi ponẽdo ipſuꝫ maxime medium: eo ꝙ oportet ipſum eſſe denudatũ ab excellentiis tãgibilium. ideo organum tactus humani corporis habet complexionẽ maxime mediã, & perinde uidetur tactum temperati hominis fore mediũ, ꝛ ab excellentiis tangibilium magis denudatum reſpectu tactus diſtemperati. Secũdo dato oppoſito. ſequitur tactũ melãcholici eſſe pfectiorem, q̃ ſit tactus temperati, q̃ eſt contra Gal. p̃ & ſcd̃o de temperamentis, & Philoſophum 2. de anima tex. cõmen. 94. ſecũdũ enim hunc ſenſum iudicamus homines ingenioſos, uel nõ ingenioſos eſſe: duros enim carne, duros mente: molles carne, molles mente, ſiue aptos dicimus. Et ꝓbatur cõſequentia, ſic arguendo. Omne cuius organum tactus eſt ꝓpinquus æquali ad pondus melius ꝛ rectius iudicat: ſed organũ tactus melancholici eſt huiuſmodi igitur etc. Tertio ſit latitudo qualitatum primarũ, & complexionum, cuius in extremo/a/ſit caliditas ut ſeptem, ꝛ in extremo/b/frigiditas ut ſeptem, ꝛ in medio/c/ſit caliditas ut quatuor & frigiditas ut quatuor, & iſtud mediũ/c/ſit quod æq̃liter gradualiter diſtat ab extremis, q̃ imaginatur eſſe æquale ad pondus. Tunc in latitudine ſituentur cõplexione hoc modo: inter gradum ut quatuor ꝛ q̃nque ponantur animalia parum, aut nihil ſanguinis habẽtia, ut ueſpæ, formicę, apes: & ſint in gradu, ut quatuor cũ dimidio. In gradu uero ut quatuor cuꝫ duabus tertiis, ſit complexio melancholica & phlegmatica: in gradu ut

quinque,ſit complexio temperata,in gradu,ut quinque cum dimidio,ſit complexio ſanguinea:in gradu ut ſex, ſit cholerica:in gradu ut ſeptem,ſint leones,ſerpētes,& alia magis calida.Non ulterius procedunt Medici quo ad complexiones: eſt enim latitudo Medici angu-



ſtior latitudine Phi.Tunc ſic arguitur.de quocūq; tangibili recte iudicat temperatus,de eodem recte iudicat melancholicus,& non ē cōtra:igitur etc. Aſſumptū patet:qm̄ ita bene iudicat melācholicus à.5.uſq; ad.7.illa eſſe calida,ſicuti & temperatus.Et ſimiliter temperatus iudicat à quatuor aſcēdendo uſq; ad extremū frigidu;, illa eſſe frigida,ſicuti & melancholicus,& bene. & melancholicus in medio inter quatuor & qnque, ut inter diſpoſitionem eius,& temperati bene iudicat, qm̄ dicit illa eſſe calida:ubi temperatus dicet illa eſſe frigida, & male, ex quo iſta caliditatem habent dominantem. uel ſic,ſit homo temperatus calidus, ut quinq;, homo melancholicus calidus,ut quatuor cū dimidio,ſit obiectū calidum ut quatuor cum tribus quartis.tunc iſtud obiectum à melancholico iudicabitur calidum, & à tēpe-

rato frigidum.igitur melius iudicabit melancholicus, q̃ temperatus.Pro horũ ſolutiõe,ſupponit primo Forliuienſis,ꝙ perfectius operatur anima ſuas operationes mediante temperaméto uel æqualitati iuſtitiali,q̃ mediante aliqua diſpoſitione lapſa: quoniã iuſtitiale temperamentum eſt inſtrumẽtum aĩæ proportionatiſſimũ ad operatiões exercendas.Sed hic cadit difficultas. An quælibet operatio ſit perfectior in corpore temperato, q̃ ſimilis in corpore diſtemperato. In qua difficultate Iac.prima primi q̃ſtione 19.& 2 artis medicinalis q̃ſtione 4.primo ſupponit,ꝙ diſtinctis formis ſcd̃m ſpecies, diſtincta tẽperamenta ſm̃ ſpeciem correſpondent:patet quoniã cum tẽperamento canis,non cõuenienter exerceret, anima humana ſuas operationes, quãtũcunque canis habeat in organo ſuo optimam diſpoſitioné pro operatione olfactiua.Ex quo ſequit̃,ꝙ uiſum perfici ab aliquo alio magis,q̃ ab homine,non ſolum eſt merito inſtrumenti.ſ.complexionis,ſed etiã merito formæ,cui illud inſtrumẽtum eſt maxime proportionatum, & illi operationi taliter conueniẽs,qualiter non eſt conueniens formæ humanæ. Vnde uult inſtrumẽtum actionis debere ꝓportionari agenti & actioni.Ex quo ſequitur, ꝙ licet tam forma canis, q̃ hominis ſit ꝓductiua operationis olfactiuæ, nó tamen æque apta eſt huiuſmodi operationé forma humana perficere,ſicut forma canis, eo ꝙ temperamẽtum huic operationi ꝓportionatum, poteſt eſſe formæ canis proportionatum, & nó formæ hominis. Ex quo ſecũdo ſequitur,ꝙ licet complexio tẽperata hominis ſit inſtrumentum magis formæ humanæ ꝓportionatũ,q̃ diſtemperata: tamẽ in homine pót eſſe minus ꝓportionata actioni,q̃ in brutis.Poſtea tenet Iac.has duas cõcluſiones.prima:quælibet operatio eſt magis perfecta in corpore temperato, q̃ in diſtẽperato ſibi ſimili,aliis paribus: patet quoniã q̃libet ope-

ratio in corpore temperato ꝓuenit à temperamēto iuſtitiali: ſed cæteris paribus, melius perficit operationes temperamētum iuſtitiale reſpectu illius, q̃ diſtemperamentum. igitur etc. Secūda concluſio: aliquod brutum quaſdam operationes eſt aptū magis ꝑficere, q̃ homo: patet de uiſu lyncis, ⁊ d̃ odoratu canis, ⁊ de auditu apri qui eſt ualde melior, q̃ in homine. Sed hęc prima concluſio eſt cōtra authores antiquos, & falſa. probatur ratione, & experientia Ratione, accipio cholericum, & tēperatum: ambo eundem cibum in quantitate & qualitate comedant. tunc ſic arguitur. quādocūq; eidē paſſo duo applicātur agentia, unum forte, aliud debile, melius à forti paſſum regulatur & dominatur q̃ à debili: ſed ſic eſt in caſu. ergo. Experientia etiam patet: quoniā uidemus cholericum citius digerere, q̃ aliud corpus: ⁊ ad rationem eius pro iſta concluſione. Dico ꝙ minor quā aſſumit eſt falſa, ſcilicet, ꝙ opera perfectiora ꝓueniant à temperamēto iuſtitiali, q̃ à diſtēperamento: licet dicendum ſit cōmenſurata magis opera eſſe à temperamento iuſtitiali, q̃ à diſtēperamento. Hoc patet ex Gal. primo de tuenda ſanitate, ⁊ 6. nō longe à principio, ubi dicit operationes naturales, auctionem, cōcoctionem, diſtributionem, & nutritionem in ętate diſtēperata eſſe perfectiores, ut pueritia, q̃ in ætate temperata, ut adoleſcentia, & uoluntarias eſſe ꝑfectiores in adoleſcētibus. & quemadmodū, dicit Gal. ſe habet ætas ad ætatem, ita complexio ad complexionem. Sicuti igitur ætas intēperata poteſt temperatā in aliquo uincere, ita cōplexio temperata ab diſtemperata in aliquo uinci poterit. Sic enim ſcribit ꝑ de ſanitate tuenda: cum enim ad omnem uoluntatem ſuſceptam, actionem adoleſcentiū ætas ſit aptiſſima: infantiū, certe ſenumq; minus ad hāc eſt apta ꝓpterea quòd illis hūor, his ſiccitas frigiditasq; nimis bundat. In aliis tamē functionibus infantes planè cæ-

teris ætatibus longe præſtant: neq; tamē eo ſecius omnibus per omnes ætates licet eſſe ſanis: ergo quēadmodum in ætatum diuerſitate ſe habet, ita etiam in naturalis habitus differētiis ímenſum quātum temperamentorum diſcrimen inuenias, ut duorum, exēpli gratia ſimilis ætatis puerorum, hunc altero longe humidiorē, illū ſicciorem, pari modo hunc calidiorem, illum frigidiorem. & in ſexto ſic ſcribit. optimam nāq; temperiem in adoleſcentia corpus obtinet: reliquę omnes ætates deteriores hac ſunt: ut prius eſt oſtenſum. Atq; hoc etiam meminiſſe conueniet, unum id quoq; ex his quæ dicta ſunt. Cum enim duplices actiones in aīalibus ſint, certe corporales pueri pręcipuas obtinēt: quæ animi ſunt ea quæ à pueris ad remiſſionē uſq; ſuccedit ętas. idem habes à Gal. in tertio de cauſis ſymptomatū cap. 3. idem ab Ariſto. in libro de memoria & reminiſcentia, ubi habet ꝙ q bene memoranť, male apprehēdunt: qui uero bene apprehendunt male memorātur: & hoc ad humidum & ſiccum refertur: nam qui ſicci ſunt cerebri, bene retinēt: ſed male apprehendunt: qui uero ſunt humidiores, melius apprehendunt, ſed male retinent: qui uero ſunt tēperati cerebri utrūq; bene faciūt: quoniā & bene diſcūt, & bene retinent: non tamen æque bene alterum ſeparatum faciūt, ſicuti illi diſtēperati, ſed cōuenienter utrūq; faciunt. Eſt alia opinio dicens, ꝙ operatio illa dicitur ꝑfectior, quæ in perfectiorem finem ordinatur: & ſupponit opinio hæc, ꝙ homo tēperatus habeat operationes ſenſitiuas interiores perfectiores, & quia aliæ operationes in iſtas ordinantur. ideo in temperato homine pręſtantiores dicētur, qm̄ in finem perfectiorem, q̄; in brutis ordinatur: ſit enim digeſtio, ut membra nutriantur, & tandem ut homo intelligat: & ſic aggregatum ex ſingulis operationibus cuiuſq; particulę erit perfectius in homine temperato, q̄; in diſtemperato. Sed hęc opinio

non eſt teneda: quoniam ſequeretur, ꝙ quæcũq; operationes ad æque perfectã operationẽ ordinatæ eſſent æque perfecte, quod uidetur falſum: quoniã obiecti apprehenſio per uiſum & ſenſum cõmunem ad eandẽ operationem, puta ad intellectum finaliter ordinantur, & tamen non ſunt æque perfecte. Secundo ſeq̃retur, ꝙ aliqua operatio non cognoſcitiua, aliqua cognoſcitiua eſſet perfectior: patet de digeſtiua in homine, ⁊ ſenſitiua in brutis. Sequeretur etiam, quòd perfectior eſſet concoctio quæ fit in uentriculo debili habentis bonum intellectum, q̃ in fortiori & peioris intellectus: ſed Medicus non ſic iudicat concoctionem: ſed ex ſua eſſentia, ⁊ non propter perfectiorem finem. Et ideo Ariſt. cum loquitur 5. de generatione animalium de exquiſite uidere & in quibus conſiſtat acute & exquiſite uidere. d. quòd illius eſt perfectior uiſio, qui uel longius uidet, uel melius diſcernit obiecti differentias, & non illius cuius uiſio ordinatur in perfectiorem finem. Quidã alii in hoc dubio dicũt, ꝙ de operationibus poſſumus loqui altero duorum modorum. Vno modo ſingulariter & diſtincte, Alio modo pro ut habent adinuicem ordinẽ. Primo modo, aliqua operatio poteſt procedere melior ⁊ perfectior à cõplexione diſtemperata, q̃ ã temperata: eſt enim reperire complexionem diſtemperatam melioris odoratus, melioris memoriæ, melioris appetitus: ⁊ ſic de aliis. Sed loquendo ſecũdo modo de operationibus, dicunt ꝙ omnes meliores & pfectiores ſunt in corpore temperato: nam cum oẽs operationes procedunt ab uno corpore habente unam formã: oportet neceſſario, ꝙ tendant in unum finem: & quęcũq; ſunt unius finis, ſunt unius ordinis. Et ideo licet ſtomachus calidus melius digerat, q̃ temperatus: non tamen ita bene digerit, prout digeſtio proportionem habet ad appetitum ⁊ alias operationes, q̃ temperatus: nam temperatus tm̃

digerit quãtum appetit,& ẽ conuerſo: & eodem modo eſt de operationibus animalibus: quoniaꝫ in eo omnes adinuicem magis proportionãtur. Alius eſt modus di cendi,quem ſequitur Vgo Senenſis tenẽs has duas concluſiones.Prima, aliqua operatio eſt melius apta perfici in diſtemperato,q̃ in tẽperato:ut motiua in calidiori & ſicciori non nimis excedẽte digeſtiuam in calidiori & humidiori,& ſic de aliis.Secunda cõcluſio: in corpore temperato aptum eſt magis perfici totale aggregatum ex omnibus operationibus q̃ in corpore diſtẽperato,aliis paribus:patet quoniã temperatum eſt melius diſpoſitum.igitur melius poteſt finem attingere:ſed nõ niſi operationes: igitur melius operatiuũ:ſed nõ cuiuſcunqꝫ particularis operationis:ut dixit concluſio præcedens.igitur huius aggregati: non enim alio mõ eſſet perfectius operatiuum:& ſecũdum hanc uiam concedit Vgo,ꝙ temperatus in omnibus membris, excepto organo odoratus in quo ſit ſiccus,non eſt ita aptus perficere totum aggregatum ex omnibus operationibus,ſicuti temperatus:quoniam illud modicum quod addiť de perfectione odorandi recompenſatur: quoniã multo deterius quo ad illud membrũ nunc digeritur & alterat cerebrũ inconuenienti alteratione ⁊ eſt cauſa paſſionum diſconuenientium,uel eſt aptum eſſe. Non igiť ita eſt aptus omnes operationes perficere:& ſimili modo dicitur de homine ſicci cerebri, quo ad memoriam. Cum quo & concedit multa alia animalia ab homine quaſdam operatiões perfectiores facere,q̃ temperatus homo ſit aptus facere ſimiles in ſpecie, ut aquila uidet, uultur odorat etc. Attende hic quòd una fuit opinio quæ dicebat omnes operationes collectiue eſſe pfectiores in homine temperato,quàm in aliis omnibus: nam homo temperatus perfectiſſimum habet iudicium & intellectuꝫ:& licet uincatur ab aliquo in aliqua alia ope-

ratione:

ratione:in ſua tamen principali non uincitur ab illo. & hæc opinio ſi bene intelligatur uera eſt,& ſecundum mentem Gale.quoniam non ſolum in temperato homine aggregatum ex omnibus operationibus totius hominis eſt perfectius:ſed etiam aggregatum ex omnibus operationibus cuiuſcunq; particulæ, ut oculi, manus etc. eſt perfectius, quàm in omnibus aliis, ſeu hominibus diſtemperatis,ſeu brutis.Et contra iſtam opinionem inſtat Iac. ſecundo artis medicinalis, ponendo Sortem eſſe in omnibus membris temperatiſſimum,& Platonē ſimiliter,prętérq; in organo odoratus,in quo ſit Sorte ſiccior. Tunc ſic arguit:in omnibus aliis membris ab organo odoratus Sor.& Plato æque perfectas producunt operationes:& cum hæc operatio odoratus Platonis in perfectiore excedat operationem odoratus.Sor. igitur totum aggregatum ex operationibus, in Platone excedit perfectionaliter aggregatum ex operationibus.Soc.igitur omnes operationes collectiue ſunt perfectiores in diſtemperato,quàm in temperato.Cui dicēdum eſt,quòd caſus non eſt poſſibilis:quoniam iſte qui habebit maiorem ſiccitatem in organo olfactus, erit etiam ſiccioris cerebri,quàm alter:& ſic ipſe difficilius apprehēdet: & ſic nō erunt æqualiter temperati: igitur tenendum eſt,quòd aggregatum ex omnibus operationibus ſingularium partium melius & perfectius eſt in homine temperato, quàm in diſtemperato, uel bruto: nec poteſt illud totum aggregatum à quocunque alio intēperato ſuperari ac uinci:cum hoc tamen ſtat,quòd in aliqua certe data operatione conuincatur iſtud temperatum,& ne dum ab homine intemperato, ſed etiam à brutis.Supponit ſecūdo Iac.quòd totalis complexio humana in ſua naturali diſpoſitione exiſtens, excedit

æquale ad pondus per calidum & humidũ.Hic Iac. ſupponit illud, quod ꝓbare deberet.Secũdo errat: quoniã iſtud eſt ſoluere quæſtionẽ implicite. Duo enim quęrebat,primum an complexio humana ſit ęquali propinqua.Per hoc ergo quod dicis,ꝙ declinat per calidum, habemus ſolutionem,uidelicet, ꝙ complexio hominis non eſt propinqua ponderali:nec loquitur Iac. de paruo receſſu: ſed de magno. Tertio errat in alio: quoniã hic loquitur ſolum de homine: & tamen in concluſionibus utit̃ iſto ſuppoſito de omni animali: quod forte licet foret uerum de homine: de omni tamen animali eſſet negandum.Tertio ſupponit,quòd inter ęquale ad pondus, & æqualitatem ſecundi modi multę ſunt diſpoſitiones mediæ quarum quælibet eſt calida reſpectu æqualis ad pondus, & frigida reſpectu æqualitatis ad iuſtitiam,ſiue ſecundi modi. In hoc etiã ſuppoſito ſupponit,quod ꝓbare debet:ſupponit enim ꝙ inter æquale ad pondus,& temperatam complexionem ſint diſpoſitiones mediæ, ut puta diſtemperatæ: & ex hoc habetur ſolutio ſecundæ quæſtionis tactę.Quęrebat enim ſecunda quæſtio.an complexio hominis de ſecundo ſignificato ſit cęteris propinquior ponderari. Supponit quarto,ꝙ æqualitatem iuſtitialem poſſumus ſecũdum propinquitatem ad æquale ad pondus dupliciter comparare.Primo ratione gradus ſuæ perfectionis, qui arguitur ex operationibus ab ea prouenientibus. Secũdo ratione gradualis menſuræ qualitatum primarum,in quibus conſiſtit æqualitas iuſtitialis. Hoc ſuppoſitum uerum eſt:tamen male dicit, quãtum ad hoc, quoniam uult menſurare perfectiones penes æquale ad pondus: ita quòd perfectior,quæ magis diſtat ab ipſo pondere. imperfectior,quæ minus diſtat.falſum eſt iſtud:quoniã

tale æquale ad pondus non eſt in re, ſed ſolum in imaginatione: ſed perfectiones menſurari habent penes id quod in re eſt: non autem in imaginatione: opera enim ſequuntur res: Medici enim à poſteriori procedunt. ſ. operatio eſt perfectior: ergo & res. Comparandum eſt igitur opus ad opus, complexio ad complexioné: quoniam effectus ad effectus, & cauſa ad cauſam, ſcilicet qa operatio una eſt perfectior altera: ideo res habens taleȝ operationem perfectior eſt alia non habente talem operationem: eſt autem perfectio menſuranda in opere penes non gradũ perfectionis operis. Similiter perfectio complexionis, cuius eſt opus, menſuranda eſt penes diſtantiam à non gradu perfectionis complexionis: ęquale autem ponderale nullius iſtarum latitudinum non gradus eſt. Poſtea tenet Iacobus has concluſiones. prima, totalis complexio humana ratione graduum perfectionis inter cæteras mixtorum complexiones, eſt maxime diſtans ab æquali ad pondus. Probatur quoniam humana complexio plus perfectionaliter excedit æquale ad pondus, quàm aliqua alia igitur etc. Secũda comparando æqualitatem ſecundi modi ad alias humanas complexiones, æqualitas ſecundi modi eſt ab æquali ad pondus cæteris complexionibus diſtantior. Probatur ut præcedens. Tertia concluſio. comparando complexioné humanam ad alias complexiones rationę mẽſuræ qualitatum, alicuius mixti complexio eſt complexione humana propinquior ad æquale ad pondus: & complexio alicuius eſt diſtantior ab eadem. Concluſio patet: quoniam aliqua ſunt uiuentia homine calidiora, & aliqua minus calida. Quarta comparando æqualitateȝ ſecundi modi ad alias complexiones humanas in propinquitate ad æquale ad pondus ratione menſuræ

qualitatum: æqualitas ſecundi modi, aliqua comple-
xione humana eſt propinquior, & aliqua diſtantior ab
æquali ad pondus: patet in latitudine ſuperius deſigna
ta: quoniam in gradu, ut quinque eſt æqualitas ſecundi
modi etc. Quinta concluſio, humana complexio ſecũ-
dum ſimilitudinem, & proportionem quandam eſt cę-
teris mixtorum complexionibus propinquior æquali
ad pondus: quoniam ſicut in æquali ad pondus refra-
ctæ ſunt elemẽtorum qualitates, ita ut nullius illarum
uirtus dominetur alteri uel excedatur ab ea: ita in com
plexione humana refractæ ſunt menſuræ qualitatum
imperficientium operationes, & reductę ſunt ad mediũ
pro operationibus proportionatiſſimum, ita ut in illa
non dominetur uirtus alicuius qualitatis diſpropor-
tionatæ ad operationes pficiendas. Similiter ſicut qua-
litercũq; recedat aliquod ab æquali ad pondus, cadit
ſub excellentia alicuius qualitatis, ita qualitercũque re-
cedat aliquid etc. cadit ſub complexione diſproportio-
nata. Sexta concluſio. proportionalitate & ſimilitudi-
ne quadam æqualitas ſecundi modi inter cęteras com-
plexiones humanas eſt æquali ad põdus propinquior.
Patet ut pcedens: ſicut enim in æquali ponderali ſunt
omnium qualitatum excellentiæ refractæ, ita in æqua-
li ad iuſtitiam refractæ ſunt omnes menſuræ qualitate
nimium excellentes uel defectuoſæ pro operationibus,
& ad menſuram deductæ ſunt operationibus propor-
tionatiſſimam, ita ut in ea nullius qualitatis excellentia
uel exceſſus inueniat reſpectu operationis pducẽdæ. &
has duas concluſiones dixit eſſe de mente Auicen. pri-
ma primi, dum dicit hanc æqualitatem fore uicinã etc.
Et ita Iacobus cum Gentili male fundatus in hoc. quod
omne uiuens declinat ab ęquali ad pondus per calidũ

& humidum dicit. Si quæſitum intelligatur de propinquitate perfectionis, comparando complexionem humanam ad alias complexiones, illa maxime diſtat ab æquali ponderali: patet quoniam ęquale ponderale nō datur, & complexio humana eſt perfectiſſima: & ſi intelligatur de propinquitate quo ad gradum, complexio humana diſtat ab æquali ponderali per calidum & humidum, & melancholicus eſt ei magis propinquus, quàm temperatus. Si uero intelligatur de propinquitate quantum ad ſimilitudinem dicit complexionem humanam eſſe æquali ponderali magis propinquam, ſed hæc repugnat dictis Gale. & ueritati. immo non ſolum de propinquitate ſecundum ſimilitudinem complexio humana & hominis temperatiſſimi eſt magis propinqua: ſed & de propinquitate perfectionis & quo ad gradum. Vnde Galenus primo de temperamentis cap. ultimo & ſecundo cap. primo, uult dari æquale ponderale ad quod omnia comparantur, habens tantum de calido quantum de frigido, humido & ſicco: & hanc dicit eſſe in cuti uolæ manus hominis temperatiſſimi, & dicitur æqualitas in uniuerſa ſubſtantia. Et hoc probauit Galenus ratione & experimento: & ad id quod dicunt Philoſophi: omne animal declinare ab æquali ad pondus per calidum & humidum, reſpondet Galenus primo complexion. cap. quinto, & ſecundo cap. primo. Hoc intelligunt. non in complexione quæ eſt ei ꝓpria: ſed quando plantis comparantur, & animalibus mortuis. & tertio de ſimplici medicina cap. quinto: inquit Galenus calidum uno modo dicitur abſolute, & hoc igni conuenit. ſecundo modo dicitur calidum, quia in eo caliditas uincit: Philoſophi autem calidum uincens in eo dupliciter diuiſerunt: aut ſecundum mollem ſub-

ſtantiæ uincentis: aut ſecundum operationem qualitatis, exempli gratia, ut ſi duo cyathi aquæ feruentiſſimæ miſceantur cum uno aquæ frigidiſſimæ: in hoc mixto id quod uincit in ſubſtantia eſt ſubſtantia frigida: quoniam illi duo cyathi aquæ calidiſſimæ ſunt calidi propter uapores, ⁊ in toto iſto mixto eſt plus de ſubſtantia aquæ, quàm uaporis: ſed quo ad opus, totum magis calefaciet. igit̃ in hoc mixto aliud eſt quod uincit in ſubſtantia, & aliud quod uincit in operatione. Similiter ſi permiſceatur unus cyathus aquæ frigidiſſimę cum uno aquæ feruentiſſimæ, quãtum ad ſubſtantiam frigiditas uincit: ſed quantum ad operationem nullũ uincit: quoniam qualitates ſunt ęquales: & ſic in animalibus quãtitas membrorum frigidorum ſuperat quãtitatem mẽbrorum calidorum: immo erat una opinio quæ dicebat, quòd omnia in nobis erant frigida prǽter ſpiritus. & ſic ex operationibus quæ fiunt à calido Philoſophi dixerunt omne uiuens eſſe calidum: & propterea dicit Galenus dixerunt roſam eſſe calidam: quoniam in operando uincit caliditas: nutritiones enim & concoctiones non fiunt niſi à calido. Et ideo Gẽtilis & Iacobus: quoniam hoc non uiderunt decepti ſunt. Ad argumenta ſolutiones eorum conſiſtebant in corollariis quartæ concluſionis: ſed ne idem bis dicamus, ſicut fecit Iacobus, dimiſſis corollariis. ad primum dicitur, quòd argumentum probat complexionem humanam nõ fore ad æquale ad pondus ratione menſuræ gradualis qualitatum maioris propinquitatis: & hoc conceſſum eſt. Ad argumenta ad oppoſitum. Ad primum dicitur concedendo tactum in homine fore perfectiſſimum: & negatur conſequentia, cum concluditur, quòd organũ eius eſt magis denudatum ab excellentiis tangibilium:

ſed conceditur organum tactus fore maxime denudatum à menſuris qualitatum ſenſui tactus diſproportionatarum: quoniã in eo ſcilicet eſt menſura qualitatum optime deſeruiens animæ in operatione tactiua. Ad ſecundum ſequitur tactum etc. Negatur conſequentia: & ad probationem negatur minor. Ad tertium cum dicitur quòd non de quocunq; recte iudicat melancholicus, recte iudicat temperatus: Hoc negatur: & cum dicitur, quòd remiſſius calidu; obiectum organo tactus præſentatum ab eo iudicari frigidum: dicitur hoc negando: immo percipitur tale quale eſt: immo conceditur tactum temperati non iudicare de æquali ad pondus ſibi conuenienter approximato, tale calidum aut frigidum: ſed medium. Vbi tamen, inquit Iacobus, ſi perciperetur à tactu per materialem impreſſionem factam in organo concedendum foret remiſſe calidum iudicari frigidum: quoniam remiſſe calidum non materialiter imprimit in intenſe calidum, niſi per frigiditatem & ſi dicitur, quòd obiectũ materialiter imprimens non percipitur à tactu. Dicitur hoc negando: ſicut patet de dolore cauſato à mala complexione in neruo exiſtẽte: & ſi arguatur contra de eo quod dicit Galenus primo de experimentis, de urina actu calida ꝓiecta ſuper dorſum febrientis, aut in ſtuffa exiſtentis quæ iudicatur frigida: & non niſi quoniã organo eſt frigidior. Reſpondet concedendo experimentum: quoniam per materialem impreſſionem tangibilis in organũ tactus, remiſſe calidu; iudicatur frigidum, eo quòd in organum tactus non imprimit niſi per frigiditatem in eo exiſtenté. Vbi tamen imprimeret ſpiritualiter non iudicaretur tale, ſed calidum ſicut eſt: & ſi arguatur contra: quoniam ſemper tale obiectum materialiter imprimit. Reſpõdet

negando iſtud. quoniam nõ ſemper materialis impreſſio prouenit ad ſenſum, uel ad organũ tactus. Item concedit Iacobus calidum obiectum in caliditate: omnino ſimile organo tactus iudicari calidum: quoniam non minus eſt hoc poſſibile, quàm ꝙ oculus uideat oculuꝫ omnino ſibi ſimilem. Sed iſtę reſponſiones ſunt contra Ariſtotelẽ & Auerroim: unde ut ſecundo de anima colligitur, homo eſt mollioris tactus, quàm aliquid aliud: & habet illa extrema melius refracta, q̃ aliquid aliud: molles enim carne apti ſunt mente etc. Et loquens Ariſtoteles textu. 119. dicit, quòd ſicut organum innatum ſentire album & nigrum non debet eſſe aliquod eorum actu: ſed in potentia. ita in tactu organum debet eſſe, neque calidum, neque frigidum. & ita uult ipſum organũ optime diſpoſitum, eſſe uere in medio omnium extremorum tangibiliũ. Auer. tamẽ ibi dicit ſunt in medio, aut prope: quoniam non poteſt organum tactus ab illis qualitatibus denudari, ſicut denudatur in ſenſibilibus aliorum ſenſuum. item ſenſus non errant circa propria ſenſibilia ſecundo de anima 63. & Auerrois ibi uiſus non errat in colore, utrum ſit albus aut niger: neqꝫ auditus in uoce, utrum ſit grauis uel acuta: ſed errat in comprehendendo differentias indiuiduorum iſtorum ſenſibilium, uerbi gratia in comprehendendo iſtud album, quod eſt nix: aut differentias locorum iſtorum: ut quòd ſit ſuperius, aut inferius. Igitur organuꝫ tactus optime diſpoſitum eſt uere in medio inter calidum & frigidum. conſequentia patet: quoniam aliter ſenſus tactus erraret circa propria ſenſibilia: ut circa calidum & frigidum, organo quantum libet bene diſpoſito & tangibili ſibi bene approximato: quoniam ſi organum ſit à dominio calidum, tunc aliquod minus calidum quá

túcunque bene applicitum iudicabitur frigidum abſo-lute: & ſic errabit ſenſus abſolute circa ipſum ſub ratione calidi uel frigidi. Sed ad tertium argumentum ſtando Iacobus in uia ſua, debebat reſpódere, negando illã, ſcilicet ꝙ æque bene iudicat melancholicus & temperatus illa extrema: quoniam in primo ſuppoſito habuit oppoſitum, quia uoluit, quòd cuius perfectius erat inſtrumẽtum, perfectiores erant operationes: ꝛ cuius minus perfectum, imperfectiores: & ita debebat dicere, ꝙ non ita perfecte iudicabat melancholicus illa extrema, ſicut temperatus: ſolutio etiam quã dat eſt contra Ariſtotelé & Auerroem ſecundo de anima: quoniam uult Ariſtoteles: quòd omnis ſenſus ſit receptiuus ſpecierũ ſine materia, & ita ſolum ſpiritualiter, non realiter imprimit obiectum in ſenſum: & dato etiam ꝙ materialiter obiectum imprimeret, ſenſum tamen non materialiter reciperet, ſed ſolum ſpiritualiter. Non igitur ſecũdum obiecti materialem impreſſionem eſt iudicium de obiecto: ſed quid dicendum ad argumentum de dolore: defertur dolor, quòd eſt triſtis ſenſatio rei materialiter imprimentis: ergo uidetur, quòd res materialiter imprimat in ſenſum. Dicitur, quòd quãuis ſentiatur dolor, ideſt cauſa doloris: non tamen recipitur in hoc: quoniam ibi eſt corpus recipiens realiter: & anima intentionaliter. tunc receptio in corpore, quæ realis eſt, ſenſatio non eſt: quæ uero in anima recepta, eſt intẽtionalis ꝛ ſenſatio: & ad experimentum Gale. de urina: etiam male reſpondet Iacobus, ſed frigida iudicat: quoniam organo eſt frigidior, ut dicebatur: nam, ut Vgo inquit, ſi illud calidum abſolute, quod eſt frigidius organo materialiter agat in organum, non mutabit eum niſi ad frigiditatem. igitur organum iudicaret ipſum

poſt talē ímutationem continue calidius: quoniam ſpecies ſpiritualis per quam fit ſenſatio continue eſt eiuſdē rationis & organum frigidum factū iudicat idem ſenſibile calidum: ut docet experientia: & factum calidius iudicat eandem rem minus calidā: ſicut apparet de homine intrante balneum, qui diu ſtetit in illo: quòd uero in fine quæſtionis concedit, ſcilicet calidum obiectum ſimile organo tactus iudicari calidum, eſt contra Ariſtotelē & Auerroim, ſecundo de anima textu commēti 118. quoniam agens non agit in ſimile ut huiuſmodi, niſi in illud quod eſt ſibi ſimile in potētia, non in actu: & ideo æque calidum non ſentimus: dicit enim ſic Cōmentator: ſentire enim quia eſt aliqua paſſio ſecundum modum dictum: & omne patiens habet agens, & omne agens in ſibi ſimile in potentia agit, non in actu: & paulo poſt: quoniam agens non agit in eo, quod eſt ſimile in actu: ſed in potentia. ideo neceſſe eſt, quòd membrū ſentiens non ſentiat corpus calidum æquale ſibi in calore nec membrum frigidum corpus frigidū ſibi æquale in frigore. & ſimile de duro & molli. Patet igitur cōſiderando uerba commenti, non uult Auerrois ꝙ ſentiamus æque calidum: neque per ſpeciem ſpiritualem. neque quoquo modo. Et ſimiliter Ariſtoteles, & ideo Vgo Senenſis in determinatione huius quæſtionis imaginatur in homine complexionem, uel complexiones ſecundum uarietatem membrorum, quæ ſunt qualitates ſecundæ, non aggregatum ex qualitatibus primis: ſed qualitas diſtincta à primis ſimplex immediate ex actionibus primarum proueniens actiua actionum ſimilium actionibus primarum qualitatum, & reſiſtitiua: imaginatur, quòd ultra iſtas complexiones in quolibet corpore humano ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, &

ſiccitas eiuſdem ſpeciei cum qualitatibus elementorũ: & iſtę, dicit, uocantur à Galeno complexiones actuales primo & ſecundo de temperamentis. Poſtea Vgo concluſiue dicit: primum organum tactus optime diſpoſitum quo ad operationem tactiuam, debet eſſe uere in medio omnium extremorum tangibilium: patet ſecundo de anima textu cõmenti. 119. Secundum dictum homo temperatus habet organum optime diſpoſitum ad tangendum, patet quoniam perfectiſſimo animali debet dari perfectiſſimum organum ad percipiendum ea quæ maxime ſunt nocitiua, uel iuuatiua. Tertium dictum, homo temperatus, quo ad complexionem actualem, ideſt menſuram qualitatum primarum, quæ coniungitur in ſubiecto cum complexione, quę eſt qualitas ſecunda non ſenſata, correſpondet temperaméto cutis ex coalternatione membrorum. patet: quoniam aliter cutis non eſſet medium in genere membrorum, cuius oppoſitum uult Galenus primo de complexionibus cap. ultimo. Quartum: cutis temperatiſſimi hominis quo ad actualem complexionem correſpódet temperamento ponderali. Ex quo ſequitur quintum. quòd homo de ſecundo modo æqualitatis correſpódet quo ad actualem complexionem téperamento ponderali. Sextum Auicenna uidens non eſſe certum, ꝙ preciſe ęqualiter abundét calida ſupra cutem ſicut frigida membra, poſuit ſub dubio, & dixit, quòd homo de ſecũdo modo eſt ualde uicinus, ꝗ intelligit gradualiter quo ad actualem complexionem, & coalternationem omnium mébrorum. Septimum dictum licet in quolibet uiuente ſit complexio, quæ eſt qualitas ſecunda magis attinens caliditati, quàm frigiditati, ad hunc ſenſum: quòd illa complexio requirat in materia plus de caliditate, quàꝫ

de frigiditate: tamen aliquod eſt mixtum, & aliquod etiam uiuens naturaliter diſpoſitum plus habens de frigiditate quàm de caliditate, & aliquod æqualiter, quod uocatur à Galeno medium in uniuerſa ſubſtantia, & aliquod minus. Quòd ſi Ariſtoteles dicat in de longitudine & breuitate uitæ, ꝙ omne animal eſt calidum & humidum, intelligitur reſpectu ſuimet mortui: non abſolute: unde ſecundo de complexionibus inquit Galenus: propter hoc dixerũt antiqui, quòd animal eſt calidum & humidum: non quòd caliditas & humiditas in ipſo abſolute uincant: cum multa animalia uideamus frigida & ſicca, ſicut epides, & canopeii, apes, muſcæ, & formicæ: immo non dicitur quod in ipſis uincat caliditas & humiditas niſi quando comparamus mortuis: Et cum dicebatur in primo argumento, quòd omne animal generatur per digeſtionem quæ fit à calido, & quòd generatio uiuentis eſt prima participatio animæ in calido naturali, & quòd à calore fit digeſtio etc. Reſpondet Vgo, quòd ſufficit eſſe caliditatem ſufficientem ad hæc: & ſi non ſit gradualiter intenſior, q̃; frigiditas ſecum coniuncta. Poſtea inquit: omne mixtũ eſſe calidu; complexionaliter quo ad complexionem, quę eſt qualitas ſecunda: & attende hic, quòd ultra hũc modum imaginandi quid ſit complexio, ſunt alii quatuor modi. Primus eſt, quòd complexio ſit aggregatũ ſolum ex quatuor qualitatibus. Secundus modus eſt, ꝙ ſit forma una ſimplex diſtincta à qualitatibus primis ex corruptione primarũ reſultans ꝓductiua operationum ſimilium operationibus primarum qualitatum. Tertius eſt, quòd ſit qualitas compoſita ex primis qualitatibus, non ex corruptione earum: ſed quemadmodum ex albedine & nigredine componitur medius co-

lór qui eſt una ſpecies colorum: ita etiam ex qualitati-bus inuicem refractis fit una forma media diſtincta ab extremis, quæ eſt unum per ſe indeterminata ſpecie exi-ſtens, & hic modus eſt uerus, & ſecundum intentionem Galeni & Auicennę: non enim poſſet eam ſenſus tactus percipere, ſi eſſet forma ſimplex, & à primis qualitati-bus diſtincta. Quartus modus imaginatur, quòd com plexio ſit qualitas tertia diſtincta à qualitatibus primis non corruptis, non compoſita ex primis, ſed per actio-nem earum educta de potentia primæ materiæ: & hic modus eſt deterior aliis. An autem complexio ſit for-ma mixti ſubſtantialis tenent aliqui, quòd ſic, & male, ut in cõmentario noſtro de febribus differentiis oſten-dam. In hac materia eſt alia poſitio ſatis probabilis Antonii de Parma, qui imaginatur in homine uarias complexiones: & quantum ſpectat ad propoſitum, dicit quædam eſt complexio per quam homo, uel membrũ eſt uiuens: & hæc eſt complexio acquiſita ex actione ſpi ritus uitalis in membris: nam iſta actione deducta: etiá ſi cómplexio prima ſiue innata maneat eadem, mem-brum non uiuit. Secunda complexio eſt aggregata ex innata & influente: intelligendo per innatam illam quę ſequitur actionem & proportionem elementorum có-ſtituentium: & per influentem, illam quæ ab alio influi-tur. Tertia complexio non eſt una qualitas, niſi per at-tributionem ad unum, nec uniformis & unius rationis quo ad omnes partes: ſed congregata ex multis com-plexionibus ſibi inuicem contrariis, quæ dicitur com-plexio totalis hominis coalternatione omnium mem-brorum. tunc uult primo Antonius hanc concluſionẽ: loquendo de complexione influente, per quam uiuit homo, omnis homo diſtat ab æquali ponderis per ca-

lidum & humidum: patet hoc, quoniam homo uiuit per complexionem tributam à ſpiritu: ſpiritus autem eſt à prædominio calidus & humidus. Ex quo dicto ſequitur, quòd homo frigidus & ſiccus ſecundum hanc complexionem plus appropinquat æquali ponderis. Secunda concluſio, ſecundnm complexionem innatam & influentem ſimul, cutis temperati plus appropinquat æqualitati ponderis, quàm aliqua alia hominis pars, immo eſt æqualis ad pondus ad ſenſum Galenus ſuppoſitum: quoniam cutis cum ſit regula omnium tangibilium, & ſit regula optime poſita à natura, in animali prudentiſſimo debet eſſe uere media inter excellentias tangibilium: & patet experimẽto Galeni, & etiam Auicennæ: quoniã cutis, aut non patitur, aut quaſi ab uno æqualiter commixto ex calido, frigido, humido, & ſicco. Tertia concluſio, ſecundum complexionem communem per coalternationem omnium membrorum, homo temperatus de ſecundo modo, plus appropinquat æquali ponderis, quàm aliquis alius, immo eſt ſibi æqualis in gradibus primarum qualitatum. Vult ergo Antonius hæc dicta, quòd ſecundum complexionem ſimpliciter unam, nulla res eſt æqualis ad pondus. Et hoc uoluit Auicenna cauſa dixit illam æqualitatem ponderis, non poſſe inueniri in rerum natura. Vult ſecundo, quòd ſecundum complexionem innatam membra ſunt frigida. Vult tertio, quòd complexio influens eſt calida à dominio. Vult quarto, quòd in cute illud temperamentum quod prouenit ex innata & influente reddit cutem quo ad qualitates primas ſuas alteratiuas actuales uere mediam in uniuerſa ſubſtãtia. Vult quinto, quòd conſiderando complexiones omnium membrorum hominis temperati: ſimiliter non obſtante, ꝙ

non ſit una,ſed multæ & multorum modorum: tamen hoc aggregatum facta computatione caliditatis, & frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis ibi coexiſtentium, correſpondet temperamento ponderali. Vult & ſexto quòd omne uiuens uiuat per calidum & humidum à dominio, quia per complexionem influentem. Negat tamen conſequentiam.igitur omne uiuens eſt calidum reſpectu æqualis:quoniam in uiuente eſt complexio innata ultra complexionem influentem,per quam fortaſſe plus abundat in frigido & ſicco,quàm per influentes in calido & humido:ut puta,os,& neruus per complexionem per quam uiuit operatur animal opera uitæ:& ſimiliter per complexionem calidam: licet non ſit animal à dominio calidum.Et eſt poſitio hęc,inquit Vgo, magis ad mentem Doctorum ueterum, quàm poſitio Gentilis: ſed dubium reſtat, & ſtatim erit finis: quoniam Ariſtoteles trigeſima particula problematum ꝓblemate primo fatetur,quòd omnes Sapientes fuerunt melancholici.Ergo tactus melancholici eſt perfectiſſimus: patet conſequentia quoniam ex bono tactu cognoſcitur prudentia,ſecundo de anima. Ad hoc communiter dicitur,quod dicitur in problematibus eſt uerum de per accidens:ſed quod dicitur ſecundo de anima,eſt uerum de per ſe: unde temperatus ob frequens ſtudiū melancholicus efficitur: & inde euenit ꝙ ſapientes fuerunt melancholici: & ſic non fuit hoc per ſe, ratione talis humoris: ſed per accidens, ratione ſtudii: ſed hæc ſolutio non uidetur ſecundum intentionem Ariſtotelis:uidetur enim ibi dicere Ariſtoteles, quòd melancholia per ſe facit ad prudentiam: unde ponit exemplum de quodaꝫ Poeta Syracuſano, qui dum erat ſanguineus nō erat bonus poeta:cū uero factus eſt me-

lancholicus, factus eſt excellens poeta. & de Sybilla, q̃ ex humore melancholico futura prædicebat.& Conciliator ibi dicit.Ego etiam audiui à fideli Medico,quòd mulier quæ illiterata dum eſſet melancholica congrue Latine loquebatur, qua ſanata euanuit. Propter quod dicunt aliqui, quòd temperatus eſt perfectiſſimi ingenii omnium aliorum, & melancholicus eſt poſt temperatum: & ſic conceditur, quòd melancholia per ſe facit ad prudentiam: & quod dicitur in problematibus intelligitur de per ſe,non in primo gradu, & per accidens: quoniam adhuc per accidens confert ratione ſtudii:ſed quod dicitur in ſecundo de anima intelligitur de per ſe in primo gradu: & forte coniungendo iſta duo,per ſe,& per accidens,magis faciunt, q̃ ſolum per ſe.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAput primum oſtendit medendi methodum perfici non poſſe, niſi morbi propria habeatur cognitio. fol. 3
Caput.2. de modo cognoſcendi quando corpora ægrotant. 3
Caput.3. de ſignis quibus ægritudo eſt cognoſcenda. 4
Caput.4. de intentionibus curatiuis. 6
Caput.5 de cauſis. 8
Caput.6. de quatuor humoribus. 10
Caput.7. de ſanguine. 10
Caput.8. de phlegmate. 11
Caput.9. de cholera. 19
Caput.10. de melancholia. 27
Caput.11. de dolore. 33
Caput.12. de cauſis doloris. 36
Caput.13. an in quolibet ſenſu poſſit eſſe dolor. 43
Caput.14. de cauſis ſanitatem efficientibus. 44
Caput.15. de tribus inſtrumentis Medici. 46
Caput.16. de cognitione dierum criticorum. 55
Caput.17. de ſecundo inſtrumento. ſ. potione. 60
Caput.18. de regulis pro ſecundo Medici inſtrumento memoria tenendis. 60
Caput.19. de virtute medicinarum, & earum à calore noſtri corporis reductione. 69
Caput.20. de ſanguinis miſſione. 75
Caput.21. de intellectu quorundam dictorum Galeni. 93
Caput.22. de intentione curatiua à naturali temperamento. 95
Caput.23. de proprijs ſignis quę naturam cerebri oſtendunt. 97

Caput.24.oſtendit cerebrum ſm Medicos eſſe principium ſenſus & motus. 100
Caput.25.de cognitione temperamenti cerebri per virtutem & vitium principalium operationum. 104
Caput.26.de cognitione temperamenti cerebri per virtutem & vitium naturalium operationum. 108
Caput.27.de cognitione temperamenti cerebri per alterationem ab his quæ ſibi accidunt extrinſecus. 108
Caput.28.de cauſa ſomni. 111
Caput.29. de cerebri frigiditate, humiditate, & ſiccitate. 116
Caput.30.de oculorum temperamento. 117
Caput.31.de cordis temperamento. 127
Caput.32.de ventriculis cordis, ⁊ motu arteriarum cũ eo. 135
Caput.33.de hepate. 137
Caput.34.de intentione curatiua ab aere. 139
Caput.35.de cognitione materiæ morbi. 143
Caput.36.de humoribus digerendis. 151
Caput.37.de ſyrupis,decoctionibus,& aquis. 153
Caput.38.de regulis quibus cognoſcitur medicinarum complexio. 163
Caput.39.de caſia fiſtula. 168
Caput.40.de manna. 169
Caput.41.de prunis. 170
Caput.42.de reubarbaro. 170
Caput.43.de mirabolanis citrinis. 172
Caput.44.de tamarindis. 173
Caput.45.de roſa. 173
Caput.46.de ſcamonea. 175
Caput.47.de elleboro. 176
Caput.48.de aloe. 177
Caput.49.de agarico. 179

Caput.50.de turbith. 180
Caput.51.de colloquintida. 181
Caput.52.de mirabolanis chebulis, belericis,& emblicis. 182
Caput.53.de cucumere ſilueſtri. 182
Caput.54.de euforbio. 183
Caput.55.de mezereon. 184
Caput.56.de hermodactylo. 184
Caput.57.de ireos. 184
Caput.58.de ſucco ſambuci. 185
Caput.59.de ſoldanella. 185
Caput.60.de ſerapino & opoponaco. 186
Caput.61.de mirabolanis indis. 186
Caput.62.de lapide lazuli. 187
Caput.63.de lapide armeno. 187
Caput.67. (error fuit impreſſoris in numero) de ſena. 188
Caput.68.de polypodio. 188
Caput.69.de epitimo. 189
Caput.70.de aqua lactis. 189
Caput.71.de medicinis compoſitis lenitiuis. 193
Caput.72.de compoſitis non lenitiuis choleram educentibus. 193
Caput.73.de his quæ phlegma educunt. 193
Caput.74.de his quæ melancholiam educunt. 194
Caput.75.de potionibus reubarbari & agarici. 195
Caput.76.de pilulis. 195
Caput.77.de trociſcis. 196
Caput.78.de electuarijs & confectionibus. 199
Caput.79.de clyſterijs,& ſuppoſitorijs. 201
Caput.80.de epithimatibus. 204
Caput.81.de embrocatione,& fomentatione. 205
Caput.82.de embrocatione,quæ gutta vocatur. 205

Caput.83.de vnguentis,cerotis,& emplaſtris. 206
De ſubiecto medicinæ. 210
An medicina ſit ſcientia. 214
An medicina ſit tota practica, aut tota theorica. 219
Quęſtio de tribus doctrinis ordinarijs, 225
Quęſtio de ęquali ad pondus. 235
Quęſtio de temperamento hominis. 245
An quælibet operatio ſit perfectior in corpore temperato, quàm ſimilis in corpore diſtemperato. 246

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS OMNIA notatu digna totius operis cōplectens, in quo numerus folium, a. primam folij faciem, b. ſecundam indicat.

A

ACetum non pure acetoſum. 18. a
Atram non ſimpliciter bilem nuncupari, ſed cum addito, atrabilem.
Accidens, & ſimptoma quid. 34. a
Affectus ab affici quomodo differant.
Acceſſio, & paroxiſmus, quomodo differant. 47. a
Affectus per eſſentiam, & per conſenſum, qui. 6. b
Attractio, tribus fit modis. 65. a
Animæ ſedem eſſe in cerebro. 106. b
Ariſtoteles deceptus ex pauca anatomiæ exercitatione. 111. a
Anhelitus, motus voluntarius. 133. a & b. & 134. a
Aqua ordei. 155. a
Aqua mellis.
Acetum ſcilinum non nocet neruis. 160. a
Aceti complexio.
Acetum non eſſe ſtipticum. 160. b
Aquæ choleram digerentes. 160. b
Aquæ phlegma digerentes. 161. a
Aquæ melancholiam digerentes. 161. b
Aloem ſubet inducere. 178. b
Aloes cum ſanguine draconis & myrrha, vlcera putrida ſanat.
Aloes oculis humeſcentibus mirifice opitulatur.
Artis quatuor ſpecies. 215. a
Ars proprie eſt de his quæ à nobis fiunt.

Ars non de ſingularibus, ſed de vniuerſalibus eſt: quia ars habitus eſt intellectus, & intellectus non verſatur circa ſingularia. 216. b
Artem & prudentiam eſſe circa ſingularia, vt dixit Ariſto. 6. ethicorum cap. 8. & . 9. quomodo intelligitur. 217. a
Artis principium ex ſingularibus acquiri.
Artes practicæ ſpeculantur. 221. b
Artes miniſtrantes tribus modis. 218.
Quomodo intelligitur omne animal eſſe calidum & humidum. 254. b

B

Bilem amaram dici flauam, ruffam, & palidam. 19. b

C

Corpora ægra à quibus cognoſcuntur, quòd ægrotant. 3. b
Cauſa omnis quatuor habet tempora. 8. a
Curatio in omnibus morbis à cauſa efficiente inchoanda. 7. a
Inter cauſas incipiendum eſt ab vltima per reſolutionem inuenta.
Cauſæ procatarticæ, ſeu primitiuæ, quæ, & quæ antecedentes, & quæ coniunctæ. 8. b
Cauſa continens, quæ. 9. a
Cauſam quam Auicena coniunctam vocat, Galenus ſub præcedenti vel antecedenti comprehendit. 9. b
Caput triplici ſanguine nutriri. 14. b
Cholera naturalis, quæ. 19. b
Color rubeus, quid apud medicos.
Choleram naturalem non eſſe ſpumam, ſed velut ſpumam. 29. a

Cholera quare per venas vnà cuꝫ ſanguie vadit. 20. b
Choleram eẽ puram ſuperfluitatem voluit Ariſtoteles, & Auerrois.
Cholera naturalis ſubtilior eſt ſanguine. 21. a
Chiſtim fellis ex ſanguine nutriri. 21. b
Choleræ non naturalis diuiſio. 22. a. & 23. b
Cholera vitellina, quæ ſecundum Galenum. 22. b
Cholera minoris famæ, quid.
Choleræ minoris famæ color. 23. a
Cholera praſſina, & eruginoſa. 23. b
Cholera, quare dicta eſt praſſina. 24. a
Cholerę praſſinę & eruginoſę locus generatiõis. 24. b
Choleræ praſſinæ & eruginoſæ generatio quãdoque ex cibis, quandoqꝫ ex humoribus. 25. b
Choleræ virides magis furioſæ, & citius interimẽtes, quàm nigræ ex colera rubea genitæ. 26. a
Choleram praſſinam & ęruginoſam poſſe febrem cauſare. 26. b
Choleram nigram ſolum fieri ex aduſtiõe flauæ bilis, aut ſanguinis craſſi. 32. a
Cauſæ ſalubres intemperiei factæ, fientis, & futuræ, quæ. 44. b
Complexio naturalis, & ætatiua vna tantum eſt complexio in eodem ſubiecto. 53. a
Criſis quid. 55. a
Criſis diuiſio. 55. b
Critici dies, qui abſolute, & qui non abſolute. 55. b
Critici dies, qui intercidentes. 56. a
Criticorum dierum potentia. 57. a
Critici dies fiunt vltra quadrageſimum diem per quaſlibet tres ſeptimanas, & vltra centumuiginti per menſes, & per annos. 57. b
Dies in quibus vtplurimum fit criſis. 56. b

Dies qui indicatiui.
Quare Hippo. non fecit tertiam ſeptimanam integra, & diſtinctam, ſicuti priores.
Cura omnis perfecta per contraria ęqualia in gradu formaliter fieri debet. 64. b
Cacochymia quid. 81. b
Cauſonis cura. 84. a
Complexio naturalis à quibus cognoſcenda. 97. a
Diuerſi modi imaginandi quid ſit complexio. 254. b
An complexio ſit forma ſubſtantialis mixti. 255. a
Cerebrum ſentire ſecundum Galenum. 100. a
Cerebrum principium ſenſus, & motus. 101. b
Chordas à neruo & ligamento non diſtinxit Ari. 101. b
In corde ſolum eſt neruus reuerſiuus, quo ligato non deperditur ſenſus & motus.
Capillorum criſpitudinis cauſa. 108. b
Capillorum coloris cauſa. 109. a
Caluitij cauſa. 109. b
Cerebri calidi ſigna. 110. a
Calorem innatum poſſe tripliciter extingui.
Cerebri frigidioris temperato indicia. 116. a
Canitiei cauſa. 116. b
Cerebrum propter quid natura factum eſt frigidum.
Cordis temperamentum. 127. a
Cerebrum apud Galenum nobilius inter cætera membra noſtri corporis.
Cor naturalis caloris fundamentu, & omnibus membris corporis calidius. 127. b
Caloris diſtinctio. 129. a
Calidum innatum. 229. b
Cor multo minus recedit à temperaméto cutis per ſiccum, quàm per calidum. 130. a
Cordis caro, quæ.

Cor paulominus, quàm cutis durum. 130. b
Carnem quamlibet eſſe humidiorem cute voluit Galenus. 130. b
Complexiones membrorum graduari debent ſecũdum complexionem innatam per influentem actuatam, ſecundum Galenum.
In cordis complexione, Auicẽnæ error.
De cordis pinguedine, & caſulæ áquoſitate.
Cordis calidioris temperato ſigna inſeparabilia & propria. 130. b
Cordis caliditatis indiciũ,eſt thoracis latitudo. 134. b
Cordis frigidioris temperato indicia. 134. b
Cordis, quis ventriculus calidior. 135. a
Cordis ventriculos tres eſſe voluit Ariſt. 135. b
A cordis dextro ventriculo, vena chilis, & vena arterialis originantur, à medio arteria aorti, & à ſiniſtro, arteria venalis.
A cordis ventriculo ſiniſtro arteria aorti effert ſpiritum, & ſanguinem arterialem.
Cordis ventriculorum numerus omnibus animalibus æqualis contra Ariſtotelem. 136. a
Cordis quatuor orificia.
Cor eodem tempore dilatari cum arterijs, & conſtringi eſt impoſſibile. 137. a
Conſuetudo ſemper indicat de ſimilibus. 140. a
Conſuetudo ægrotantibus non mutanda. 140. b
Concoctio quid. 143. b
Concoctionis pfectio, quomodo cognoſcitur. 144. a
Concocta medicari &c. quomodo intelligit. 147. b & 148.
Caſiæ fiſtulæ complexio. 168. b
Caſia fiſtula choleram aduſtam, & phlegma educit.
Caſia fiſtula qua hora dari debet. 169. a

Clyſterorum doſis. 102. b
Clyſtere commune.
Clyſtere lauatiuum. 202. a
Clyſtere lenitiuum.
Clyſtere carminatiuum. 202. b
Clyſtere pro doloribus renum. 203. a
Clyſtere pituitam fortiter reſoluens. 203. b
Clyſtere conſtrictiuum.
Ceroti compoſitio. 208. b
Chirurgicus inquantum talis non habet manu operari. 218. a
Cochleare .3. denarius, idem. 194. a
Cochleare aliquando pro .3.j.5.

D

Dolor triſtis eſt ſenſus, & non qualitas de tertia ſpecie qualitatis. 36. a
De cauſa doloris, tres opiniones. 36. b
Doloris cauſa immediata, ſolum ſolutio continui ſecundum Galenum. 37. a
Vt dolor in membro ſit quæ requiruntur. 40. a
Dolorem facit ſolutio continui ſolum dum fit. 40. b
Dolor ut fiat, oportet multam fieri impreſſionem, & ſubitam mutationeȝ ad rem præter naturam, & ut fiat delitia oportet ſubitam fieri mutationem, & nō multam à re præter naturam ad naturalem.
Dolorem, nec per ſe, nec per accidens, poteſt humidum cauſare. 41. a
Dolorem eſſe in quolibet ſenſu, quomodo. 43. b
Delitium, quid. 44. a
Diuertere, ſeu reuellere, quid, & quid deriuare. 93. a
Digeſtio, an ſit attenuatio. 144. b
De digeſtione, Auicena id præciſe uoluit, quod & Galenus. 146. a

Dies in quibus utplurimum fit criſis. 56. b
Dies, qui indicatiui.
Digeſtio non eſt expectanda, quando uolumus prohibere, ne alius fiat deterior morbus. 151. a
Decoctio cõmunis flo℞, ꝛ fructuũ,& pectoralis. 169. b
Denarius, cochleare . 3. idem. 194. a
De doctrina ordinaria Monachi opinio. 229. b
Leoniceni, & Manardi opinio. 232. b. & 234. a
Galeni opinio alia ab his. 234. b
Hipp. Galenus, Auicẽna, Halyabbas, & Raſis, omnes artem medicinæ integre tradiderunt. 235. a
Vt doctrina ſit compoſitiua ſufficit, ut in ea tradantur, ea quæ per reſolutionem fuerunt inuenta.
Doctrina in aphoriſmis compoſitiua eſt.

E

Aetates ꝛ complexiones, an ſibijnuicem correſpondeãt in facilitate, & difficultate ieiunij. 52. b
Emplaſtꝛ qũo exterius applicitum ſoluit uentrẽ. 69. a
Aetates quinque. 94. b
Et de earum tempore. 95. a
Hepar principium uirtutis nutritiuæ. 138. a
Aetas ſemper indicat de ſimilibus. 140. a
Aequale quid in urina. 144. b
In euacuatione materiei quatuor notanda. 146. b
Electuaria,& ꝯfectiones, qua hora dari debeant. 199. a
Epitimatis cordialis compoſitio. 204. b
Epitimatis pro epate compoſitio. 205. a
Embrocatio, quid.
Emplaſtri compoſitio. 209 a
Elementa à medico conſiderantur, quemadmoduꝫ humores, membra, & ſpiritus. 213. b
Experientia circa ſingularia.

Voluit Galenus dari æquale tantum habens de calidi-tate, quantum de frigiditate, & humiditate, & ſic-citate, ad quod omnia comparantur, quod dicitur æquale in vniuerſa ſubſtantia, & ponderale. 238. b

F

Febris ſanguinis ſecundum Gal. quomodo. 23. b
Febrem quartanam ſolum fieri ſecundum Galenum ex cholera nigra, quæ ex aduſtione flauæ bilis, aut ſan-guinis craſſi generatur. 33. a
Febris nunquam poteſt curari manente in corpore cau-ſa eius. 7. b
Quando ob febris acuitatem virtus non expectat ab-ſciſionem cauſæ, oportet aliquid de cura morbi præ-mittere.
In febre putrida, quæ cauſa indiget digeſtione. 46. a
A virtute, & ſtatu morbi ſumitur indicatio de cibo or-dinando in toto morbo; & ab acceſſionibus, de ex-hibendo ſingulis diebus. 47. a
De iuuene quem cibauit Galenus in principio paro-xiſmi. 48. b
Febricitantem per quantum tempus ante paroxiſmum debemus cibare, & quo tempore magis dandum in acceſſionibus. 50. b
In febribus intermittentibus dies critici inueniuntur per periodos, & non per dies. 57. b
In computatione dierum criticorum non debent Me-dici à ſingulo die auferre horam vnam.
Febris tertiana morbus toto genere piculo carés. 84. b
Quomodo intelligitur. In omni putridam ſecandam eſſe venam. 84. b
In febre, ſanguine peccante in quanto, in principio fi-enda eſt phlebotomia copioſa eradicatiua.

Quæ cauſa febris putridæ per reſolutionem inuenta. 229. a

H

Humores in hepate generati ſaporem non trahunt à cibis acetoſis, ſalſis, aut amaris. 18. a

Humores q ſunt extra venas poſſe ad venas reuerti. 36. b

Homo, quomodo inæqualiter minimum habet caput, vt dixit Ariſt. 30. problematum problema. 3. 98. a

Homines principia incomplexa, formalia, & finalia naturali relinquuntur, ſimiliter & efficiens remotum: ſed efficiens propinquum à medico conſideratur. 213. a

Homo, vt ſanabile natura, tantum à naturali conſideratur: ſed vt ſanabile à natura adiuta per artem, à medico conſideratur. 214. b

Habitus quinque, quibus non contingit falſuʒ dicere.

Hecticus, quomodo à medico conſideratur. 222. b

Humor an poſſit euacuari ante eius pcoctioneʒ 146. b

I

Intentio curatiua à quibus ſumatur. 7. a

Intentio præſeruationis à ſola cauſa. 7. b

Intentio curationis à cauſis procatarticis ſumi non debet. 8. b

Intentio curationis nulla ab accidentibus inquantum talia ſumitur. 45. a

Regulæ quatuor de indicatione ſumenda in particulari vſu cibandi. 52. a

Indicatio de cibo ordinando in toto morbo à virtute & ſtatu ſumitur. 47. a

Intentionis curatiuæ morbi materialis ordo. 61. a

Intentio in tumoribus præter naturam. 62. a

In intentionibus complicatis cui primo attendenduʒ,

& cui ſecundo. 63. b
Indicatio de ſanguine mittendo/à ſanguinis multitudi ne non eſt ſumenda. 79. a
Indicatio de ſanguinis miſſione ab una uena magis fa cienda,q̃ ab altera,ſumit̃ à particula patiente. 85. a
Quatuor tempora quibus Medicus diuerſas habet intentioues in miſſione ſanguinis ab una uena ma gis, quàm ab altera.
Plurima pars intentionis curæ ſumitur à natura mem brorum patientium. 96. a
De intentione curatiua ab aere. 139. a
Intentio curationis principaliſſima, quæ à morbo & eius cauſa. 140. a
Et quæ à naturali temperamento, & aere, potius eſt de quantitare alterandi.
Poſt intentiones curatiuas quid agendum ſit.
Indicant ſemper ætas, & conſuetudo de ſimilibus,tem peratura, regio, tempus, aer, ſtatus cæli, aliquando de ſimilibus, aliquando de contrarijs.
De intentione in colerico, & flegmatico æqualiter fe brientibus. 141. a
Intentio prima ad cor, tanquam ad baſim uitæ, & ſe cunda ad ſtomachum, tanquam ad ſuſceptorem:ſed ad aliorum membrorum confortationem, non eſt principalis intentio, niſi proprie quando oportet ex aliquo eorum materias euacuare. 168. a
Quare ignis non per ſe actiuus. 241. a

L

Lollij complexio calida in principio tertij, inebriat & ſcotomiam inducit. 113. a & b
Lumen eſſe neceſſarium propter colorem cuius eſt age re, & non propter mediuʒ cuius eſt pati, voluit Aui

cēna, Albertus, Auempace, & Monachus: ſed Auerrois dixit propter medium cuius eſt pati, & nota in hoc errores Monachi. 121. b. & 122. a & b
Lene quid in urina.
Linimētū mūdificās faciē, & maculas ei⁹ abſtergēs. 185. a
Lactis exhibitio in quibus non conuenit. 191. b
Lactis electio. 192. a
Leuitas & grauitas formę ſubſtātiales elemētorum. 241. a

M

Medicus ſūme & diligētiſſime ad duo oꝫ intēdere. 8 b
Melancholia inimica lætitiæ. 10. a
Mus genitus ex ſemine ſecunduꝫ Medicos non eſt eiuſdem ſpeciei cum mure genito ex putredine. 12. b
Melancholiæ multi modi peſſimi.
Melancholia naturalis, quid. 27. a
Melancolia quæ boni ſanguinis eſt ſuperfluitas, & non corporis, & quæ ſanguinis & corporis. 27. b
Melancholiæ ſapor. 27. b. & 28. a
Melancholiæ utilitas, & neceſſitas. 28. a
De melancholia eunte ad os uentriculi.
Melancholiæ naturalis cauſa efficiens. 29. b
Melācholię nō naturalis ſpēs quatuor ſm Auic. 30. b
Melancholicum humorem non fieri ſecundum Galenum ex aduſtione phlegmatis. 32. a
Melancolicus humor non naturalis proprie dicitur atra bilis & cholera nigra.
Morbus, quid. 36. a
Motus inſenſibilis ſecundum Galenum. 38. a
Medicinaꝫ humidam nō dari ſupra ſcōm gradū. 41. b
Morbum ſex modis terminari. 55. a
Morbi, qui acuti ſimpliciter dicuntur, qui peracuti, qui exacte acuti, & qui exacte peracuti. 57. b

Morbi principium vnde ſumatur, à principio incipe re debet Medicus criticos dies cõnumerare. 58. a
An in morbis contrarijs complicatis debeamus vti medicinis ex contrarijs qualitatibus cõpoſitis. 63. b
Medicinæ ex partibus contrarijs formaliter compoſitæ ſunt quæ à calore naturali in partes contrarios effectus facere habentes diuiduntur. 64. b
Membra noſtri corporis, cum naturaliter ſunt diſpoſita ſibi ſimilia attrahunt: cum vero præternaturaliter contraria.
Medicina ſtupefactiua, quomodo ſtupefacit. 66. a
Medicina ſtupefactiua, quomodo à membro attrahitur.
Medicina quomodo electiue educens attrahat humores ſibi proprios. 67. & 68. a
Medicina attrahere poteſt à quolibet membro noſtri corporis. 69. a
Medicinarum quatuor gradus. 70. a
Medicina temperata, quæ. 71. & 75. a
Medicinarum virtutes quatuor. 71. & 73. b
De reductione medicinarum ad actum.
Medicinarum tres primas actiones fieri ſm qualitates, & quartam à tota ſubſtantia. 73. b
Morbi magnitudo non ſolũ indicat de phlebotomia, ſed etiam de pharmacia danda. 79. b
In morbo quando ſola ſectione venæ indigemus, quã do ſolo pharmaco, & prius mittendus eſt ſanguis. 82. b. & 83. a. & 84. b
Membra quatuor principalia quibus ineſt virtus propria, quam non aliunde ſuſcipiunt contra Ariſto, voluit Galenus. 101. b
In morbo toto de cibo ordinando ſumitur indicatio à virtute, & ſtatu, & ab acceſſionibus de exhibendo ſingulis

do ſingulis diebus. 47. a
Mellis boni conditiones. 158. b
Mel apum ſtomachum lædit. 160. b
Mellis roſati nocumenta.
Medicinæ quæ diſſoluendo & attrahendo educunt, quæ comprimendo, & exprimendo, quę leniendo, & quæ lubricando. 163. b
Medicina proprium humorem primo & proprie & ſuo iure educit, & alios ſicut degenerans. 164. b
M edicina cui proprium eſt cholerá educere, ipſam pri mo educit, poſt ipſaꝫ,phlegma, tertio cholerá nigrá, & vltimo ſanguinem.
Medicina ſanguinem educens, quæ.
Medicinæ ſanguinem mundificantes à ſeroſis & acu- tis ſuperfluitatibus in eo contentis.
Medicina quælibet ſigillatam habet proprietatem, vt membrum vnum magis,q̄ꝫ aliud reſpiciat.
Medicinæ quæ comprimendo ſoluunt, meliores ſunt quæ grauiores. 165. b
Medicinæ calidæ, virtus.
Medicinæ liquidę citius ad actum reducuntur. 166. a
In medicinis odor aromaticus animam dilatat, ſpiri- tus, & virtutes reparat, & virtutuꝫ mineras ꝯfortat.
Medicina omnis aromatica cordialis.
Medicinarum ſapores.
Medicinæ in quibus adeſt dulcedo meliores,& 167. a
Cum medicinis acute ſoluentibus, ſtiptica miſcenda ſunt. 166. b
Medicinæ deteriores, quæ.
De bonitate medicinaꝝ ſolutiuaꝝ, & malitia, ex colo- ribus in vniuerſali cognitio haberi non pót. 167. a
Medicinis ſolutiuis bonitas acquiritur tribus mo- dis. 167. b

Medicina debilis dicitur duobus modis.
Medicina omnis euacuans attrahendo, corpus calefacit, & exiccat. 168. a
Medicinarum operatio quomodo melioratur.
Manna facile in choleram uertitur. 169. b
Medicina bona in dyſenteria. 171. a
Medicina ad fœtores naſi, dolorem capitis antiquum, & epilepſiam. 183. a
Medicina cicatricem attenuans, & magna ueſtigia remouens.
Medicina abſtergens fœditatem cutis.
Medicina morpheam remouens.
Medicina artetice magna. 184. b
Medicina in dolore dentium. 185. a
Medicina conferens ei qui effundit ſemen inuoluntarie. 185. a
Medicina uenenis conferens. 185. b
Medicamen in duritie ſplenis. 186. a
Medicina pro obſcuritate uiſus.
Medicina lapidem frangens. 186. b
Medicina urinam prouocans & menſtrua.
Medicinarum à proprietate humorem melácholicum ſoluentium ordo. 187. b
Medicinæ lenitiuæ doſis, quando permiſcetur cum non lenitiua. 194. b
Medicinæ qua hora dari debent. 197. a
Medicina repercuſſiua, quæ. 206. b
Medicina reſolutiua, quæ. 207. a
Medicina maturatiua, quæ. b
Medicina abſterſiua, & mundificatiua, quæ. 207. b
Medicinæ ſubiectum, homo ut arte ſanabile. 212.
Medicinæ unus tantum finis, ſcilicet, ſanitas.
In medicinæ ſubiecti ratione formali non cadit neu-

trabile & ægrotabile. 214 b
Medicina quare dicta mecanica. 217. b
Medicus inq̃tum medicus nihil manu operat̃. 218 .a
Medicus primus natura, ſecundus ars, tertius medicinę, quartus artifex qui facit inſtrumenta. 218. a
Medicinæ nobilitas. 218. b
Medicinam quo ad partem curatiuam eſſe nobiliorem philoſophia naturali, & æque nobilem ut mathematica. 218. b
Quomodo in medicinæ propoſitiones ad per ſe nota reducuntur.
Metaphyſica non ſibi ſubalternat omnes ſcientias, ut uoluit Auicenna. 222. a
Medici cognitio non eſt ſimpliciter perfecta.
Medicina, & ſi ars ſit docens operari, tamen in ea probantur de ſubiecto paſſiones, quéadmodum in ſcientia: licet demonſtrationes in ea non proprie, ſed cómuniter demonſtrationes ſint. 223. a
Medicinæ partis quæ theorica eſt, ſubiectũ non diſtinguit̃ à ſubiecto ptis medicinę quę practica eſt. 223. b
Quare medicinæ ſubiecti ratio formalis eſt ipſum ſanabile, & non ſanum. 224. a
Morbi qui in ſexto die terminantur ut plurimum male terminantur. 56. a
Medicina tota practica, ſi practicum ſumatur à ratione formali ſubiecti. 221. a
Medicina diuidit̃ per practicũ & ſpeculatiuũ, ſi eſſe practicum ſumat̃ ab obiecto cóplexo de opere dictãte.
Quomodo intelligitur omnes ſapientes fuiſſe melancholicos, ut dixit Ariſt. in problematibus. 256. a

N

Quare ſoli nerui uiſiui à natura concaui, & manifeſto

cum foramine facti fuerunt. 103. a
Nerui optici, qui.

O

Opium quare citius ſuo frigore corpora calidiora interficit, quàm frigidiora,& cum vino miniſtratum, quàm ſine uino. 74. b
Oppoſitio triplex, ſecundum longitudinem, latitudinem, & ſecundum profunditatem. 86. b
Oculorum muſculi ſeptem. 117. b
Oculi membranæ realiter quatuor. 118. b
Oculum ex tribus humoribus componi.
Oculi qũo uitreus humor cryſtallinum nutrit. 120. b
De tunica oculi aranea diſſentit Auicéna à Galeno.
Oculi albugineus humor ex ſanguine reſudãte in ipſuз de aranea tunica nutritur. 121. a
Oculi uitreum & albugineum humorem eſſe animata anima ſenſitiua. 121. b
Oculi colores. 123. b
Oculi glaucedinis cauſæ. 124. a
Oculus cuius ſpiritus eſt craſſus/ꝛ multus/aptus eſt melius uidere remota, quàm propinqua. 125. b
Oculum de ſe lumen habere.
Oculum ſecundum aliquas partes eſſe uere coloratuз.
Oximellitis modi compoſitionis. 158. b
Oximellitis iuuamenta,& nocumenta. 159. a
Oximellitis vſus. 159. b
Obolus, quid. 182. b
Operationes naturales, auctionem, concoctionem, diſtributionem, & nutritionem in ætate diſtemperata eſſe perfectiores. 247. a
Aggregatum ex omnibus operationibus ſingularium partium melius & perfectius eſt in homine tempera-

to, quàm in diſtemperato, vel bruto. 249. a
Oleum à prædominio aereum. 243. b

P

Phlegma in ventriculo generari ſecundum Gal.11. b
Phlegma naturale, quid.
Phlegma naturale totum in ſolum ſanguinem cõuerti.
Phlegma participat aliqua dulcedine. 12. b
Phlegmatis, quare natura non fecit membrum proprium, quemadmodum duabus choleris. 13. a
Phlegmatis non naturalis diuiſio. 14. b. & 15. b
Phlegmatis quatuor modi corrupti ex parte ſaporum/ & quatuor ex parte ſubſtantiæ. 19. a
Phlegmatis non naturalis ſolum quatuor ſpecies poſuit Galenus.
Paſſio ab affectu, quomodo differat. 35. a
De neceſſitate, ob quam membra phlegmate indigent, de qua Auicenna prima primi, mentionem non fecit Galenus. 13. b
Periodus, quid. 47. a
Phlebotomia dimittenda quantum poſſibile, & melior in ea eſt multiplicato numeri, quàm quantitatis. 78. b
Quid obſeruandum, quando venæ phlebotomantur, vt ſanguis vndecunq; fluat prohibeatur.
Phlebotomia in morbis frigidis, vt ſubeth, lethargia, congelatione, ſtupore, &c. 79. b
Regula vniuerſalis de phlebotomia in omnibus morbis ſeruanda. 75. b
Pletora, quid. 81. b
Pletora tribus modis. 82. a
Pleuritis quando impedit ſanguinis miſſionem. 83. b
In pleuritide, quare Hippo. appoſuit primo fomenta.

In pleuritide quando eſt vena ſecanda.
Pleuritis, quomodo cognoſcitur, quando eſt morbus magnus.
Quare poſtpoſita phlebotomia, non eſt amplius intentio ad illam, vt Auicenna dixit prima quarti. 84. b
In phlebotomia quatuor conditiones obſeruandæ, & quando. 86. b. & 89. a
In pleuritide, quando conuenit papauer. 89. a
De phlebotomia Arabum opinio. 90. a
Quid agendum quando ſanguis fluit & non firmatur in aliqua parte corporis, vt in fluxu ſanguinis è naribus. 92. b
Perſpicuum duplex.
Pinguedinis cauſa. 130. b
Pulſus magnitudo penes quid ſumatur. 131. b
Pulſus celer, & creber, quid.
Pulſus cauſæ celeritatis, & magnitudinis. 132. a
Pulſus motus naturalis. 133. a & b
Quare Hippoc. mouetur ad miſſionem ſanguinis in principio ante materiæ concoctionem, & non ad exhibitionem pharmaci. 249. a
Pruna praua ad putrefactionem conuertibilia. 170. a
Pruna ſiccata manifeſte ventrem ſubducunt.
Pilulæ Haly ad ægritudines melancholicas. 177. a
Pilulæ in morbo peſtilentiali expertæ. 183. b
Pilularum cochiarum duæ confectiones à Galeno. 195. b
Puluis cordialis. 205. a
Propoſitionis diſtinctio. 216. a
Praxis, quid, ſpeculatio, propoſitio practica, propoſitio ſpeculatiua. 220. a
Practicum & theoricum non eſt primum diuidens ſcientiam. 220. b

R

Reſpirationis duæ partes. 131. a
Reſpirationis organum.
Reubarbarum inter medicinas benedictas. 165. b
Roſæ complexio. 173. b. & 174. a

S

Signa pathognomonica, quæ, & quæ aſſidentia, quæ inſeparabilia, quæ propria, & quæ inſeparabilia & propria ſimul. 4. a
Signa, quæ in morbis quærenda.
Signi cuiuſq; naturam neceſſarium eſt conſiderare, ſi quis recte vult præcognoſcere. 6. a
Semper mente reuoluere oportet, ac conſiderare quæ non ſunt ſigna optima, quæ peſſima, & quæ in medio horum veluti, gradus quoſdam habentia. 6. b
Sanguis materia ſpirituum. 10. a
Sanguinis tribus partibus, ſolum tres ſubſtantias vini, Galenus comparauit.
Sanguis, qui naturalis, & qui non naturalis, qui venalis, & qui arterialis. 10. b
Sanguinis naturalis cauſæ.
Saporum ſubiecta. 16. a
Saporem ſtipticum in auſterum, & acerbum diuidi.
Sapor dulcis & amarus, quomodo extremi.
Sub ſapore pontico, auſterum comprehendi. 18. a
Sapor ponticus, quid.
Sapores omnes acres ſumme eſſe calidos, & poſt illos amaros, & deinde dulces. 19. b
Saporis amari eſt abſtergere, acris vrere, & dulcis nutrire.
Splen ex quo ſanguine nutritur. 28. b. & 29.

Symptoma, per operationem læſam, exiens immutatum, & qualitatem corporis immutatam diuiditur.
De ſanguinis miſſione regula in omnibus morbis ſeruanda. 75. b
Sanguinis detrahendi veri ſcopi.
Sanguis in ſeptuagenario aliquando mittendus. 76. a
In omni ſanguinis euac uatione decem obſeruanda.
Sanguis uitæ theſaurus, & vnum ex fundamentis naturæ fortitudinis. 78. b
Spiritum animalem non poſſe tranſmitti vnà cum virtute, niſi per neruos viſiuos. 102. b
De ſpiritu animali non inuenies Galenum affirmare eũ eſſe in hepate, ſicuti de animali in cerebro, & vitali in corde. 104. a
Spiritum totum cerebri eſſe virtutum omniuꝫ interiorum proprium organum. 107. a
Somni cauſa, & de differentia inter Galenum & Ariſtotelem.
Somnum longum cum profunditate, poſſe fieri à ſolo humido. 114. a
Somnus longus & leuis, quid ſignificat, ſimiliter, ſi longus, & profundus.
Somnus in vniuerſali, quid, & quid naturalis tantum.
Somni cauſa efficiens duplex. 115. b
Et quæ cauſa finalis, materialis, & quæ formalis.
Spiritus vitalis diſtinctio. 128. a
Spiritus corde calidior.
Sedimen in vrina, melius eſt, vt ſit lene & æquale, q̃ ſi eſſet album & aſperum. 144. b
Syrupus de iuiubis.
Syrupi de cydonijs deſcriptio. 156. b
De ſyruporum quantitate danda. 153. a
Syrupi choleram digerentes. 154. b

Syrupi phlegma digerentes. 157. a
Syrupi melancholiam digerentes. 160. b
Syrupi cum decoctionibus herbaꝝ efficaciores. 161. b
Semina quatuor maiora, quæ. 162. a
Syrupus pro nobilibus in materia pituitoſa.
Syrupus pro nobilibus in materia melancholica. 162. b
Syrupi magiſtralis modus compoſitionis.
Syrupus excellens contra acutas & peracutas paſſiones. 163. a
Syrupus contra morbos frigidos, dolorem, neruorum debilitatem, epilepſiam, & paralyſim.
Syrupus conferens morbis quorum materia eſt ſalſa & aduſta, melancholiæ, tremori, & quartanæ.
Scamonea quare in cydonijs aſſatur. 166. b
Scamonea choleram & pituitam educit. 175. b
Syrupus ellebori ad ægritudines melancholicas. 177. a
Scrophularum cura. 183. a
Senæ folia cum camomilla in lauacris cerebruꝫ & neruos confortat. 188. b
Suppoſitorij compoſitio. 203. b
Suppoſitorium ventoſitatis reſolutiuum. 204. a
Suppoſitorium ad tenaſmon.
Subiectum primum & adęquatum, quid. 213. a
Scientiæ, quæ docet operari, principia ſunt duplicia.
Subiecti libri differentia à ſubiecto vni ſcientiæ totali.
Sanabile ratio formalis conſiderandi hominem in medicina duo dicit diſiunctiue. ſ. ſub ſanitate conſeruabile, vel ad ſanitatem reducibile.
Scientia ſpeciei non ſubalternatur ſcientiæ generis.
Scientia de analogo eſt ſcientia primi analogati.

Quid requiritur ad hoc, vt ſcientia de analogo ſit ſcientia primi analogati.

T

An theriaca in anthrace debeat exterius applicari. 69. b
Materiam turgere, quid. 146. b
Trociſcorum diuiſio. 196. b
Trociſci, quomodo, & qua hora dari debent.

V

Virtus diſcretiua in nobis. 65. a
Vapores in venis membrorum exiſtentes regredi ad ventriculum & inteſtina. 68. a
An virtus expulſiua detur membrorum, quæ à proprietate, & ſine motu locali poſſint expellere. 68. a
Virtutes quatuor in quolibet membro noſtri corporis.
Virtus oppreſſa & reſoluta ex pulſu cognoſcitur. 85. a
Virtus viſibilis ad oculos non ſolum: ſed & ſpiritus eſſentialiter dirigitur. 102. b
Virtutes cerebri, cordis, & teſtium per vniuerſum corpus continue tranſmittuntur, ꝛ ab illis in eſſe ꝛ conſeruari dependent. 104. a
Virtutes cerebri interiores, quæ, & quot. 104. b & 105. a & b.
Et de earum loco. b. & 106. a.
Ventriculum cerebri poſtremum digniorem eſſe medio, & medium anteriori. 106. b
Ventriculi cerebri tres. 107. a

Vinum quomodo vigilias & ſomnum inducit. 113. a
Viſus bonitatis cauſa. 124. b
Viſus perfectionem non in cryſtallino, ſed in angulo pyramidali fieri, vbi ſe cancellant nerui optici. 127. a
Vnguentum mirabile ægritudinibus neruorum frigidis, paralyſi, ſtupori, tremori, ſpaſmo, &c. 183. b
Vnguentum fiſtulas curans. 184. b
Vnguentum ad ſcabiem.
Vnguentum quod delet morpheam, alberas, & lentiginem.
Vnguenti compoſitio. 208. a

FINIS.

remotione putredinis.Et quia 7:2. deinde vero 19:6. vitel/
linam vocat 23.3. Gal.3.Regiminis acutorũ cõm.3.ꝗ 27:25.
euaneſcit,& aliqu d eius ſubtile vertitur 32:18. à re præter na
turam ad naturalem 40:29. reclusionem, & 45:27. ſumitur
indicatio 47.10. & per odus 47.17. ſtatui deinde quinto.49.
21. in ipſo quinto 49.28. authoritate Gal. 52.22. ei non
eſt nocumẽtum iciuuare, 52:31. cui exceptio 55:29. & 17,in/
dicatiuum, 57.2. per quaternarios 57:3. eundem habuit 58:
23. operationibus: 58:28. parturiẽs 59.8. ſi inter.3 & 59.
21. deciſionem 59.23. tanta 59:2. per totam 59:12. fru/
ſtra 63.10. temperata alteretur:64 31. ſtupefacientia attrahere,
66:31. morbis 75:16. euacuat de eo 78:10. vbi peccat 79.
20. ſiminutionem 83.30. ilia 83:26. non facies 84:22.
ab onere 85.26. inuenitur,poteſt r.86.1. & pxima 86.5.
emitti 88:21. eam:ſed 88:28. poſtponenda 92.33. pa
titur 94.33. ſocietatis. cognitio enim ſocietatis 96.28. il/
luc adducitur, 103.1. ſecundus ẽt 105.30. in confectionibus
112:16. tantus 115.28 ,ibi 141:34. tres gradus 142:8. ma
tura 147.24. intellexit in ſep.148:17. Alia eſt quæ a io 158.
10. non eſt bonum: & 158:13. abſterſionis 160:21. reubar/
baro 171:21. ſapor 176:7. eſt,cum 191:30. ad aluum 192.
33. Aliã 195:19. vnc.iiij.209.28. ſint ſubiecta 212:2. ſci
bilia.212:15. ſubiecta prima 213.10. noſtrã 213:25. ſub/
iecta 213: 30. adiuta 214:5. noſtrã 216:10. doctrina 230:
13. & cauſa erroris 231:4. pceſſit 244:8. functionibus quas
nãles appellamus,pl. 247.34. definiẽ 253.20. febriũ.255.13.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y

z & ꝯ ꝝ / A B C D E F G H.

Quaterniones omnes.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.

M D XLV.

254
258
512